This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

45. 1574.

Commentationes

de

Thebarum Bœoticarum primordiis,

de

fluviis fontibusque Thebani agri,

et

de urbis Thebanae portis.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Scripsit

Robertus Unger.

Accedunt

corollaria critica et indices.

Halis,
sumptibus Lipperti et Schmidtii.
MDCCCXLV.

MAUR. HERM. ED. MEIER

GODOFREDO BERNHARDY

PRAECEPTORIBUS SUIS

D. D. D.

R. U.

Quod plerique eorum, qui argumentum aliquod libro dedicatum edituri sunt, longa praefatione solent officii sui praedicare commoditatem aut excusare necessitatem: quanto tandem studio me convenit, quidquid artis et diligentiae habeo, id omne occupare atque adeo absumere in docenda probandaque huius operis caussa, quo res explicare institui, quae Thebis Boeotiis visae narrataeque sunt admirabiles? Unde igitur ordiar aut quid maxime edisseram? Commemorabo nimirum, quibus locis caussam mihi modumque Euripides attulerit ad apprehendendam atque ingrediendam rationem huius materiae, quis subinde fuerit quaerendi eruendique singula ex vario et multiplici litterarum genere sudor quamque magnus et idem quam gratus labor inveniendi? An demonstrare conabor doctrinae studiis et saepe alias et maxime hac memoria vehementer etiam atque etiam obstitisse et offecisse favorem auctoritatumque praescriptarum aestimationem, quae quum acres et graves primos impetus habeant, paullatim consilio et ratione quasi restincta considant, quibus sedatis separato a turba consentientium et ad scientiae pervestigationem incumbenti patescere videatur contemplatio rerum, quae turba teguntur? coarguamque eo nomine, multos doctos homines, qui

explicandis antiquitatis monumentis operam darent, in maximos errores et in leves, ne dicam ineptas sententias tum potissime incidisse, quum res agerentur ad locorum descriptionem et ad fabularum vetustatem pertinentes? et rursus, ut assolet, valde affirmabo de magnitudine et probabilitate eorum, quae ipsi coniectando vel inquirendo exsequuti sumus? An exemplis argumentisque docebo in his rebus, quas modo dixi, fidem tragicorum poetarum metiendam omnino esse ex consensu reliquorum scriptorum atque expediam, quae iam maturitas sit usurpandi et supplendi doctrinam cum aliorum, qui Thebanarum rerum peculiariter studiosi fuerunt, tum Lysimachi, quo fere nemo in illarum litterarum subtilitate videatur fuisse sollertior? An dicam quid sit, quod rerum fidem incorrupta illa et antiqua simplicitate et veritate atque operoso labore, quo etiam hoc faciendum putavi, ut veterum scriptorum quendam quasi sermonem inducerem, penitus scrutatus sim, adeo ut longius mea ratio abhorreret ab illis, qui omnia, quae componunt, ad speciem doctrinae nova quadam et praeclara subtilitate perpolitae et ad artis perpetuis praeceptis ordinatae opportunitatem fere revocent? aut exponam, cur non totam rerum Thebanarum scientiam, ut possit hoc in unius iuvenis et mei unius prudentiam cadere, consummarim septem libris, id quod cum Boeotorum institutis maxime congruere et cohaerere videtur, sed satis habuerim tam diffusae materiae, quam suscepimus, maiorem partem tradidisse et nota manifestaque perstringendo atque ad reconditiores locos assiliendo exponere adortus sim primum de Thebarum primordiis, secundo autem loco de fluviis fontibusque, deinde de portis, post de iis, quae visenda in urbe fuerint circaque, tum de rebus sacris, postremo quae totius urbis forma

et species fuerit manseritque ad recentiorem hanc aetatem? Sed ut semel finiam, hanc tam multarum tamque multiplicem rerum praedicationem opus est me praetermittere, primum quod haec particula, quae longiorem desiderat orationem, operis mihi concessi formam excedit omnino, tum etiam, quod multa, quae reor ad universum argumentum maxime pertinere, tum demum vere ac graviter dicentur, quum cunctae partes destinatis, quot dixi, libris perpurgatae erunt; accedit, quod me neque invidiosas res loqui attinet et plura, quibus insinuent in rationes caussae a nobis cognitae, disserere pudet, ne videar intelligentiae doctorum hominum diffidere. Faciam igitur nec damno voluntatis et orationis compendio, quod huic tempori maxime congruit, praevertarque ad id, quod per se modestius ac reverentius est, ut ab iis, qui legent hunc librum natura acutiores, usu exercitati, varietate promptissimi, pauca expetam precerque: ut bona voluntate his, quae non alienum mihi visum est conscribere, intentionem scribentis ipsi accommodent, libentibus animis me, si possint, sublevent firmioremque faciant, si quod posthac operae meae experimentum edam, veniam erroribus humanis, veniam dent adolescentiae meae nec indignius patiantur, si quid lente et fastidiose disputavi aut narravi minus expedite ac prope interrupte, si quando consilio praevaluit impetus quidam animi vel temporis et de locis veterum scriptorum male affectis effudi quaedam quae sentirem, quae ne mediocri quidem cuiquam probari possint, si rerum tum ordini tum gravitati interieci nimirum arcessita et parum ad notitiam pertinentia, si quae etiam importunitas acriter et criminose loquendi me incessit aut voluptati meae indulsi et sermonis cuidam quasi exsultationi, ratus materiam quoquo modo scriptam delectare et curiosos ho-

mines qualibet cognitione capi. Atque videor ignoscendi rationem posse confidere etiam inde mihi propositam paratamque esse, quod ad exspatiandum non modo non retardaret verum etiam invitaret atque allectaret ipsa materies, per cuius varietatem adniti possem, ut quamlibet diversa genera lectorum tenerem. Simul hoc diligenter attendendum est, non instituta me fere uno tenore absolvisse, sed interrupta subsecivis operis contexuisse neque per has angustias mei temporis atque operarum hunc librum exscribendi paene nimiam festinationem, quam damnosiorem fateor maxime primo libro fuisse, idonea aliqua ratione fieri potuisse, ut recalescerem ex integro et resumerem impetum fractum omissumque quaeque olim disserueram post obortam iam oblivionem retractarem et rescriberem alia, alia interscriberem, postremo novas partes peracto operi commode intexerem. Quam facultatem mihi ad satisfaciendum caussae et officio meo non datam fuisse vel gravissime atque acerbissime fero propterea, quod nihil adhuc fuit, cui acriorem curam et sollicitudinem praestare deberem. Non enim diligentiam tantum in hoc opere existimationi doctorum hominum, verum etiam pietatem subieci meam. Cui deservire me fateor atque etiam profiteor et prae me fero, servisse nunc non satis et fortasse ne mediocriter quidem sentio atque intelligo; publicae tamen pietatis confido tantum interesse, mihi ut non iam veniam tribuant, verum etiam gratias habeant.

Scribebam Halis in Paedagogio regio a. d. XVIII. Cal. Iul.
MDCCCXXXIX.

LIBER PRIMUS.

DE THEBARUM PRIMORDIIS.

CAPUT I.

DE CADMO CADMEAE CONDITORE.

Constat Cadmum a patre Agenore dimissum, ut sororem ab Iove raptam investigaret, ex erroribus suis Delphos venisse responsumque accepisse: bovem sequeretur, quam in itinere obviam habiturus esset in utroque latere lunula alba signatam exspectaretque, in quo ea loco corpus humi prostratura esset: ibi sedem sibi dari et domicilium. Quam dictionem ferunt fuisse huiusmodi:

Φράζεο δή μοι μῦθον, Ἀγήνορος ἔκγονε Κάδμε·
Ἠοῦς ἐγρόμενος προλιπὼν ἴθι Πυθὼ δῖαν
Ἠθάδ' ἔχων ἐσθῆτα καὶ αἰγανέην μετὰ χερσὶ
Τὴν διά τε Φλεγύων καὶ Φωκίδος, ἔστ' ἂν ἵκηαι
Βουκάλον ἠδὲ βόας κηριτρεφέος Πελάγοντος. 5
Ἐνθάδε προςπελάσας ξυλλάμβανε βοῦν ἐρίμυκον
Τὴν, ἥ κεν νώτοισιν ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔχῃσι
Λευκὸν σῆμ' ἑκάτερθε περίτροχον ἠΰτε μήνης·
Τήνδε σὺ ἡγεμόνα σχὲ περιτρίπτοιο κελεύθου.
Σῆμα δέ τοι ἐρέω μάλ' ἀριφραδὲς οὐδέ σε λήσει· 10
Ἔνθα κέ τοι πρώτιστα βοὸς κέρας ἀγραύλοιο
Ἵζηται κλίνῃ τε πέδῳ γόνυ ποιήεντι
Καὶ τότε τὴν μὲν ἔπειτα μελαμφύλλῳ χθονὶ ῥέζειν
Ἁγνῶς καὶ καθαρῶς, γαίῃ δ' ὅταν ἱερὰ ῥέξῃς,
Ὀχθῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ κτίζειν πόλιν εὐρυάγυιαν, 15
Δεινὸν Ἐνυαλίου πέμψας φύλακ' Ἀΐδος εἴσω.
Καὶ σύ γ' ἐπ' ἀνθρώπους ὀνομάκλυτος ἔσσεαι αἶθις
Ἀθανάτων λεχέων ἀντήσας, ὄλβιε Κάδμε.

Litteris consignatum id oraculum custodiverunt Scholiasta Eurip. Phoen. 608. p. 139. sq. et Aristoph. Ran. 1249. p. 390. Dind. et qui latuit Matthiacum Tzetza Epexeg. in Iliad. p. 16, 6. Idem Tzetza ex primo carmine decerptos duo versus scholiis ad epistolam suam LXXII. p. 363, 25. ac tres Chiliadibus ter inseruit V. 819. X. 454. XII. 112., unde eos repetivit Opsopoeus Orac. Vett. p. 46. Posui verba, uti leguntur scripta in Matthiaci libro, a quo quid Tzetza discrepet dicam breviter. Quem si quis nonnulla scribendo depravasse dicet, fatentem arguet. Petit enim ultro erratis veniam *ἄμεινον τὸν χρησμὸν κατ' ἔπος εἰπεῖν· ἀλλὰ συγγνώμη εἴπερ τινας τῶν λέξεων διαφθείρομεν.* V. 1. *δὴ τὸν μῦθον* Chil., Schol. Epist., *δὴ μῦθ.* Exeg. —. V. 3. *ἐνθάδ' ἔχ.* Chil. V., *ἔνθα δ'* Exeg.; deinde *αἴθητα* (sic in Cram. Anecd. IV. p. 227, 20. *αἰσθῆτα*) *χερσίν* Exeg. —. V. 4. *Φλέγων.* —. V. 5. *βουκολίοις δὲ βόας.* —. V. 6. *προςπελάσας λάμβανε* (quod vitium quale sit docent Wyttenbachius Epist. Crit. p. 42. et Schaeferus in Dionys. de Comp. Verb. p. 147. et ind. p. 164.) —. V. 7. *ἤ κε νώτ.* (*νώτοισι μετ'* Schol. Aristoph.) —. V. 8. *μῆνις* —. V. 9. *δέ τοι ἡγομόν' ἴσχε περὶ τριπτοῖο* (Schol. Eurip. August. *τήνδε σοι ἡγεμόνος περιτρίπτοιο.* Taur. *σὺ ἡγεμόνος γέ περ.* Schol. Arist. *σχεῖν ἀτρέπτοιο*, unde certus sum qui conficiam *σχεῖν ἀτρύτοιο κελεύθου* usurpatum illud Theocrito XV. 7. *ἁ δ' ὁδὸς ἄτρυτος*, de quo plura explanarunt Valckenarius adnott. p. 212. sq. et Wyttenbachius in Plutarch. cons. ad Apollon. p. 114. D. Animadvv. p. 761.) —. V. 11. *Ἔνθα δέ τοι.* —. V. 12. (*ἕξῃ* Lobeck.) *κλίνει τε.* —. V. 13. *μελαμφυλω.* —. V. 16. *Ἀιδ' εἴσω* (quemadmodum ap. Theodor. Metoch. LI. p. 293. *πάντ' ἔχεται* est in Aug. *παντὸς ἔχεται*) —. V. 17. *ὄνομα κλυτὸς ἔσεαι αὐθις*, in cuius locum puto substituendum *εὐθύς* conf. Iacobs. in Achill. Tat. p. 838. Siebelis. in Pausan. IX. 39, 5. p. 136. Huius igitur carminis quis auctor fuerit nihil equidem attinet arbitrari, quoniam ea res tota in coniectura posita est, at Welckerus tamen in libro, quo a Cretensibus colonis Thebas olim conditas esse affirmavit, p. 72. non indignum illud censuit Eumeli nomine, quum ad Mnaseam Europiacorum scriptorem cogitationem convertisset Valckenarius in Schol. Phoen. p. 679. Et de Mnasea qui-

dem ut Valckenario concedam, meo tamen iure huc repetere mihi videor eius librum, qui de oraculis fuit, contestatum a Scholiasta Vrat. Pindar. Olymp. II. 70. p. 70. Boeckh. *Μνασέας ἐν τῷ περὶ χρησμῶν γράφει· Λάϊε Λαβδακίδη, ἀνδρῶν περιώνυμε πάντων* et a Scholiasta Hesiod. Theog. 117. p. 477, 16. Gaisf. *Μνασέας ὁ Παταρεὺς ἐν τῇ τῶν Δελφικῶν χρησμῶν συναγωγῇ.* Idem liber habuit oraculum de Tydeo et Polynice futuris Adrasti generis editum, si quidem id recte colligo ex Schol. Eurip. Phoen. 411. p. 103. *ὁ χρησμὸς ὑπὸ Μνασέου οὕτως ἀναγέγραπται.* Sed quicunque fuit, qui illud carmen condidit, condidit is carmen satis apte simulatum oraculis antiquissimis. Cuius rei documento esse possunt cum alia verba sollemnia et quasi necessaria, qualia sunt *φράζεο* (*δῖε Καρανὲ νόῳ δ' ἐμὸν ἔνθεο*) *μῦθον* in orac. ap. Schol. Clem. Alexandr. p. 96. al. atque *ἁγνῶς καὶ καθαρῶς* ap. Euseb. Praep. Evang. V. 28. p. 225. B. vel ap. Phlegont. Trall. c. X. p. 76. Franz. (hymn. in Apoll. Del. 120. Scalig. in Varron. de L. L. VI. p. 234.). tum illa *προλιπὼν ἴθι Πυθὼδῖαν,* quibus verbis, ut Lobeckius ait in Aglaoph. p. 459. sq., Pythia modo impios consultores eiecit modo bene meritos prosequuta est. Eundem illum Valckenarius convicit non iam Homerum in aliquot locis imitari, sed sectari tam praepostere, ut vel imperite exscriptorum versuum culpam excusare non possit. Quamquam eam culpam ego non dubito quin verum sit ita dilui, ut reponatur *βοὸς τέρας ἀγραύλοιο,* quod etiam ipse Valckenarius coniectura subinde assequutus est exemplorumque aliquot similitudine firmavit ad Eurip. Hippol. 1247. p. 298. 2. c. Conf. Is. Voss. ap. Valcken. in Phoen. 813. p. 303. Nec dubito quin multo aptius quam leto natus Pelagon, *κηριτρεφής* quod ab Hesiodo videtur sumptum esse Opp. et D. 416., commemoretur Pelagon Cirrhae nutritus, de quo in libri quarti cap. I. dicetur. Ceterum si qui sunt in his versibus, quorum opus sit subtiliore explicatione, ad eorum enarrationem suo se loco nostra oratio referet. Verum non est praetermittendum, quod a nullodum video animadversum, etiam alterum oraculum olim apud Graecos homines pervulgatum fuisse, quo Cadmo fere idem praeciperetur verbis paullo obscurioribus. Eius

indicium haud sane dubium, ut ego arbitror, offert Scholiasta Aeschyl. Sept. c. Theb. 471. p. 191. Schuetz. ὁ δὲ θεὸς εἶπεν αὐτῷ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοῦ ἱεροῦ τῷ εὑρεθέντι ἀκολουθεῖν, quae quantum distarent ab iis, quae supra posuimus, Heynius nott. ad Apollodor. p. 552. nullam rationem habuit, Munckerus in Hygin. fab. CLXXVIII. p. 250. non item. Utrumque significat Eustathius in Hom. Il. II. 503. p. 270, 3. χρῆσθαι δὲ ὁδηγῷ παρηγγέλθη τῷ πρώτῳ παρατυχόντι ἢ αὐτὸ δὴ τοῦτο βοῦ. Quod si recte dictum est, ut puto recte dictum esse, Apollodorum III. 4, 1. p. 184., Nonnum IV. 306. p. 130, 1. vel Hellanicum fr. XXVI p. 69. affirmare licet ad utramque dictionem spectasse: ὁ δὲ θεὸς εἶπε περὶ μὲν Εὐρώπης μὴ πολυπραγμονεῖν, χρῆσθαι δὲ καθοδηγῷ βοῦ (conf. Ovid. Met. III. 9. et Lactant. Narr. fab. III. p. 205. „Apollinis oraculum ingreditur sciscitans, in quibus partibus orbis consisteret"), id quod non cadit in Scholiastam Guelph. Phoen. p. 140. not. 10. Κάδμος ἐλθὼν εἰς τὸν Πύθιον αἰτεῖται μαντεῖον περὶ τῆς ἀδελφῆς. καὶ ὃς αὐτῷ μὲν οὐδὲν περὶ τούτου ἔχρησεν, ἐξελθόντα δὲ ἕπεσθαι βοῦ.

Sorte audita bovem, quae in Phocide se obtulit notis, quas diximus, conspicuam sequutus in Boeotiam devenit urbisque aedificandae locus postquam patuit, dimisit, qui rei divinae faciendae aquam quaererent. Quibus a serpente Martii fontis custode interemptis ipse Cadmus quum eo perrexisset fatale monstrum obtruncavit dentesque Minervae monitu in terram proscissam sparsit. Tum vero ager tamquam semen exceptum animare, parturire, inhorrescere copia militum subito enascentium. Cadmusque cum vitae discrimine trepidabat, donec dea hortaretur, in mediam manum lapides iniiceret. Quo facto illi quidem, dum iactus culpam quisque in proximum vertunt, in atrocissimum irritati dissidium semet ipsi ad internecionem caedebant, donec quinque supererant, qui operis socios se Cadmo adiungerent. Ita haec scriptores mythici; narratione enim omnia delibavimus, quae probatione infra tractabimus. Quae qui historice persequuti sunt, Cadmum tradunt cum exercitu in Boeotiam profectum (ἡ βοῦς ἡ Κάδμον καὶ τὸν σὺν αὐτῷ στρατὸν ἄγουσα εἰς Θήβας. Pausan. IX. 19, 4. p. 68. εὐθέως ἐξέπεμψεν τὸν Κάδμον διὰ τὴν Εὐρώπην μετὰ χρημά-

των πολλῶν καὶ στρατοῦ Chron. Pasch. p. 78, 5. Herod. V. 57. Nonn. IV. 287. p. 128, 27. et 359. p. 132, 23.) Dracone rege occiso (*ἦν δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν Θηβῶν Δράκων Ἄρεως παῖς ὃν ὁ Κάδμος ἀποκτείνας ἐβασίλευεν* Palaephat. VI. 3. p. 44. (VII. 5. p. 48.) Tzetz. in Lycophr. 1206. et Chiliad. X. 427. p. 380. Dercyllus ap. Schol. Eurip. Phoen. 7. p. 6.) Hyantes quidem proelio devictos sede eiecisse, verum Aonibus in fidem potestatemque se ultro dedentibus et manendi veniam dedisse et connubium *Κάδμου δὲ καὶ τῆς Φοινίκων στρατιᾶς ἐπελθούσης μάχῃ νικηθέντες οἱ μὲν Ὑαντες εἰς τὴν νύκτα τὴν ἐπερχομένην ἐκδιδράσκουσι· τοὺς δὲ Ἄονας ὁ Κάδμος γενομένους ἱκέτας καταμεῖναι καὶ ἀναμιχθῆναι τοῖς Φοίνιξιν εἴασε* Pausan. IX. 5, 1. p. 17. Nonn. Dionys. V. p. 142, 13. *καὶ στρατὸς ἀντιβίων ἱκέτης ἐκλίνετο Κάδμῳ.* p. 144, 20. conf. Barth. in Stat. Theb. I. 226. Quo fuga Hyantes abierint, videtur non satis constare, si quidem a Strabone, Pausania, aliis, a quibus Hyampolin Phocidis aut Locridis (Steph. Byz. p. 429, 12.) urbem dicuntur Hyantes constituisse, sunt qui ita dissentiant, ut in Aetolis illos consedissereferant. De Hyampoli quidem qui memoriae tradiderunt a Palmerio Graec. Antiq. VI. 15. p. 657. sqq. et Siebelisio in Pausan. X. 35, 4. nott. p. 307. sq. recensentur, quibus contrariam sententiam, nisi ratio me vehementer fallit, sequutus est Phrynichus in Mulieribus Pleuroniis. Nam Blomfieldum, qui versus a Tzetza in Lycophr. 433. consignatos

Κρατός ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπεστρώφα ποδὶ
Ὑαντος ὃς γῆν ναῖεν ἀρχαῖος λεώς,
Πεδία δὲ πάντα καὶ παράκτιον πλάκα
Ὠκεῖα μάργοις φλὸξ ἐδαίνυτο γνάθοις

sic reformavit gloss. in Aesch. Prom. vinct. 376. p. 115.

Κάδμος ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπεστρώφα ποδὶ
Ὑαντος ὃς γ' ἔναιεν ἀρχαῖος λεώς,

erroris coarguit vel ipsius, puto, fabulae argumentum, qua res apud Aetolos gestas celebratas esse satis evidens est conf. Siebelis. in Paus. X. 31, 2. p. 272. Ergo consentaneum est illius temporis hic mentionem inchoari, quo Hyantes patria extorres per vim atque armis sedes in Aetolis

explicandis antiquitatis monumentis operam darent, in maximos errores et in leves, ne dicam ineptas sententias tum potissime incidisse, quum res agerentur ad locorum descriptionem et ad fabularum vetustatem pertinentes? et rursus, ut assolet, valde affirmabo de magnitudine et probabilitate eorum, quae ipsi coniectando vel inquirendo exsequuti sumus? An exemplis argumentisque docebo in his rebus, quas modo dixi, fidem tragicorum poetarum metiendam omnino esse ex consensu reliquorum scriptorum atque expediam, quae iam maturitas sit usurpandi et supplendi doctrinam cum aliorum, qui Thebanarum rerum peculiariter studiosi fuerunt, tum Lysimachi, quo fere nemo in illarum litterarum subtilitate videatur fuisse sollertior? An dicam quid sit, quod rerum fidem incorrupta illa et antiqua simplicitate et veritate atque operoso labore, quo etiam hoc faciendum putavi, ut veterum scriptorum quendam quasi sermonem inducerem, penitus scrutatus sim, adeo ut longius mea ratio abhorreret ab illis, qui omnia, quae componunt, ad speciem doctrinae nova quadam et praeclara subtilitate perpolitae et ad artis perpetuis praeceptis ordinatae opportunitatem fere revocent? aut exponam, cur non totam rerum Thebanarum scientiam, ut possit hoc in unius iuvenis et mei unius prudentiam cadere, consummarim septem libris, id quod cum Boeotorum institutis maxime congruere et cohaerere videtur, sed satis habuerim tam diffusae materiae, quam suscepimus, maiorem partem tradidisse et nota manifestaque perstringendo atque ad reconditiores locos assiliendo exponere adortus sim primum de Thebarum primordiis, secundo autem loco de fluviis fontibusque, deinde de portis, post de iis, quae visenda in urbe fuerint circaque, tum de rebus sacris, postremo quae totius urbis forma

et species fuerit manseritque ad recentiorem hanc aetatem? Sed ut semel finiam, hanc tam multarum tamque multiplicem rerum praedicationem opus est me praetermittere, primum quod haec particula, quae longiorem desiderat orationem, operis mihi concessi formam excedit omnino, tum etiam, quod multa, quae reor ad universum argumentum maxime pertinere, tum demum vere ac graviter dicentur, quum cunctae partes destinatis, quot dixi, libris perpurgatae erunt; accedit, quod me neque invidiosas res loqui attinet et plura, quibus insinuent in rationes caussae a nobis cognitae, disserere pudet, ne videar intelligentiae doctorum hominum diffidere. Faciam igitur nec damno voluntatis et orationis compendio, quod huic tempori maxime congruit, praevertarque ad id, quod per se modestius ac reverentius est, ut ab iis, qui legent hunc librum natura acutiores, usu exercitati, varietate promptissimi, pauca expetam precerque: ut bona voluntate his, quae non alienum mihi visum est conscribere, intentionem scribentis ipsi accommodent, libentibus animis me, si possint, sublevent firmioremque faciant, si quod posthac operae meae experimentum edam, veniam erroribus humanis, veniam dent adolescentiae meae nec indignius patiantur, si quid lente et fastidiose disputavi aut narravi minus expedite ac prope interrupte, si quando consilio praevaluit impetus quidam animi vel temporis et de locis veterum scriptorum male affectis effudi quaedam quae sentirem, quae ne mediocri quidem cuiquam probari possint, si rerum tum ordini tum gravitati interieci nimirum arcessita et parum ad notitiam pertinentia, si quae etiam importunitas acriter et criminose loquendi me incessit aut voluptati meae indulsi et sermonis cuidam quasi exsultationi, ratus materiam quoquo modo scriptam delectare et curiosos ho-

mines qualibet cognitione capi. Atque videor ignoscendi rationem posse confidere etiam inde mihi propositam paratamque esse, quod ad exspatiandum non modo non retardaret verum etiam invitaret atque allectaret ipsa materies, per cuius varietatem adniti possem, ut quamlibet diversa genera lectorum tenerem. Simul hoc diligenter attendendum est, non instituta me fere uno tenore absolvisse, sed interrupta subsecivis operis contexuisse neque per has angustias mei temporis atque operarum hunc librum exscribendi paene nimiam festinationem, quam damnosiorem fateor maxime primo libro fuisse, idonea aliqua ratione fieri potuisse, ut recalescerem ex integro et resumerem impetum fractum omissumque quaeque olim disserueram post obortam iam oblivionem retractarem et rescriberem alia, alia interscriberem, postremo novas partes peracto operi commode intexerem. Quam facultatem mihi ad satisfaciendum caussae et officio meo non datam fuisse vel gravissime atque acerbissime fero propterea, quod nihil adhuc fuit, cui acriorem curam et sollicitudinem praestare deberem. Non enim diligentiam tantum in hoc opere existimationi doctorum hominum, verum etiam pietatem subieci meam. Cui deservire me fateor atque etiam profiteor et prae me fero, servisse nunc non satis et fortasse ne mediocriter quidem sentio atque intelligo; publicae tamen pietatis confido tantum interesse, mihi ut non iam veniam tribuant, verum etiam gratias habeant.

Scribebam Halis in Paedagogio regio a. d. XVIII. Cal. Iul.
MDCCCXXXIX.

LIBER PRIMUS.

DE THEBARUM PRIMORDIIS.

CAPUT I.

DE CADMO CADMEAE CONDITORE.

Constat Cadmum a patre Agenore dimissum, ut sororem ab Iove raptam investigaret, ex erroribus suis Delphos venisse responsumque accepisse: bovem sequeretur, quam in itinere obviam habiturus esset in utroque latere lunula alba signatam exspectaretque, in quo ea loco corpus humi prostratura esset: ibi sedem sibi dari et domicilium. Quam dictionem ferunt fuisse huiusmodi:

Φράζεο δή μοι μῦθον, Ἀγήνορος ἔκγονε Κάδμε·
Ἠοῦς ἐγρόμενος προλιπὼν ἴθι Πυθὼ δῖαν
Ἠθάδ' ἔχων ἐσθῆτα καὶ αἰγανέην μετὰ χερσὶ
Τὴν διά τε Φλεγύων καὶ Φωκίδος, ἔστ' ἂν ἵκηαι
Βουκόλον ἠδὲ βόας κηριτρεφέος Πελάγοντος. 5
Ἐνθάδε προςπελάσας ξυλλάμβανε βοῦν ἐρίμυκον
Τὴν, ἥ κεν νώτοισιν ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔχῃσι
Λευκὸν σῆμ' ἑκάτερθε περίτροχον ἠΰτε μήνης·
Τήνδε σὺ ἡγεμόνα σχὲ περιτρίπτοιο κελεύθου.
Σῆμα δέ τοι ἐρέω μάλ' ἀριφραδὲς οὐδέ σε λήσει· 10
Ἔνθα κέ τοι πρώτιστα βοὸς κέρας ἀγραύλοιο
Ἵζηται κλίνῃ τε πέδῳ γόνυ ποιήεντι
Καὶ τότε τὴν μὲν ἔπειτα μελαμφύλλῳ χθονὶ ῥέζειν
Ἁγνῶς καὶ καθαρῶς, γαίῃ δ' ὅταν ἱερὰ ῥέξῃς,
Ὄχθῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ κτίζειν πόλιν εὐρυάγυιαν, 15
Δεινὸν Ἐνυαλίου πέμψας φύλακ' Ἄϊδος εἴσω.
Καὶ σύ γ' ἐπ' ἀνθρώπους ὀνομάκλυτος ἔσσεαι αὖθις
Ἀθανάτων λεχέων ἀντήσας, ὄλβιε Κάδμε.

Litteris consignatum id oraculum custodiverunt Scholiasta Eurip. Phoen. 608. p. 139. sq. et Aristoph. Ran. 1249. p. 390. Dind. et qui latuit Matthiacum Tzetza Epexeg. in Iliad. p. 16, 6. Idem Tzetza ex primo carmine decerptos duo versus scholiis ad epistolam suam LXXII. p. 363, 25. ac tres Chiliadibus ter inseruit V. 819. X. 454. XII. 112., unde eos repetivit Opsopoeus Orac. Vett. p. 46. Posui verba, uti leguntur scripta in Matthiaci libro, a quo quid Tzetza discrepet dicam breviter. Quem si quis nonnulla scribendo depravasse dicet, fatentem arguet. Petit enim ultro erratis veniam *ἄμεινον τὸν χρησμὸν κατ' ἔπος εἰπεῖν· ἀλλὰ συγγνώμη εἴπερ τινας τῶν λέξεων διαφθείρομεν.* V. 1. *δὴ τὸν μῦθον* Chil., Schol. Epist., *δὴ μῦθ.* Exeg. —. V. 3. *ἐνθάδ' ἔχ.* Chil. V., *ἔνθα δ'* Exeg.; deinde *αἴθητα* (sic in Cram. Anecd. IV. p. 227, 20. *αἰσθῆτα*) *χερσίν* Exeg. —. V. 4. *Φλέγων.* —. V. 5. *βουκολίοις δὲ βόας.* —. V. 6. *προςπελάσας λάμβανε* (quod vitium quale sit docent Wyttenbachius Epist. Crit. p. 42. et Schaeferus in Dionys. de Comp. Verb. p. 147. et ind. p. 164.) —. V. 7. *ἥ κε νώτ.* (*νώτοισι μετ'* Schol. Aristoph.) —. V. 8. *μῆνις* —. V. 9. *δέ τοι ἡγομόν' ἴσχε περὶ τριπτοῖο* (Schol. Eurip. August. *τήνδε σοι ἡγεμόνος περιτρίπτοιο.* Taur. *σὺ ἡγεμόνος γέ περ.* Schol. Arist. *σχεῖν ἀτρέπτοιο*, unde certus sum qui conficiam *σχεῖν ἀτρύτοιο κελεύθου* usurpatum illud Theocrito XV. 7. *ἁ δ' ὁδὸς ἄτρυτος*, de quo plura explanarunt Valckenarius adnott. p. 212. sq. et Wyttenbachius in Plutarch. cons. ad Apollon. p. 114. D. Animadvv. p. 761.) —. V. 11. *Ἔνθα δέ τοι.* —. V. 12. (*ἵξῃ* Lobeck.) *κλίνει τε.* —. V. 13. *μελαμφυλω.* —. V. 16. *Ἀιδ' εἴσω* (quemadmodum ap. Theodor. Metoch. LI. p. 293. *πάντ' ἔχεται* est in Aug. *παντὸς ἔχεται*) —. V. 17. *ὄνομα κλυτὸς ἔσεαι αὖθις*, in cuius locum puto substituendum *εὐθύς* conf. Iacobs. in Achill. Tat. p. 838. Siebelis. in Pausan. IX. 39, 5. p. 136. Huius igitur carminis quis auctor fuerit nihil equidem attinet arbitrari, quoniam ea res tota in coniectura posita est, at Welckerus tamen in libro, quo a Cretensibus colonis Thebas olim conditas esse affirmavit, p. 72. non indignum illud censuit Eumeli nomine, quum ad Mnaseam Europiacorum scriptorem cogitationem convertisset Valckenarius in Schol. Phoen. p. 679. Et de Mnasea qui-

dem ut Valckenario concedam, meo tamen iure huc repetere mihi videor eius librum, qui de oraculis fuit, contestatum a Scholiasta Vrat. Pindar. Olymp. II. 70. p. 70. Boeckh. *Μνασέας ἐν τῷ περὶ χρησμῶν γράφει· Λάϊε Λαβδακίδη, ἀνδρῶν περιώνυμε πάντων* et a Scholiasta Hesiod. Theog. 117. p. 477, 16. Gaisf. *Μνασέας ὁ Παταρεὺς ἐν τῇ τῶν Δελφικῶν χρησμῶν συναγωγῇ.* Idem liber habuit oraculum de Tydeo et Polynice futuris Adrasti generis editum, si quidem id recte colligo ex Schol. Eurip. Phoen. 411. p. 103. *ὁ χρησμὸς ὑπὸ Μνασέου οὕτως ἀναγέγραπται.* Sed quicunque fuit, qui illud carmen condidit, condidit is carmen satis apte simulatum oraculis antiquissimis. Cuius rei documento esse possunt cum alia verba sollemnia et quasi necessaria, qualia sunt *φράζεο* (*δῖε Καρανὲ νόῳ δ' ἐμὸν ἔνθεο*) *μῦθον* in orac. ap. Schol. Clem. Alexandr. p. 96. al. atque *ἁγνῶς καὶ καθαρῶς* ap. Euseb. Praep. Evang. V. 28. p. 225. B. vel ap. Phlegont. Trall. c. X. p. 76. Franz. (hymn. in Apoll. Del. 120. Scalig. in Varron. de L. L. VI. p. 234.). tum illa *προλιπὼν ἴθι Πυθὼδῖαν,* quibus verbis, ut Lobeckius ait in Aglaoph. p. 459. sq., Pythia modo impios consultores eiecit modo bene meritos prosequuta est. Eundem illum Valckenarius convicit non iam Homerum in aliquot locis imitari, sed sectari tam praepostere, ut vel imperite exscriptorum versuum culpam excusare non possit. Quamquam eam culpam ego non dubito quin verum sit ita dilui, ut reponatur *βοὸς τέρας ἀγραύλοιο,* quod etiam ipse Valckenarius coniectura subinde assequutus est exemplorumque aliquot similitudine firmavit ad Eurip. Hippol. 1247. p. 298. 2. c. Conf. Is. Voss. ap. Valcken. in Phoen. 813. p. 303. Nec dubito quin multo aptius quam leto natus Pelagon, *κηριτρεφής* quod ab Hesiodo videtur sumptum esse Opp. et D. 416., commemoretur Pelagon Cirrhae nutritus, de quo in libri quarti cap. I. dicetur. Ceterum si qui sunt in his versibus, quorum opus sit subtiliore explicatione, ad eorum enarrationem suo se loco nostra oratio referet. Verum non est praetermittendum, quod a nullodum video animadversum, etiam alterum oraculum olim apud Graecos homines pervulgatum fuisse, quo Cadmo fere idem praeciperetur verbis paullo obscurioribus. Eius

indicium haud sane dubium, ut ego arbitror, offert Scholiasta Aeschyl. Sept. c. Theb. 471. p. 191. Schuetz. ὁ δὲ θεὸς εἶπεν αὐτῷ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοῦ ἱεροῦ τῷ εὑρεθέντι ἀκολουθεῖν, quae quantum distarent ab iis, quae supra posuimus, Heynius nott. ad Apollodor. p. 552. nullam rationem habuit, Munckerus in Hygin. fab. CLXXVIII. p. 250. non item. Utrumque significat Eustathius in Hom. Il. II. 503. p. 270, 3. χρῆσθαι δὲ ὁδηγῷ παρηγγέλθη τῷ πρώτῳ παρατυχόντι ἢ αὐτὸ δὴ τοῦτο βοῦ. Quod si recte dictum est, ut puto recte dictum esse, Apollodorum III. 4, 1. p. 184., Nonnum IV. 306. p. 130, 1. vel Hellanicum fr. XXVI p. 69. affirmare licet ad utramque dictionem spectasse: ὁ δὲ θεὸς εἶπε περὶ μὲν Εὐρώπης μὴ πολυπραγμονεῖν, χρῆσθαι δὲ καθοδηγῷ βοῦ (conf. Ovid. Met. III. 9. et Lactant. Narr. fab. III. p. 205. „Apollinis oraculum ingreditur sciscitans, in quibus partibus orbis consisteret"), id quod non cadit in Scholiastam Guelph. Phoen. p. 140. not. 10. Κάδμος ἐλθὼν εἰς τὸν Πύθιον αἰτεῖται μαντεῖον περὶ τῆς ἀδελφῆς. καὶ ὃς αὐτῷ μὲν οὐδὲν περὶ τούτου ἔχρησεν, ἐξελθόντα δὲ ἕπεσθαι βοῦ.

Sorte audita bovem, quae in Phocide se obtulit notis, quas diximus, conspicuam sequutus in Boeotiam devenit urbisque aedificandae locus postquam patuit, dimisit, qui rei divinae faciendae aquam quaererent. Quibus a serpente Martii fontis custode interemptis ipse Cadmus quum eo perrexisset fatale monstrum obtruncavit dentesque Minervae monitu in terram proscissam sparsit. Tum vero ager tamquam semen exceptum animare, parturire, inhorrescere copia militum subito enascentium. Cadmusque cum vitae discrimine trepidabat, donec dea hortaretur, in mediam manum lapides iniiceret. Quo facto illi quidem, dum iactus culpam quisque in proximum vertunt, in atrocissimum irritati dissidium semet ipsi ad internecionem caedebant, donec quinque supererant, qui operis socios se Cadmo adiungerent. Ita haec scriptores mythici; narratione enim omnia delibavimus, quae probatione infra tractabimus. Quae qui historice persequuti sunt, Cadmum tradunt cum exercitu in Boeotiam profectum (ἡ βοῦς ἡ Κάδμον καὶ τὸν σὺν αὐτῷ στρατὸν ἄγουσα εἰς Θήβας Pausan. IX. 19, 4. p. 68. εὐθέως ἐξέπεμψεν τὸν Κάδμον διὰ τὴν Εὐρώπην μετὰ χρημά-

των πολλῶν καὶ στρατοῦ Chron. Pasch. p. 78, 5. Herod. V. 57. Nonn. IV. 287. p. 128, 27. et 359. p. 132, 23.) Dracone rege occiso (*ἦν δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν Θηβῶν Δράκων Ἄρεως παῖς ὃν ὁ Κάδμος ἀποκτείνας ἐβασίλευεν* Palaephat. VI. 3. p. 44. (VII. 5. p. 48.) Tzetz. in Lycophr. 1206. et Chiliad. X. 427. p. 380. Dercyllus ap. Schol. Eurip. Phoen. 7. p. 6.) Hyantes quidem proelio devictos sede eiecisse, verum Aonibus in fidem potestatemque se ultro dedentibus et manendi veniam dedisse et connubium *Κάδμου δὲ καὶ τῆς Φοινίκων στρατιᾶς ἐπελθούσης μάχῃ νικηθέντες οἱ μὲν Ὑαντες εἰς τὴν νύκτα τὴν ἐπερχομένην ἐκδιδράσκουσι· τοὺς δὲ Ἄονας ὁ Κάδμος γενομένους ἱκέτας καταμεῖναι καὶ ἀναμιχθῆναι τοῖς Φοίνιξιν εἴασε* Pausan. IX. 5, 1. p. 17. Nonn. Dionys. V. p. 142, 13. *καὶ στρατὸς ἀντιβίων ἱκέτης ἐκλίνετο Κάδμῳ.* p. 144, 20. conf. Barth. in Stat. Theb. I. 226. Quo fuga Hyantes abierint, videtur non satis constare, si quidem a Strabone, Pausania, aliis, a quibus Hyampolin Phocidis aut Locridis (Steph. Byz. p. 429, 12.) urbem dicuntur Hyantes constituisse, sunt qui ita dissentiant, ut in Aetolis illos consedissereferant. De Hyampoli quidem qui memoriae tradiderunt a Palmerio Graec. Antiq. VI. 15. p. 657. sqq. et Siebelisio in Pausan. X. 35, 4. nott. p. 307. sq. recensentur, quibus contrariam sententiam, nisi ratio me vehementer fallit, sequutus est Phrynichus in Mulieribus Pleuroniis. Nam Blomfieldum, qui versus a Tzetza in Lycophr. 433. consignatos

Κρατός ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπεστρώφα ποδὶ
Ὑαντος ὃς γῆν ναῖεν ἀρχαῖος λεώς,
Πεδία δὲ πάντα καὶ παράκτιον πλάκα
Ὠκεῖα μάργοις φλὸξ ἐδαίνυτο γνάθοις

sic reformavit gloss. in Aesch. Prom. vinct. 376. p. 115.

Κάδμος ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπεστρώφα ποδὶ
Ὑαντος ὃς γ' ἔναιεν ἀρχαῖος λεώς,

erroris coarguit vel ipsius, puto, fabulae argumentum, qua res apud Aetolos gestas celebratas esse satis evidens est conf. Siebelis. in Paus. X. 31, 2. p. 272. Ergo consentaneum est illius temporis hic mentionem inchoari, quo Hyantes patria extorres per vim atque armis sedes in Aetolis

indicium haud sane dubium, ut ego arbitror, offert Scholiasta Aeschyl. Sept. c. Theb. 471. p. 191. Schuetz. ὁ δὲ θεὸς εἶπεν αὐτῷ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοῦ ἱεροῦ τῷ εὑρεθέντι ἀκολουθεῖν, quae quantum distarent ab iis, quae supra posuimus, Heynius nott. ad Apollodor. p. 552. nullam rationem habuit, Munckerus in Hygin. fab. CLXXVIII. p. 250. non item. Utrumque significat Eustathius in Hom. Il. II. 503. p. 270, 3. χρῆσθαι δὲ ὁδηγῷ παρηγγέλθη τῷ πρώτῳ παρατυχόντι ἢ αὐτὸ δὴ τοῦτο βοῦ. Quod si recte dictum est, ut puto recte dictum esse, Apollodorum III. 4, 1. p. 184., Nonnum IV. 306. p. 130, 1. vel Hellanicum fr. XXVI p. 69. affirmare licet ad utramque dictionem spectasse: ὁ δὲ θεὸς εἶπε περὶ μὲν Εὐρώπης μὴ πολυπραγμονεῖν, χρῆσθαι δὲ καθοδηγῷ βοῦ (conf. Ovid. Met. III. 9. et Lactant. Narr. fab. III. p. 205. „Apollinis oraculum ingreditur sciscitans, in quibus partibus orbis consisteret"), id quod non cadit in Scholiastam Guelph. Phoen. p. 140. not. 10. Κάδμος ἐλθὼν εἰς τὸν Πύθιον αἰτεῖται μαντεῖον περὶ τῆς ἀδελφῆς. καὶ ὃς αὐτῷ μὲν οὐδὲν περὶ τούτου ἔχρησεν, ἐξελθόντα δὲ ἕπεσθαι βοῦ.

Sorte audita bovem, quae in Phocide se obtulit notis, quas diximus, conspicuam sequutus in Boeotiam devenit urbisque aedificandae locus postquam patuit, dimisit, qui rei divinae faciendae aquam quaererent. Quibus a serpente Martii fontis custode interemptis ipse Cadmus quum eo perrexisset fatale monstrum obtruncavit dentesque Minervae monitu in terram proscissam sparsit. Tum vero ager tamquam semen exceptum animare, parturire, inhorrescere copia militum subito enascentium. Cadmusque cum vitae discrimine trepidabat, donec dea hortaretur, in mediam manum lapides iniiceret. Quo facto illi quidem, dum iactus culpam quisque in proximum vertunt, in atrocissimum irritati dissidium semet ipsi ad internecionem caedebant, donec quinque supererant, qui operis socios se Cadmo adiungerent. Ita haec scriptores mythici; narratione enim omnia delibavimus, quae probatione infra tractabimus. Quae qui historice persequuti sunt, Cadmum tradunt cum exercitu in Boeotiam profectum (ἡ βοῦς ἡ Κάδμον καὶ τὸν σὺν αὐτῷ στρατὸν ἄγουσα εἰς Θήβας Pausan. IX. 19, 4. p. 68. εὐθέως ἐξέπεμψεν τὸν Κάδμον διὰ τὴν Εὐρώπην μετὰ χρημά-

τῶν πολλῶν καὶ στρατοῦ Chron. Pasch. p. 78, 5. Herod. V. 57. Nonn. IV. 287. p. 128, 27. et 359. p. 132, 23.) Dracone rege occiso (*ἦν δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν Θηβῶν Δράκων Ἄρεως παῖς ὃν ὁ Κάδμος ἀποκτείνας ἐβασίλευεν* Palaephat. VI. 3. p. 44. (VII. 5. p. 48.) Tzetz. in Lycophr. 1206. et Chiliad. X. 427. p. 380. Dercyllus ap. Schol. Eurip. Phoen. 7. p. 6.) Hyantes quidem proelio devictos sede eiecisse, verum Aonibus in fidem potestatemque se ultro dedentibus et manendi veniam dedisse et connubium *Κάδμου δὲ καὶ τῆς Φοινίκων στρατιᾶς ἐπελθούσης μάχῃ νικηθέντες οἱ μὲν Ὑαντες εἰς τὴν νύκτα τὴν ἐπερχομένην ἐκδιδράσκουσι· τοὺς δὲ Ἄονας ὁ Κάδμος γενομένους ἱκέτας καταμεῖναι καὶ ἀναμιχθῆναι τοῖς Φοίνιξιν εἴασε* Pausan. IX. 5, 1. p. 17. Nonn. Dionys. V. p. 142, 13. *καὶ στρατὸς ἀντιβίων ἱκέτης ἐκλίνετο Κάδμῳ.* p. 144, 20. conf. Barth. in Stat. Theb. I. 226. Quo fuga Hyantes abierint, videtur non satis constare, si quidem a Strabone, Pausania, aliis, a quibus Hyampolin Phocidis aut Locridis (Steph. Byz. p. 429, 12.) urbem dicuntur Hyantes constituisse, sunt qui ita dissentiant, ut in Aetolis illos consedissereferant. De Hyampoli quidem qui memoriae tradiderunt a Palmerio Graec. Antiq. VI. 15. p. 657. sqq. et Siebelisio in Pausan. X. 35, 4. nott. p. 307. sq. recensentur, quibus contrariam sententiam, nisi ratio me vehementer fallit, sequutus est Phrynichus in Mulieribus Pleuroniis. Nam Blomfieldum, qui versus a Tzetza in Lycophr. 433. consignatos

Κρατός ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπεστρώφα ποδὶ
Ὑαντος ὃς γῆν ναῖεν ἀρχαῖος λεώς,
Πεδία δὲ πάντα καὶ παράκτιον πλάκα
Ὠκεῖα μάργοις φλὸξ ἐδαίνυτο γνάθοις

sic reformavit gloss. in Aesch. Prom. vinct. 376. p. 115.

Κάδμος ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπεστρώφα ποδὶ
Ὑαντος ὃς γ' ἔναιεν ἀρχαῖος λεώς,

erroris coarguit vel ipsius, puto, fabulae argumentum, qua res apud Aetolos gestas celebratas esse satis evidens est conf. Siebelis. in Paus. X. 31, 2. p. 272. Ergo consentaneum est illius temporis hic mentionem inchoari, quo Hyantes patria extorres per vim atque armis sedes in Aetolis

acquisiverant, versusque vitiis illos cumulatissimos scribi in hanc sententiam:

Στρατός ποτ' εἰς γῆς τῆς δ' ἐπεστρώφα πέδον
Ὑαντος (ἣν ἔναιεν Ἀγραῖος λεώς).

De Hyante Boeoticae gentis et rege et auctore ad Phrynichum an accedat Alexander ap. Hygin. Poet. Astron. II. 21. p. 395. „Hyades - Hyantis et Boeotiae sunt filiae", ambigo; ignoro unde sua repetiverit Oberlinus in Vib. Sequestr. p. 219. Satisfacit vero in hac caussa Lactantius, qui Aonem regem filium Neptuni meminit in Stat. Theb. I. 34. p. 5. B. et Achill. I. 10. p. 547. C. conf. Natal. Com. Myth. II. 8. p. 168. Eodem quo Phrynichus modo Lycophro 1206. *Ὠγύγου σπαρτὸς λεώς* et idem 852. *ἥξει δ' ἀλήτης εἰς Ἰαπύγων στρατόν* et Pindarus Isthm. I. 12. *στεφάνους ἐξ ὤπασεν Κάδμου στρατῷ.* Spanhem. de P. et U. Numm. Diss. IX. p. 696. sq. Markl. Eurip. Suppl. 601. p. 125. In Aetoliam autem Hyantes excessisse aio non Phrynichi solius fretus auctoritate, quam dicat aliquis etiamnum aliquo modo ambiguam, verum etiam Apollodori ap. Strabon. X. p. 464. T. IV. p. 145. sive fragm. Heyn. p. 1114. *καὶ Ἀπολλόδωρος δὲ εἴρηκεν ἐκ τῆς Βοιωτίας ἀπελθόντας Ὑαντας ἱστορεῖσθαι καὶ ἐποίκους τοῖς Αἰτωλοῖς γενομένους* et Schol. Il. II. 521. p. 82. b. 36. Eustathiique p. 275, 2. et 12. *Ὑαντες ἐκ Βοιωτίας ἀπελθόντες Αἰτωλοῖς συνῴκησαν* et 638. p. 311, 17. *πρότερον δέ φασιν (Αἰτωλοί) Ὑαντες ἐκαλοῦντο* et Stephani Byz. v. *Αἰτωλία* p. 35, 30. *Αἰτωλία — πρότερον δὲ Ὑαντες ἐκαλεῖτο.* Conf. Palmer. Gr. Antiq. IV. 2. p. 426. Nonn. XIII. 125. p. 358, 13. Hae igitur gentes ut brevi spatio opprimerentur, eo potissimum, si fides Cononi Narrat. XXXVII. p. 279. habetur, factum est, quod quum Cadmus Cadmique socii vario armorum genere munitissimi ad bellum procederent, invisitata ad eum diem specie homines indigenae penitus perculsi animis deficerent *κρατοῦσι (Φοίνικες) — τῇ ἀήθει τῶν ὅπλων ὄψει· κράνος δὲ καὶ ἀσπὶς οὔπω αὐτοῖς ἔγνωστο.* Ex qua re, ut ego arbitror, propagata est fama de Cadmo aeris inventore, quam prodidit Hyginus Fab. CCLXXIV. p. 327. „Cadmus Agenoris filius aes Thebis primus inventum condidit", ubi dubito an praestet legi „contulit",

quam quod nunc in libris est „condidit" ad explicandum difficile vel „contudit" quod Iac. Gronovius proposuit Thes. Vol. I. ad tab. M. Conf. Hygin. p. 327. „Indus rex in Scythia argentum primus invenit, quod Erichthonius Athenas primum attulit." De eo invento exponens Bochartus de Col. Phoen. I. 19. p. 487. C. commode subiecit, lapidem aerosum, ex quo aes fit, a Cadmo Cadmiam dici. De quo lapide loquuntur Casaubonus et Friedemannus in Strabon. VI. p. 163. (p. 703.), auctor lexici botanici in Anecd. Boiss. II. p. 398. 399. *Καδμία ἡ τοῦ χαλκέως σκωρία· ἔστι δὲ καὶ πέτρα, μέλαινα σκωριώδης οὕτω καλουμένη.* Neophytus ap. Boiss. in Hierophil. *περὶ τροφ. κυκλ.* p. 248. Notit. et Elect. Mss. Reg. T. XI. *Καδμία λεπτή· ἡ τουτία.* Auri tamen inventi laudem ei tribuunt Plinius Nat. Hist. VII. 57. Vol. III. p. 279. „auri metalla et conflaturam Cadmus Phoenix ad Pangaeum montem invenit" et Clemens Alex. Strom. I. p. 307. B. = Euseb. Praep. Evang. X. 6. p. 476. A. *Κάδμος μέταλλα χρυσοῦ τὰ περὶ τὸ Πάγγαιον ἐπενόησεν ὄρος* narratque Demetrius Scepsius apud Strabon. XIV. p. 680. T. V. p. 732. *ὅτι ὁ Κάδμου πλοῦτος ἀπὸ τῶν περὶ Θρᾴκην καὶ τὸ Πάγγαιον ὄρος μετάλλων ἐγένετο.* conf. Nicet. Chon. de Man. Comnen. II. p. 98, 22. *κατὰ γὰρ παλαιὰν φήμην τῆς πόλεως ὡς πλουσίους τρεφούσης οἰκήτορας.* Arrhian. ap. Eustath. in Dionys. Perieg. 391. p. 170, 8. *Κάδμος πλούτῳ εὐδοκιμῶν.* Sed ad Hyginum revertor. Aonium ferrum a Cadmi usque temporibus hominum sermone celebrabatur — testes sunt Dionysius Perieg. v. 476. et eius Scholiasta p. 353, 19. et Eustathius cum p. 191, 24. tum in Hom. Iliad. II. 494. p. 262, 42. — nec galeis Boeoticis quidquam putabatur esse praestabilius Xenoph. de Re Equestr. XII. 3. p. 148. Zeun. *Κράνος γε μὴν κράτιστον εἶναι νομίζομεν τὸ βοιωτουργές.* Aelian. Var. Hist. III. 24. p. 205. Polluc. Onom. I. 10, 13. *εὐδόκιμα δὲ θώραξ Ἀττικουργές, κράνος Βοιωτουργές, πῖλος καὶ ἐγχειρίδιον Λακωνικά.* Conf. intpp. Hesych. T. II. p. 379, 11. Spanhem. in Iulian. Orat. I. p. 251. Haec qui consideraverit non adeo mirabitur fuisse, qui *Κάδμος* vocabulum in significationem hastae, galeae, clypei accommodarent. Namque Hesychius T. II. p. 99. *Κάδμος· δόρυ, λόφος, ἀσπίς.*

Κρῆτες, quibus verbis lucem olim affudit Tan. Faber comparatis locis Hygini Pliniique. Conf. Welcker. de Cret. Col. p. 24. Mueller Orchom. p. 115. p. 132.

Locum autem urbi Cadmus incredibili opportunitate ceperat; collem excelsum, qui solus altius extaret in campo late quoqùo versus patenti, fontes fluviosque uberrimos, agrum omnium rerum insigniter feracem, totius Boeotiae medium, ad incrementum urbis natum unice locum. Supina quidem planaque (Schol. Aristoph. Lysistr. 88. *λέγεται – ἡ Βοιωτία εὐπεδιὰς εἶναι.* Plutarch. Apophthegm. Reg. Vol. VIII. p. 135. *τὴν χώραν ὑπτίαν οὖσαν καὶ ἀναπεπταμένην.* id. vit. Sull. XV. Vol. III. p. 201. XX. p. 211. Marcell. XXI. Vol. II. p. 315. al.) cum Boeotia omnino omnis, tum maxime ea pars fuisse dicitur, in qua sitae Thebae, de qua Clarkius Trav. Vol. VII. p. 58. et Dodwellus Itin. I. P. II. p. 50. Sickl. et nos alias explicatius. Assurgit tamen is campus, ut in quem ab australi parte Cithaeron mons decurrat, sed raro assurgit et molliter. Strab. IX. p. 405. T. III. p. 420. *Κιθαιρὼν – ἐπιστρέφων εἰς τὰ πεδία παυόμενος δὲ περὶ τὴν Θηβαίαν.* id. p. 409. p. 440. *Κιθαιρὼν δὲ οὐκ ἄπωθεν τῶν Θηβῶν τελευτᾷ*, quem montem Thebarum appellant praeter alios multos Nonnus XLVI. 199. p. 1190, 31. *οὔρεα Θήβης* et Sopater *διαιρ. ζητημ.* p. 210, 7. *τὸ Θηβαίων ὄρος.* Et in ipso Boeotiae umbilico Cadmum sedem fixisse fidem faciunt Dicaearchus Vit. Gr. p. 188. *ἡ δὲ πόλις ἐν μέσῳ μὲν τῆς τῶν Βοιωτῶν κεῖται χώρας.* Descript. v. 93. p. 207. *κεῖται δ' ἐν μεσογείᾳ πάνυ καλὴ Πόλις μεγάλαι Θῆβαι.* Pausanias IX. 9, 1. p. 33. Aristides Panath. p. 117, 3. *ἕτερον δὲ πρὸ τούτων ἐν μέσῃ τῇ Βοιωτίᾳ τῆς πόλεως ἔργον γίγνεται* ubi Schol. p. 102, 12. *εἰς Θήβας.* Sopater l. d. p. 205, 23. *πόλιν ἐν μέσῃ Βοιωτίᾳ κειμένην.* Ut potuerit videri fas iusque esse hoc dumtaxat loco, qui quasi arx Boeotiae *ὥςπερ ἀκρόπολίς τις τῆς Βοιωτίας* Diodor. XV. p. 18, 18. fuerit, rerum caput summamque imperii esse, quamquam Aeschines de fals. legat. p. 289. sq. *ἀπήγγελον, ὅτι τὰς Θήβας Βοιωτίαν εἶναι δίκαιον ἡγοίμην καὶ μὴ τὴν Βοιωτίαν Θήβας.* Quin medium totius Graeciae spatium tenebant Thebae *ἐπεὶ ἐν μεσαιτάτῳ τῆς Ἑλλάδος ἡ Βοιωτία* Schol. Hom. Iliad. II. 494. p. 79, 50. idque crebra vociferatione jactarunt, si qui concionantes Theba-

rum ab Alexandro eversarum vellent commovere vel miserationem vel invidiam, ut Aeschines in Ctesiph. p. 426, 133. *Θῆβαι πόλις ἀστυγείτων μεθ' ἡμέραν ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἀνήρπασται* et eius exemplo, ut suspicatus est Wesselingius in Diodor. XIII. p. 585, 24., Dinarchus in Demosth. p. 153, 24. Add. Aphthon. Progymn. IX. p. 95, 2. *παρὰ Θηβαίοις ὠμήρευε καὶ διατρίβων ἐπὶ μέσης τῆς Ἑλλάδος οὐ μετετίθει τῇ συνουσίᾳ τόν τρόπον.* De ipso clivo autem, cui imposita Cadmea est, quod supra posuimus, id confirmat Gellius Itin. of Gr. p. 56. „Thebes on an insulated hill." Et in tumulo ut urbem Cadmus constitueret, tulerat perpetua antiquissimorum hominum consuetudo, quandoquidem auctore Scholiasta Hom. Iliad. IV. 508. p. 142, 35. conf. Etym. M. p. 160, 10. *οἱ παλαιοὶ οἱ κτίζοντες τὰς πόλεις ἐν τοῖς ὑψηλοτέροις τόποις τὰς ἀκροπόλεις ἐποίουν*, de quo instituto sollerter exposuerunt Wesselingius in Diodor. V. p. 335, 98. et Valckenarius diss. de Byrsa c. III. p. 130, sq. Opusc. T. I. Atque eo spectat oraculi versus 15. quo Cadmus iubetur *ὄχθῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ κτίζειν πόλιν εὐρυάγυιαν* ac Pindarus fragm. inc. 106. p. 662. *λιπαρᾶν τε Θηβᾶν μέγαν σκόπελον* conf. Valcken. in Eurip. Hippol. 31. p. 165. e. Quibus etiam distinctius idem prodit Pausanias III. 17, 2. p. 85. Vol. II. *Λακεδαιμονίοις δὲ ἡ ἀκρόπολις μὲν ἐς ὕψος περιφανὲς ἐξίσχουσα οὐκ ἔστι, καθὰ δὴ Θηβαίοις τε ἡ Καδμεία καὶ ἡ Λάρισσα Ἀργείοις*, quas arces coniunctim meminit etiam Scholiasta Aristid. Panath. p. 263, 22. *ἡ τῶν Κορινθίων ἀκρόπολις Ἀκροκόρινθος λέγεται, ὥςπερ καὶ ἡ τῆς Ἰλίου Πέργαμος καὶ ἡ τῶν Θηβῶν Καδμεία καὶ ἡ τοῦ Ἄργους Λάρισσα* vel Scaliger in Euseb. Chronic. p. 38. b. „*Καδμεία* fuit arx Thebarum ut *Λάρισσα τοῦ Ἄργους, Βύρσα τῆς Καρχηδόνος, Ἀκροκόρινθος Κορίνθου*, Capitolium Romae." Cadmeam enim urbem Cadmus dixit de suo nomine Pausan. IX. 5, 1. p. 17. *Κάδμος τὴν πόλιν τὴν καλουμένην ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς Καδμείαν ᾤκισεν.* Diodor. XIX. p. 359, 51. *Κάδμου κτίσαντος τὴν ἀπ' αὐτοῦ προςαγορευθεῖσαν Καδμείαν*, al., unde apud Aeschylum est *Κάδμου ἐπώνυμον πόλιν* de quo Wesselingius ad Diodor. I. p. 23, 57. Nec vero omisit Cadmus muris operibusque urbem sepire ut aedificatam in infestissimis gentibus, quarum graviores fuisse tumultus et incursiones infra monstrabi-

mus. Eius rei documento sat luculento - nam reliqua aptius promentur alio loco — nummus Tyrius est apud Eckhelium Doctr. Numm. III. p. 389., in quo comparet „Cadmus dextra pateram, sinistra hastam tenens, iuxta bos procumbens, retro porta urbis cum moenibus, propter quae scriptum *ΘΗΒΕ.*" Et Tyrium quidem ut addam quod paene praeterii, Cadmum appellat Euripides Phoen. 639. Cretens. fr. II. p. 135. conf. Oppian. Cyneg. IV. 291. Nonn. XL. 300. p. 1034, 16. 1038, 7., verum idem Euripides Sidonium Bacch. 978. 171. Phryx. fr. I. p. 294., cuius priorem versum apud auctorem vit. Isocr. p. XII, 31. Dind. extare fugit Matthiacum. De Sidone consentit Isocrates Helen. Encom. p. 192, 1. *Κάδμος Σιδώνιος Θηβῶν ἐβασίλευσε*, Achilles Tatius I. p. 3, 2. *Σιδὼν ἐπὶ θαλάσσης πόλις - Θηβαίων ὁ δῆμος πατὴρ*, cum quo comparant Plinii Nat. Hist. V. 19. „Sidon - Thebarum Boeotiarum parens." Add. Cedren. p. 14. A. sive Euseb. Chron. p. 12, 38. Chronic. Pasch. p. 47, 10. et Hippolyt. Ms. apud Cangium p. 237. Sed nolo in hac caussa longus esse; parum enim sibi constant scriptores v. Odofr. Mueller. Orchom. p. 114. Plerique dum contentionem recusant e Phoenicia Cadmum profectum scribunt uti Strabo VII. p. 321. T. II. p. 444. Diodorus IV. p. 247, 63. Himerius Orat. II. 3. p. 374. Eustath. in Hom. Iliad. IV. 390. p. 487, 29. id. ad II. 498. p. 266, 30. *τὸν Σύριον Κάδμον* (leg. *Τύριον*) Schol. Aesch. Sept. 148. p. 155. Salmas. de L. Hell. p. 416. Staver. in Hygin. fab. CCLXXVII. p. 398. Non incallide Eusebius Chron. p. 27, 18. *Φοῖνιξ καὶ Κάδμος - Τύρου καὶ Σιδῶνος ἐβασίλευσεν.* At fuerunt qui negarent a Cadmo primo urbem in ea Boeotiae parte constitutam velut Varro de Re Rust. III. 1, 2. p. 271. „vetustissimum oppidum cum sit traditum Graecum Boeotiae Thebae, quod rex Ogyges aedificavit" et Festus p. 138. ed. Paris. „Ogygia moenia Attius in Diomede (Fr. 10. p. 198.) appellans significat Thebas, quia eam urbem Ogygus condidisse traditur." Nimirum Cadmus quod terra potitus erat, quam olim Hectenes et rex Ogygus tenuissent, non solum Thebarum restitutor potius quam conditor, verum filius etiam Ogygi habitus est Photio teste p. 658, 5. et Suida v. *Ὠγύγια κακά* T. II. p. 752. *Κάδμον τὸν Ὠγύγου.* Pausan. IX. 5, 1. p. 16. *γῆν δὲ τὴν Θη-*

βαΐδα οἰκῆσαι πρῶτον λέγουσιν Ἑκτῆνας, βασιλέα δὲ εἶναι τῶν Ἑκτήνων ἄνδρα αὐτόχθονα Ὤγυγον· — καὶ τούτους μὲν ἀπολέσθαι λοιμώδει νόσῳ φασὶν, ἐξοικίσασθαι δὲ μετὰ τοὺς Ἑκτῆνας εἰς τὴν χώραν Ὑαντας καὶ Ἄονας. Nec sane ei opinioni non videntur fidei aliquid conciliare tum quae eo loco, qui de Ogygiis portis est, in medium afferentur, tum oratio et Euripidis Bacch. 172. Ἀγήνορος παῖδ', ὃς πόλιν Σιδωνίαν λιπὼν ἐπύργωσ' ἄστυ Θηβαίων τόδε et Strabonis, qui Cadmeam nominat Varrone et Festo consideratior, IX. p. 401. T. III. p. 390. εἶτα Φοίνικες ἔσχον (τὴν Βοιωτίαν) οἱ μετὰ Κάδμου ὃς τὴν Καδμείαν ἐτείχισε. Conf. Conon. c. XXXVII. p. 280. κρατεῖ Κάδμος τῆς Βοιωτῶν γῆς καὶ – οἰκίζει Φοίνικας ἐν Θήβαις. Quamquam cavendum est ne quis ad hanc caussam momenti alicuius esse locos eiusmodi putet, qualis est Pausaniae IX. 19,4. p. 68. ἡ βοῦς — ἡ Κάδμον καὶ τὸν σὺν αὐτῷ στρατὸν ἄγουσα ἐς Θήβας. conf. Bentl. diss. de epist. Phalar. VI. p. 17. sq. Pherecydis fr. XVI. p. 106. Κάδμος κατῳκίσθη ἐν Θήβησιν, Marm. Arund. l. 12. p. 680. Palm. Κάδμος – εἰς Θήβας ἀφίκετο – ἔκτισεν τὴν Καδμείαν vel Scholiastae Eurip. Phoen. 638. p. 140. εὗρε βοῦν καὶ ἠκολούθησεν αὐτῇ καὶ εἰς Θήβας ἐφῆκε καὶ ἐκεῖ ᾠκοδόμησε τὰς Θήβας; hoc enim ut pro ἐθῆκε rescriberemus (Steph. Byz. p. 385, 2 Σκυφία. Rehd. Σκυθία) nobis placitum est, ne cum Valckenario p. 681. maiora moliremur. Quam fraudem non evitavit Muellerus, qui istam de Ogygo narrationem ab sacerdotibus Cereris Cabirorumque profectam propagatamque esse iudicavit Orchom. p. 216., quippe Apollonio Rhodio serviens III. 1178. Ἀονίοιο δράκοντος ὃν Ὠγυγίῃ ἐνὶ Θήβῃ Κάδμος, ὅτ' Εὐρώπην διζήμενος εἰςαφίκανε, πέφνεν. Quibus consimilia habet Nonnus in Gregor. Naz. Orat. XX. p. 776. C. „ferunt Cadmum Agenoris filium apud Thebas Boeotiae urbem draconis a se interfecti dentes sevisse." Sed nunc quidem haec satis est significasse magis, quam disceptasse. Quod superest, Sparti Cadmi in moenibus construendis adiutores cives novae urbis ac principes facti sunt et Echion Agauen duxit Cadmi filiam. Serv. in Virg. Aen. XII. 514. p. 78. „Echionii Thebani a rege Echione. Ovidius de sociis Cadmi loquens Thebarum aedificatoris ait: Quinque superstiti-

arcem tenent sunt *οἱ ἄνω* Plutarch. l. d., quemadmodum Scholiasta Thucyd. IV. 66. p. 474. *τὴν ἄνω πόλιν* interpretatur *τὴν ἀκρόπολιν*, in quo tergiversatur Duckerus in IV. 53. p. 434. Vol. III. ed. Bip. Conf. Diodor. XV. p. 21, 74. *οἱ ἐκ τόπων ὑπερδεξίων ἀμυνόμενοι*. Hinc pronum est Plutarchi sententiam assequi subiectam sub verbis, quae in eiusdem libri capite XXVI. p. 355. sunt, hisce: *ἡμᾶς δεῖ τοῖς ὑπὸ πόλιν φρουροῖς κομίσαι τι πρόσταγμα παρὰ τῶν ἀρχόντων*, quae Reiskius parum considerate in hunc modum attentavit *τοῖς ἐπὶ τῶν πυλῶν φρουροῖς*." Cadmeam enim *πόλιν* vocari solitam fuisse plane aperteque ipse Plutarchus docet vit. Pelopid. c. XVIII. p. 251. Vol. II. *τὸν δ' ἱερὸν λόχον – συνετάξατο Γοργίδας πρῶτος ἐξ ἀνδρῶν ἐπιλέκτων τριακοσίων, οἷς ἡ πόλις ἄσκησιν καὶ δίαιταν ἐν τῇ Καδμείᾳ στρατοπεδευομένοις παρεῖχε καὶ διὰ τοῦτο ὁ ἐκ πόλεως λόχος ἐκαλοῦντο· τὰς γὰρ ἀκροπόλεις ἐπιεικῶς οἱ τότε πόλεις ὠνόμαζον*, de quo usu a Valckenario in Herod. VII. 26. p. 295. et V. 74. p. 77. non neglecto lectissima quaeque suppeditat Hemsterhusius in Aristoph. Plut. 772. p. 260. sq. Ceterum arcis Athenarum fere propria ea appellatio videtur fuisse conf. Meurs. Cecrop. c. III. Taylor. in Aeschin. c. Timarch. p. 117. Rsk. Hemst. et Valcken. ll. dd. *λεξ. ῥητ.* p. 295, 5. *πόλις οὐ μόνον τὸ ἄστυ ἀλλὰ ἰδίως Ἀθηναῖοι πόλιν ἔλεγον ἀκρόπολιν*. Qua in re animadvertere attinet, Plutarchum vit. Thes. XXIV. p. 24. de Athenis scripsisse *τὸ ἄστυ τήν τε πόλιν Ἀθήνας προσηγόρευσε*, quod recte explicavit Hemsterhusius l. d. p. 261. Reiskio non item intellectum, verum de Thebis de Gen. Socr. XVII. p. 333. *ᾤμην – τὰ πλεῖστα τῆς πόλεως φλέγεσθαι, τὴν δὲ Καδμείαν καπνῷ μόνῳ περιέχεσθαι*. Cadmea igitur *ἡ ἐν Θήβαις ἀκρόπολις* Xenoph. Hist. Gr. V. 4, 1. VI. 3, 11. *ἡ ἐν Θήβαις Καδμεία*. Cornel. Nep. Pelopid. I. 2. „arx oppidi, quae Cadmea nominatur." Schol. Aristid. Panath. p. 261, 4. *Καδμείαν τὴν ἀκρόπολιν τῶν Θηβαίων. λεξ. ῥητ.* p. 270, 19. *Καδμεία ἡ ἀκρόπολις τῶν Θηβαίων ἀπὸ Κάδμου τοῦ ποιήσαντος αὐτήν*. Tiraquell. in Alexandr. ab Alex. Gen. Dier. VI. 11. p. 557. T. II. conf. Plin. VII. 57. p. 273. „Oppidum Cecrops a se appellavit Cecropiam quae nunc est arx Athenis". *Ἄκραν* eam appellant Aeschines

c. Ctesiph. p. 633. Rsk. Plutarchus vit. Pelopid. V. p. 234. et de Gen. Socr. XXXIII. p. 365. (Agesil. XXIII. p. 107. Vol. IV. *ἀκρόπολις*), Diodorus XV. p. 21, 68. XVII. p. 166, 90. Namque ut Aphthonius ait Progymn. XII. p. 105, 1. *αἱ ἀκροπόλεις δὲ ἄρα ταῖς πόλεσιν εἰς κοινὴν μὲν ἑστᾶσιν ἀσφάλειαν· πόλεων γὰρ ἄκραι γεγόνασι· τειχίζονται δὲ οὐ μᾶλλον αὐταὶ τοῖς οἰκήμασιν ἢ τὰς πόλεις τειχίζουσιν*, cui adde Iungermann, in Polluc. IX. 40. p. 1003. Ceterum *Καδμεῖαν* libri fere ubique omnes tenent; sunt tamen, qui *Καδμίαν* exhibeant, sed perpauci idque rare velut Mosquensis codex Pausaniae bis Siebelis. ad IX. 5, 3. p. 17., Apollodori unus II. 4, 6. Heyn. nott. p. 320., Dicaearchi teste Gailio p. 190., SG. Plutarch. vit. Agesil. XXIII. p. 106. 107., unus Laurentianus ap. Aristid. Eleusin. p. 258, 11. T. I., Vindobonensis apud Diodor. IV. p. 310, 91. 93. Conf. *καδμεία* et *καδμία* Lobeck. Paralip. p. 331., *Καδμία νίκη* Diodor. XIII. Paris. alt. p. 621, 7., cod. Oxon. apud Malal. II. p. 40, 2. (Cedren. p. 23. C. *Καδμείαν*), Paris. apud Menandr. *περὶ ἐπιδεικτ.* III. 2. p. 207, 2. Polyaen. II. 4, 3. p. 167. et *Καδμίοις* Vindob. Diodor. I. p. 27, 96. et *Κάδμιοι* Hesych. p. 99. Steph. Byz. p. 229, 2. *Καδμεῖοι καὶ Καδμείονες καὶ Καδμίοι* (*Καδμεῖοι* Rehd.), quo nomine Nicetas Choniata de reb. post capt. urb. gest. p. 805. 13. etiamtum Thebanos appellat *Ῥογέριος – ὑπὸ τῶν Καδμείων ἀσμένως προσδέχεται*. Diligentius id discrepantiae enotavi, ut Suidae auctoritatem firmare possem *Καδμίαν* non de arce sed de terra intelligendum arbitrati p. 7, 12. *Καδμεία ἡ τῶν Θηβῶν ἀκρόπολις, Καδμεία γυνὴ καὶ Καδμεία νίκη, διὰ διφθόγγου. Καδμία δὲ χώρα διὰ τοῦ ῑ.* Quamquam exemplum eorum, de quibus subinde meminit *οἱ δὲ καὶ τοῦτο διὰ διφθόγγου γράφουσι*, videtur praevaluisse. Sic enim Apollodorus II. 4, 6. p. 106. *ἔφθειρε γὰρ τὴν Καδμείαν ἀλώπηξ θηρίον* et Strabo IX. p. 321. T. II. p. 444. *τὴν δὲ Καδμείαν (ἔσχον) οἱ μετὰ Κάδμου Φοίνικες, αὐτὴν δὲ τὴν Βοιωτίαν Ἄονες καὶ Τέμμικες καὶ Ὑαντες* si vocis *αὐτὸς* recte statuo eandem hic vim esse atque apud Callimachum h. in Dian. 240. *τέλεσεν δέ τοι ἱερὸν Ἱππώ· αὐταὶ δ' περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο*. Conf. id. Strab. IX. p. 412. T. III. p. 462., de quo loco alias dicetur, *ἐν τῷ Ὑπάτῳ ὄρει*, ἢ

ἐστιν ἐν τῇ Θηβαϊκῇ πλησίον Τευμησοῦ καὶ τῆς Καδμείας. Schol. Soph. Oed. Col. 687. Κηφισοῦ· λέγοι δ' ἂν ἐν τῇ Καδμείᾳ. At de Philostrati Imagg. I. 27. p. 42, 22. οὐδεὶς ἐνόστησε πλὴν Ἀδράστου καὶ Ἀμφιάρεω· τοὺς δὲ λοιποὺς ἡ Καδμεία κατέσχεν ambigi potest, quia vetus et translaticia de Argivis Thebano bello occisis vox est οἱ ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ τελευτήσαντες Isocr. Paneg. p. 41, 17. Helen. Encom. p. 185, 23., οἱ ὑ. τ. Κ. πεσόντες Plutarch. vit. Thes. XXIX. p. 31. de Herod. malign. XLII. p. 337. Vol. XII. Diodor. IV. p. 310, 91., ubi pro τῶν ὑπὸ τὴν Καδμείαν πεπτωκότων omnino rescribendum est id, quod legitur v. 94. ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ, Aristid. Panath. p. 117, 2. conf. Wernsdorf in Himer. Orat. II. 11. p. 388. Liban. Hyperid. Vol. IV. p. 328, 22.; idem προγυμν. παραδ. p. 989, 6. Vol. IV. τοὺς ἐπὶ τῇ Καδμείᾳ τῶν Ἀργείων πεσόντας ut Xenoph. Hist. Gr. VI. 5, 46. Philostrat. Imagg. II. 30. p. 100, 3. (Sext. Empir. adv. Gramm. I. 12. 261. p. 271. τῶν ἐπὶ Θήβαις πεσόντων. Eustath. Il. II, 828. p. 355, 33. τῶν ἐν Θήβαις π. ἀρχηγῶν) Schol. Eurip. Phoen. 854. p. 191. τῶν ἐν Καδμείᾳ πεσόντων, sed Nicephorus Ethop. VII. 11. p. 492, 14. Ἀργείοις ἐπὶ τῆς Κάδμου πεδιάδος πεσοῦσιν. Sed eo revertor. Plene Nicetas Chon. de Man. Comn. II. p. 98, 18. τῇ Καδμείᾳ γῇ προσέβαλεν. Reliqui Καδμηΐς Stephan. v. Βοιωτία p. 114, 28. et v. Βρύξ p. 123, 31. (Καδμηΐδι γαίῃ Hesiod. Opp. 161.) Eustath. in Il. IV. 390. p. 487, 29. Κ. δρούρης Nonn. XXXII. 227. p. 814, 14.) Gavell. Obss. Misc. Nov. T. VII. p. 779. Ducker. in Thucyd. I. 12. p. 306. ubi Cass. Καδμηΐαδα, quod quum nusquam alibi invenisset errori scribentis tribuit Duckerus. Comparationem habet Καδμειάδα, quod libri aliquot offerunt apud Diodorum XV. p. 21, 58. Denique similis librorum dissensus est de Μηδεία et Μηδία, velut apud Malalam in cod. Ox. IV. p. 79, 12. Μηδίαν est, contra apud Cedrenum Μηδείαν; de quo dissensu dixerunt L. Dindorfius in Xenoph. Exped. I. 7, 15. p. 42. sq. et II. 4, 27. p. 90. et Iacobsius in Aelian. Hist. Anim. XV. 26. p. 528. hisque praetermissus Munckerus in Hygin. fab. XXVII. p. 67. Reprobat Μηδέαν G. Dindorfius in Syncell. p. 418, 6. In latinis raro reperitur Cadmia testante Staverenio in Cornel. Nep. Epam. X. 3. p. 498. Postremo alte-

ram Cadmeam commemorat Stephanus Byz. p. 240, 23. v. *Καρχηδών*: *ἐκαλεῖτο δὲ καινὴ πόλις καὶ Καδμεία*, ubi Thomas a Pinedo p. 363. a. „Nomen a Kedem deducitur, quod hebraice significat inter alia antiquitatem". Denique errat Schoettgenius ad Bos. Ellips. p. 26. „*ἀκρόπολις* deest in *Καδμεία*", cui quidem scribendum fuit *πόλις*.

Dixi supra aliquanto post Cadmum Thebas ab Zetho et Amphione aedificatas esse idque dixi fide cum scriptorum plurimorum tum eius, qui unus instar est omnium, Homeri Odyss. XI. 263.

Ἀμφίονά τε Ζῆθόν τε
Οἳ πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο.

De primordiis urbis si quaeris, Gailius in Geogr. Min. Vol. II. p. 189. „ab ortu, inquit, non urbes fuere veterum civitates, sed pagi circum montem aut acropolin habitati, Athenarum instar et Thebarum ipsarum." Namque recordere oportet Cadmo victoriam consequuto Aones in suo se loco sustinuisse vicatimque habitavisse v. Pausan. l. d. p. 17. *τοὺς δὲ Ἄονας ὁ Κάδμος καταμεῖναι εἴασε. Τοῖς μὲν οὖν Ἄοσι κατὰ κώμας ἔτι ἦσαν αἱ οἰκήσεις. Κάδμος δὲ τὴν πόλιν τὴν Καδμείαν ᾤκισεν* et Conon. p. 280. *κρατεῖ Κάδμος τῆς Βοιωτῶν γῆς καὶ φυγόντων τῶν διασωθέντων ἐπὶ τὰς οἰκείας πόλεις οἰκίζει Φοίνικας ἐν Θήβαις*. Quae si cui videntur cum Pausania pugnare, quod aliud sit *πόλις*, aliud *κώμη* (*τοῦτο θέαμα Δημοσθένει τῆς δουλείας χαλεπώτερον κώμας ἀντὶ πόλεων ἰδεῖν γεγενημένας* Liban. Vol. IV. p. 333, 2.), is multiplicem vocis *πόλις* usum esse reputet perpendatque primum illa Thucydidis I. 5. *πόλεσιν ἀτειχίστοις καὶ κατὰ κώμας οἰκουμέναις*, de quibus Scholiasta Aristid. p. 29. Fromm. *πόλεις ὁ συγγραφεὺς καλεῖ τὰς κώμας διὰ τὸ δίκην πάλεως ταύτας οἰκεῖσθαι* conf. intpp. Thucyd. p. 65. Popp., tum lexic. Boissonad. Vol. IV. p. 386. v. 394. *κώμη πόλις λέγεται* et quae sunt in Misc. Obss. Vol. VII. T. I. p. 117., nec mirabitur oppida aliquot nunc *κώμας* nunc *πόλεις* appellari velut Ebrodunum, de quo Wesselingius in Anton. Itin. p. 342. Nec plane hinc abhorret, quod supra de Spartis Cadmi sociis retulimus, siquidem Androtion apud Schol. Eurip. Phoen. 670. p. 147. fragm. p. 114. *σπαρτοὺς αὐτοὺς φησι διὰ τὸ ἀκολουθήσαντας αὐτοὺς ἐκ Φοινί-*

κης Κάδμῳ σποράδην οἰκῆσαι. Conf. Heraclit. de Incredib. 19. p. 75. *Κάδμος – τοὺς σποράδην οἰκοῦντας εἰς ἓν συνήγαγεν.* Igitur vicos aliquot Aonum, qui sparsis domibus et disiectis uterentur, ab Amphione et Zetho uno ambitu comprehensos atque uno inclusos pomoerio fuisse facile intelligitur. Qualem vicum fuisse credo Calydnam Stephano Byzantio memoratam p. 232, 3. *Κάλυδνα· πόλις Θήβης, ἀπὸ Καλύδνου παιδὸς Οὐρανοῦ,* ut quo nomine Lycophro studiosissimus reconditiorum rerum scrutator Thebas appellet v. 1209. *Καλύδνου τύρσιν Ἀόνων τε γῆν.* Quod sic enarrat Tzetza: *Κάλυδνος γάρ τις ἐβασίλευσε πρῶτος τῶν Θηβῶν, μεθ' ὃν Ὤγυγος· ὅντινα Κάλυδνον καὶ πυργῶσαί τινές φασι τὰς Θήβας τὰς ἑπταπύλους, ὡς μηδὲ τὰ τοῦ Ὁμήρου ἀγνοῶν κότες, ὅτι Ζῆθος καὶ Ἀμφίων αὐτὴν ἔκτισαν καὶ ἐτείχισαν.* In Stephani loco tamen inest quod magnopere mihi displiceat, quod quid sit et quomodo melius faciendum aperiam infra. Ergo ut Varro ab Ogygo, ita ut praeteream Menelaum qui in Thebaidis libro primo *Τεμμίκιον ἄστυ* ap. Stephan. Byz. p. 410, 20. Thebas nominarat, alii a Calydno Thebas opinabantur constitutas, quum disiectas partes, quae illis paruerant, ab Amphione demum in iustam urbis formam coniunctas fuisse probabilis sit argumentatio. Idem Tzetza in Lycophr. v. 1225. Thebani vici Oncarum conservavit memoriam, illam quidem de gravissimis caussis prorsus reiiciendam, sed iccirco haud omnino levem, quod Thebani agri vicatim habitati continetur indicium. Licet eius rei etiam hoc signum ostendere, quod Lycus, e cuius genere orti Zethus et Amphion sunt, ibi domicilium habuisse fertur, ubi postea Thebas illi aedificarunt v. lib. IV. cap. I. Postremo gravius testimonium Malalas reddit, scriptor copia rerum fide dignarum non minus quam commentorum instructissimus Chronogr. II. p. 49, 4. *Εὐθέως Ἀμφίων ὁ λυρικὸς κτίζει πόλιν μεγάλην πάνυ — τὴν πρώην μὲν οὖσαν κώμην λεγομένην Ἐγχέλειαν.* Sic pro *Ἐγχυλίαν* legi recte optat Dindorfius. Quin etiam idem significare videri potest Scholiasta Apollon. Rhod. I. 763. p. 396. *πόλεις κτιζομένας διὰ τῆς τοῦ Ἀμφίονος λύρας ἱστορεῖ.* Paris. p. 61. *τὰ δὲ περὶ Ἀμφίονα καὶ Ζῆθον οἰκοδομὰς καὶ οἰκείωσις* (hoc enim est illud *οἰκήσεις*) *πόλεων δηλοῖ.*

Rei veritatem introspexit olim vir accuratissimae doctrinae Palmerius, cuius haec in Misc. Obss. Vol. IX. T. III. p. 454. leguntur verba: „Amphion Thebas Boeoticas condidit; saltem muris cinxit, cum antea κωμηδὸν id est per vicos habitarentur" et ibidem p. 448. „Si a prima antiquitate Thebis nomen sumatur, ab Ogyge rege Hectenorum fundatae et dictae sunt; si vero ab eo, qui primus Thebas muro cinxit et turribus munivit, Amphion, Amphioniae dictae". Conf. Simson. Chron. Cathol. infra p. 24. posit. Raoul-Rochett. Hist. de l'établ. des col. grecq. I. 4. p. 123. Tzschuck. in Pompon. Mel. Vol. III. P. II. p. 218. Etenim Antiopae filii Thebas urbem non solum formarunt, sed muris etiam, ut dixit Palmerius, circumdederunt, quos ante id aetatis fuisse nullos et sponte intelligitur et liquido docet et Apollonius Rhod. I. 735. Ἔν δ' ἔσαν — Ἀμφίων καὶ Ζῆθος· ἀπύργωτος δ' ἔτι Θήβη κεῖτο πέλας, τῆς οἵγε νέον βάλλοντο δομαίους Ἱέμενοι et Philostratus Imagg. I. 10. p. 778. ὁ δὲ Ἀμφίων οἰκῶν τὰς Θήβας οὔπω τετειχισμένας Tzetzaque Chil. X. 409. p. 380. et Nonnus V. 50. p. 142, 15. Qua in re negligendum non est, ut Neptuno et Apolline Troiam muro cingentibus Aeacum ferunt in eius laboris societatem venisse (Schol. Pindar. Olymp. VIII. 41. p. 194.), ita Zetho et Amphioni operam praestitisse Locrum scribi a Pherecyde ap. Schol. Hom. Odyss. XI. 325. fr. LXXII. p. 207. Μαῖρα — τίκτει Λοκρὸν τὸ ὄνομα παῖδα, ὃς Θήβας μετ' Ἀμφίονος καὶ Ζήθου οἰκίζει. Eustath. p. 1688, 63. sive Eudoc. Viol. p. 285. Μαῖρα — συνῆλθε Διΐ, ἐξ ὧν Λοκρὸς ὁ τὰς Θήβας συνοικίσας Ζήθῳ καὶ Ἀμφίονι. Quo nomine latet fortasse involuta significatio Hyaeorum, Locridis gentis, quos necessitudine quadam cum Hyantibus connexos fuisse existimarunt Coraius et Theilius a Muellero Orchom. p. 130. not. 4. indicati et nisi me ratio fallit Bloomfieldus in Thucyd. III. 101. Conf. Welcker. de Cret. Col. p. 90. not. 205. et supra dicta I. 1. p. 7. Etiam adiicio Theben et Locrum coniungi in Recogn. S. Clement. X. 21. p. 318. A. „Megacliten Macarei (Iupiter vitiavit), ex qua nascitur Thebe et Locrus". Id de quo agitur ex Apollinis praecepto nonnulli, inter quos Hyginus fab. IX. p. 26., factum esse perhibent, alii iccirco, quod periculum esset, ne urbs patens apertaque ab acrioribus hostibus caperetur, id-

que perhibent Homeri Odyss. XI. 263. sequuti auctoritatem:

οἳ πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο
Πύργωσάν τ', ἐπεὶ οὐ μὲν ἀπύργωτόν γ' ἐδύναντο
Ναιέμεν εὐρύχορον Θήβην κρατερώ περ ἐόντε.

Phlegyas enim gentem vicinam et praedatoriam vix ullum tempus ad incursiones intermisisse, donec urbem vastaverint, id quod Zetho et Amphione fato functis contigerit. Pherecyd. fr. XXIX. p. 127. 128. Eustath. in Hom. Iliad. XIII. 301. p. 933, 12. οἱ Φλεγύαι – ἀσεβεῖς ἄνδρες καὶ λῃστρικοί· — καὶ τὰς Θήβας δὲ διὰ τὸ ἐξ αὐτῶν δέος τετειχίσθαι ὑπ' Ἀμφίονος καὶ Ζήθου φασίν· ὧν θανόντων ἁλῶναι – τὴν πόλιν ὑπὸ Φλεγυῶν Εὐρυμάχου βασιλεύοντος et in Odyss. l. d. p. 1682, 51. sive Eudoc. Viol. p. 18. ὡς τάγε πρώην ἀτείχιστοι οὖσαι ὑπὸ Φλεγυῶν ἐβλάπτοντο, οἳ τοὺς ἐκεῖ ἐσίνοντο· Ζήθου δὲ καὶ Ἀμφίονος θανόντων Εὐρύμαχος Φλεγυῶν βασιλεὺς – τὰς Θήβας ἠρήμωσε. Atque illa pericula animo agitat Zethus Euripidius fratrem sic cohortatus Antiop. fr. XXV. p. 75. sq.

παῦσαι δ' ἀοιδῶν πολεμίων δ' εὐμουσίαν
ἄσκει. τοιαῦτ' ἄειδε καὶ δόξεις φρονεῖν —
ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς σοφίσματα,
ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις.

Infestos autem Thebano nomini Phlegyas inde a Cadmi temporibus fuisse prodidit Pherecydes ap. Schol. Apollon. Rhod. I. 735. p. 392. fr. l. d. Φερεκύδης δὲ καὶ τὴν αἰτίαν παραδίδωσι τῆς οἰκοδομῆς, διότι Φλεγύας πολεμίους ὄντας εὐλαβοῦντο βασιλεύοντι Κάδμῳ. „Ultima verba βασιλεύοντι Κάδμῳ ab interpolatore profecta esse docte arbitratur Heynius ad Apollodor. p. 583. Codex Paris. Scholiorum Apollonii habet διὰ γὰρ τοὺς Φλεγύας ἐχθροὺς ὄντας καὶ ὁμόρους, quae lectio sane praestat." Ita quidem Sturziùs p. 128. conf. Welck. de Cret. Col. p. 83. not. 185.; alia nobis mens est. Nam et Eudocia p. 19. (v. Corollar. I.) praeter Phavorinum illa verba transscripsit et de Cadmo bellis lacessito quaedam minime protrita narrat Diodorus XIX. p. 359, 96. τοὺς οὖν τότε κατοικήσαντες ὕστερον Ἐγχελεῖς καταπολεμήσαντες ἐξέβαλον· ὅτε δὴ συνέβη καὶ τοὺς περὶ Κάδμον εἰς Ἰλλυριοὺς ἐκπεσεῖν. μετὰ δὲ ταῦτ' Ἀμφίων καὶ Ζῆθος (ἐκράτησαν τοῦ τόπου), in

quibus expediendis operam consumpsit Casaubonus in Strabon. I. p. 46. At enim eiusdem rei testimonium, ut ego opinor, Malalas l. d. contulit in Thebani vici cognomentum, quod explicationem haberet minus difficilem, si vera praeciperet Scholiasta Lucani III. 189. p. 201. Web. „encheliae dracones dicuntur a Graecis" conf. Nonn. XIX. 332. p. 528, 31. Atqui iste quod Cadmi est ad Encheleas profecti, perperam retulit ad ipsos Encheleas.

Iam vero quae de Cadmo atque Amphione Zethoque Thebarum conditoribus inquirendo exsequuti sumus, videndum est quam vario modo scriptores posterioris aetatis miscuerint et turbarint. Ac primum quidem extiterunt, qui quas Cadmus aedificasset Thebas munitas perhiberent ab Amphione. Inter quos Nonnus est V. 50. p. 142, 15. 29. 31. *φονίην δὲ μετὰ στροφάλιγγα κυδοιμοῦ Κάδμος ἀπυργώτοιο θεμείλια πήγνυε Θήβης — Ἑπταπόρῳ πυλεῶνι περίδρομον ἄστυ χαράξας — ἐσσόμενον ναέταις Ἀμφίονι τεῖχος ἐάσσας.* Scholiasta Eurip. Phoen. 114. p. 36. *ὁ μὲν γὰρ Κάδμος ἔκτισε τὰς Θήβας, Ἀμφίων δὲ καὶ Ζῆθος ἐτείχισαν.* Acro in Horat. carm. ad Pison. 394. „Cadmus Thebas constituit, eas muro cinxit Amphion" et qui luculentius id edissernit Tzetza Exeg. in Iliad. p. 16, 24. sq. *ὁ Κάδμος - κτίζει τὰς Βοιωτίας ὀνομασθείσας Θήβας - κἂν οἱ πολλοὶ τῶν Θηβῶν οἰκιστὰς Ζῆθον παραδιδόασι καὶ Ἀμφίονα διὰ τὸ ὕστερον αὐτοὺς ἐπισκευάσαι τὴν πόλιν φιλοτιμότερον* et p. 13. *Ζῆθος δὲ καὶ Ἀμφίων τὰς Θήβας ἐπεσκεύασαν.* Videlicet illis minus perspectum fuit interesse aliquid inter Thebas et Cadmeam; cuius discriminis optimi testes sunt Pausanias II. 6, 2. p. 228. *Ὅμηρος δὲ σφᾶς - Θήβας φησὶν οἰκίσαι πρώτους, ἀποκρίνων τὴν κάτω πόλιν (ἐμοὶ δοκεῖν) ἀπὸ τῆς Καδμείας* et Diodorus XIX. p. 359, 100. *μετὰ δὲ ταῦτ' Ἀμφίονος καὶ Ζήθου κρατησάντων τοῦ τόπου καὶ τότε πρῶτον τὸ ἄστυ κτισάντων, καθάπερ καὶ ὁ ποιητής φησιν* atque ille ipse, quem modo reprehendebamus, Tzetza Chiliad. X. 408. 416. p. 380. *ὁ Κάδμος κτίσας οὐχὶ τὰς Θήβας μέν, μόνην δέ τὴν Καδμείαν.* conf. I. 322. p. 14. Attamen, ut fit, promiscunm utriusque vocabuli usum etiam diligentiorum scriptorum tulit oratio, uti Diodori IV. p. 247. 69. *καταντήσαντα δ' εἰς τὴν Βοιωτίαν (Κάδμον φασί) -*

κτίσαι τὰς Θήβας et V. p. 370, 36. conf. Syncell. p. 306, 18. sive Euseb. Chron. p. 31, 24. ταύτην ἐπὶ ζήτησιν ὁ Κάδμος ἐξελθὼν κτίζει τὴν Καδμείαν καὶ Θηβῶν ἐβασίλευσε, quem locum ad gignendam fraudem pronum homo non mediocriter doctus et bene perspicax Simsonus videtur enarrasse Chronic. A. M. 2555. p. 188. „Ibi (in Graecia) Thebarum arcem, quae ab ipso Cadmea post dicta est, exstruxit et urbem ab Ogyge olim conditam instauravit, unde et ipse Cadmus Thebarum in Boeotia conditor perhibetur". Porro in hoc loco notandus est Barthii error Siebelisio in Pausan. Vol. IV. p. 18. animadversus, qui Homeri verba

οἳ πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο

de munitione et a Pausania IX. 5, 3. p. 19. putaret intellecta et ipse intelligeret in Stat. Theb. IV. 358. T. II. p. 1038. Quamquam dissimulari nequit ea significatione hoc verbum a Tzetza usurpatum esse Chiliad. X. 409. p. 380. Τὰς Θήβας ἀτειχίστους γὰρ τελούσας ἐν ὑστέροις Ἔκτισαν Ζῆθός τε αὐτὸς καὶ Ἀμφίων et in Anecd. Bachmann. II. p. 351, 7. ὁ Ποσειδῶν σὺν Ἀπόλλωνι ἐν Φρυγίᾳ παρὰ Λαομέδοντι θητεύοντες τὴν Τροίαν ἔκτισαν (coll. Menandr. περὶ ἐπιδεικτ. XVI. p. 329, 7. τὰ Λαομέδοντος τείχη Ἀπόλλων καὶ Ποσειδῶν κατασκευάσαι λέγονται. Burmann. in Ovid. Met. XI. 204. Lambin. in Horat. III. 3, 21. p. 184. Misc. Obss. Vol. IX. T. III. p. 458.). Quare quid Salmasio fiet, qui „hoc nos igitur, ait in Lamprid. Commod. XVII. p. 521. sq., nunc primi docemus, moenia Latinos usurpasse pro quibuslibet aedificiis et operibus atque ut moenia sunt aedificia, sic moenire pro aedificare et condere. Plaut. „Pergamum divina moenitum manu"? Adde quod Hesiod. Scut. v. 270. εὔπυργος πόλις Ioanne Diacono interprete p. 639, 12. est πόλις εὔκτιστος. Quod Barthio, idem accidit Wexio in Sophocl. Antig. p. 293. et olim Scholiastae Apollon. Rhod. I. 735. Ἀμφίων καὶ Ζῆθος οἱ καὶ τὰς Θήβας ἐτείχισαν, ὡς καὶ Ὅμηρός φησιν· οἳ πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπτα-πύλοιο. Rectius cod. Paris. p. 55. Ἀμφίων καὶ Ζῆθος, οὓς φασι κτίσαι τὰς Θήβας. Suidas v. Ἀντιόπη. p. 477, 2. Ζῆθος δὲ καὶ Ἀμφίων κτίζουσι Θήβας καὶ βασιλεύουσι. Nonnus Narr. XIX. p. 94. αἱ Θῆβαι – αἱ ἀπὸ Ἀμφίονος καὶ Ζή-

ϑου κτισθεῖσα. Ergo duae partes Thebanae civitatis fuerunt ac duo universae urbis conditores. Sophocl. Antig. 1155. Κάδμου πάροικοι καὶ δόμων Ἀμφίονος conf. Stat. Theb. II. 322. „Cadmi domos". Senec. Herc. Fur. 270. „Cadmea proles civitasque Amphionis, Quo decidistis"? (in hanc enim speciem praeclare reformavit Dan. Heinsius ista „cinis atque Ophionius"), Stat. Theb. X. 787. „(Menoeceus) laetis-favoribus omni Concinitur vulgo Cadmum atque Amphiona supra Conditor", de quibus conf. Gronov. in Stat. Achill. I. 15. Serv. in Virg. Aen. IV. 470. p. 294. Thebae) civitas in Boeotia a Cadmo et Zetho et Amphione constituta". Iam quod opus a Cadmo institutum tamquam exaedificaverant Amphion et Zethus, ab hominibus angustioris cuiusdam iudicii habiti sunt Cadmi aequales sociique, cuius opinionis fontem atque originem pervestigare non licuit Staverenio in Hygin. fab. LXIX. p. 141. Schol. Hom. Odyss. XI. 262. Schol. Eurip. Phoen. 1119. p. 237. τοὺς γὰρ περὶ Ἀμφίονά φασι σὺν τοῖς παισὶ ἅμα Κάδμῳ τειχίσαι τὴν πόλιν et fortasse Schol. Apollon. Rhod. de quo diximus supra p. 20. Lactant. in Stat. Theb. VII. 665. p. 344. B. „ab Amphione factum, qui Cadmo Thebas condenti in eo loco auxiliatus est". Mythograph. II. fab. 77. p. 112. „Sparti Cadmo et Amphioni-adiutores condendarum Thebarum additi sunt" et fab. 74. p. 111. Argum. Phoen. p. 248. κτίζει (Κάδμος) τὰς Θήβας-χρησάμενος ἐπιστήμονι τῆς οἰκοδομῆς καὶ ἐργάτῃ Ἀμφίονι τῷ μουσικῷ. Syncell. p. 296, 17. sive Euseb. p. 29, 40. Ζῆθος καὶ Ἀμφίων Κάδμον ἐκβαλόντες Θηβῶν ἐβασίλευσαν et p. 298, 11. Κάδμος Θηβαίων ἐβασίλευσεν, οὗ τῆς θυγατρὸς Σεμέλης υἱὸς ὁ Διόνυσος—· κατὰ τούτους Λίνος καὶ Ἀμφίων καὶ Ζῆθος. Clem. Alexandr. Strom. I. p. 323. A. Ζῆθος δὲ καὶ Ἀμφίων περὶ τὴν Κάδμου γεγόνασιν ἡλικίαν conf. p. 332. D., quos longiore plerique temporis intervallo a Cadmo disiungunt Scalig. in Euseb. Chron. DC. p. 38. a. Wesseling. in Diodor. XIX. p. 359, 4. Verum permira ac plane nova narrant, qui Cadmum infra Amphionem fuisse prodiderunt, ut Eustathius in Hom. Iliad. XIII. 301. p. 933, 13. τὰς Θήβας-τετειχίσθαι ὑπ' Ἀμφίονος καὶ Ζήθου φασίν· ὧν θανόντων ἁλῶναί τε πάλιν τὴν πόλιν ὑπὸ Φλε-

γυῶν Εὐρυμάχου βασιλεύοντος καὶ ἔρημον μεῖναι μέχρι Κάδμου et in Odyss. XI. 259. 262. p. 1682, 54. p. 1683, 15. sive Eudoc. Viol. p. 18. Ζήθου δὲ καὶ Ἀμφίονος θανόντων Εὐρύμαχος τὰς Θήβας ἠρήμωσε, Κάδμος δὲ ὕστερον ἀνέκτισε et Scholiasta Iliad. p. 365, 31. ἔρημον γενέσθαι τὴν πόλιν μέχρι τῆς Κάδμου ἀφίξεως omnino dissidens a Scholiasta Apollonii, qui etiam ipse narrationi suae Pherecydis auctoritatem praetexuit. Egregia vero perspicacitas Hagenii de Asopi liberis p. 14., cui „eidem sententiae favere visus est Pindarus Pyth. III. 161., ubi Cadmum Harmoniam duxisse narrat ἐν ἑπταπύλοις Θήβαις". De quo non habeo quid dicam. Sed satis de his; nunc quod coepimus.

CAPUT III.

DE MOENIBUS THEBARUM AB AMPHIONE ET ZETHO EXSTRUCTIS.

Muri a Zetho et Amphione ita ducti sunt, ut pomoeria urbis Semelae busto terminarentur, id est, ut munimenta ad ipsam usque Cadmeam procurrerent, id quod ex Hygin. fab. IX. p. 26. et Stat. Theb. X. 896. primus edocuit Turnebus Advers. XXVIII. 43. p. 1029, 22., de qua re scribetur a nobis in libro quinto subtilius. Iidem sex portis distincti, nam septima, cui nomen Ogygia, Cadmea claudebatur; portis, quo munitiores Thebae forent, turres de veterum more impositae. Eum morem accuratius explanavit Meursius in Lycophr. p. 316. sq., tetigerunt Stewechius in Veget. IV. 2. p. 231. Oleariusque in Philostrat. Vit. Apollon. Tyan. II. 12. p. 61. not. 5. Inde frequens Thebanarum turrium mentio, velut apud Euripidem Phoen. 1078. ἑπτάπυργοι περιβολαί. 748. ἑπτάπυργος πόλις. 287. ἑπτάστομον πύργωμα Θηβαίας χθονός cll. Christ. Pat. 1604. p. 281. A. ὦ καλλί-

πυργον ἄστυ Δαυίδου χθονός. 219. ἐπὶ Λαΐου πεμφθεῖσ' ἐνθάδε πύργους. Aeschylum Sept. c. Theb. 823. δαίμονες, οἳ δὴ Κάδμου πύργους τούσδε ῥύεσθε et v. 282. Statium Theb. VIII. 345. „stupet insolito clangore Cithaeron Marcidus et turres carmen non tale secutae", ubi Lactantii verba p. 372. B. sic integranda sunt „stupent turres (editum est urbes) Thebanae sonitum Tisiphones". Theb. XI. 180. „Tyrias turres", Nonn. V. 67. p. 142, 31. τεῖχος-πυργοδόμῳ κιθάρῃ πεφυλαγμένον (Liv. XXXI. 24. „qui in turribus portae erant"). Eodem spectat Lycophro Thebas vocans 433. μόσυνας Ἑκτήνων et 1209 τύρσιν Καλύδνου; quorum alterum interpretatur Hesychius p. 622. Suidas II. p. 576. Photius p. 276, 2. μόσσυνες· ἐπάλξεις, πύργοι add. Wesseling. in Diodor. XIV. p. 666, 73. et in Hierocl. Synecd. p. 665. Mueller. in Tzetz. in Lycophr. Vol. I. p. 80. Bachmann. in Lycophr. v. d. p. 105. sq. et 1432. p. 287. sq. De altero verba Erotiani gloss. Hippocr. p. 364. sunt haec: Τύρσις· Βακχεῖός φησι· πύργος ἢ προμαχών abunde iis stabilita, quae exprompserunt Muellerus l. d. p. 127. et 215. Bachmannus p. 161. et 180. Wernsdorfius Exc. ad Galli Eleg. v. 35. T. III. p. 513. Neque aliunde quam ex turrium numero Thebas coniectari voluit Philostratus Imagg. I. 4. p. 8, 20. Θηβῶν μὲν ἡ πολιορκία· τὸ γὰρ τεῖχος ἑπτάπυλον aut Ovidius Met. XIII. 685. „Urbs erat et septem posses ostendere portas. Hae pro nomine erant et quae foret illa docebant". Quibus confutata est Valckenarii opinio voces πύλας et πύργους alternis vicibus inde permutari existimantis in Misc. Obss. Vol. VIII. T. II. p. 178. sive Opusc. T. I. p. 233. sq., quod veteres urbium portas in locis altioribus exstruxerint. Altissimos autem muros turresque fuisse perspicuum est Statii testimonium, qui „aequatos coelo muros" affert Theb. IV. 359. ingentes portas III. 198. turres altas X. 742. et XI. 219. et Silv. V. 2, 22. et Silii Italici, a quo Amphion scribitur iussisse „in immensum surgere turres" XI. 448. et Senecae Phoen. 566. „Poteris has Amphionis Quassare moles? nulla quas struxit manus Stridente tardum machina ducens onus, Sed convocatus vocis et citharae sono Per se ipse turres venit in summas lapis." Quocirca ibi consistebant tum qui prospeculaturi erant, quid

hostes agerent, ut apud Eurip. Suppl. nuncius 654. ἔσσην θεατής, inquit, πύργον εὐαυγῆ λαβών et „Megareus speculacitus exclamavit ab alta: Claude vigil" apud Statium Theb. X. 491., ubi conferendus Scholiasta Barthii p. 1197., tum si quid foras edicendum erat. Diodor. XVII. p. 167, 45. οἱ δὲ Θηβαῖοι διαφιλοτιμηθέντες ἀντεκήρυξαν ἀπό τινος ὑψηλοῦ πύργου (quod „e muris" dicit Iulius Valerius de Gest. Alexandr. I. 64. p. 79.) τὸν βουλόμενον–καταλύειν τὸν τῆς Ἑλλάδος τύραννον παρεῖναι πρὸς αὐτούς. Eurip. Phoen. 1223. Ἐτεοκλέης δ' ὑπῆρξ' ἀπ' ὀρθίου σταθεὶς πύργου, de qua voce praeter Valckenarium p. 388. operae pretium est videre Wesselingio in Hierocl. Synecd. p. 705. disputata. Indidem Thebarum καλλίπυργα πεδία celebrantur ab Euripide Suppl. 618. et ab Homero Il. XIX. 99. et Hesiodo Theog. 978. et Scut. 80. εὐστέφανος Θήβη, cum quibus Nonnum congruere memorantem in libr. XIII. 56. p. 354, 10. χθόνα Θήβης–εὐπύργοιο testem habeo Bernhardyum in Dionys. Perieg. 369. p. 613. Eandemque in partem spectat Homerus Thebarum muros Ἀρήϊον τεῖχος appellare dignatus Iliad. IV. 407., sive muros Marti consecratos intelligis secundum Cuperum Obss. III. 17. p. 337. sive locum quasi ab ipso Marte munitum ac Martis propugnaculum aut belli sedem dici consentis cum Holstenio ap. Wesselingium in Hierocl. Synecd. p. 681. vel Barthio in Stat. Theb. T. III. p. 1467. Conf. Welcker. de Cret. Col. p. 82. Nec nostrae menti repugnat aut Hesychius a nullodum in partes vocatus T. II. p. 1359. Τεῖχος Ἄρειον ἀντὶ τοῦ πόλιν Ἄρεως· δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἰσχυρὸν καὶ τὸ ἀσφαλές, aut qui Thebanorum moenium illud vocabulum fere proprium fuisse declarat Scholiasta Aeschyli Sept. c. Theb. 191. p. 149. 150. παρὰ Θηβαίοις ὁ Ἄρης τιμᾶται.–καλεῖται δὲ ἐνταῦθα καὶ Ἄρειον τεῖχος καὶ Ἀρητιὰς κρήνη, quo loco usus est Auct. Electt. Eton. ap. Burmann. Ovid. T. IV. p. 250. Add. nostr. libr. II. 2. et I. 4. Stephan. Byz. p. 229, 10. τὸ τεῖχος Καδμεῖον. Ad munimenta igitur Thebis circumdata dum cogitationem referunt, Amphionem „Thebanae arcis conditorem" praedicarunt Horatius Epist. ad Pison. 394. Ovidius Metam. XV. 427. Statius Theb. IV. 357. 611. VII. 456. X. 873. Praeterea — nam in clarissimae rei commemoratione versanti-

bus nobis licet breviter agere de singulis — portarum claustra (Stat. Theb. XI. 296. Iul. Valer. de Gest. Alexandr. I. 65. p. 79.) ferrata habet Euripides Phoen. 114. *ἄρα πύλαι κλήθροις χαλκόδετά τ' ἔμβολα Λαϊνέοισιν Ἀμφίονος ὀργάνοις τείχεος ἥρμοσται* et Statius quibus locis designat Kootenius in Iliad. Homer. Epit. 763. p. 223., et supera limina Hesiodus Scut. 271.; dein propugnaculorum trabibus vinctorum, ut vult Statius Theb. X. 527. et vetus scholiasta p. 1203. Barth., tabulata seu pontes *σέλματα πύργων* Aeschylus Sept. c. Theb. 33. Statius v. 878. sq. eorundemque fenestras idem v. 536., de quibus vid. Lindenbrog. Obss. Var. Lectt. in Lactant. p. 712. B. et Barthius. Moenibus suberat fossa, quam Euripides memorat Phoen. 714. 1100. 1188. et Statius Theb. X. 521. verbis his: „At patulas saltu transmittere fossas Horror equis", id est *τάφρους* Spanhem. in Callimach. h. in Del. 37. p. 353., ac Diodorus XVII. p. 169, 76., vallumque sudibus munitum, de quo Diodorus l. d. p. 168, 6. (*χαρακώμασι τοῖς πρὸ τῆς πόλεως*), Stat. Theb. X. 525. et Valcken. in Schol. Phoen. p. 729.

Constat autem Amphionem moenia novae urbis molitum tanta cum vi ac dulcedine fidibus cecinisse, ut senorum illecebris perciti lapides undique concurrerent ultroque in muros coirent. Quod quum constanti fama scripserim celebratum esse, sciendum tamen est, ab eo ipso, qui omni scriptorum generi exemplum dedit, eius rei mentionem inchoatam esse omnino nullam, id quod definite tradere non omiserunt Pausanias IX. 5, 4. p. 19. *Ὅτι δὲ Ἀμφίων ᾖδε καὶ τεῖχος ἐξειργάζετο πρὸς τὴν λύραν, Ὅμηρος οὐδένα ἐποιήσατο λόγον ἐν τοῖς ἔπεσι* et Eustathius in Odyss. p. 1682, 58. *Ὅμηρος δὲ οὐκ οἶδε τὸν ῥηθέντα διὰ λύρας τειχισμόν* uterque memoratus Valckenario in Eurip. Phoen. 830. p. 311. et Sturzio Pherecyd. p. 129. conf. Welck. de Cret. Col. p. 85. Quare de Homero potissimum cogitavit Scholiasta Statii Theb. IV. 358. scribens: „Amphionis qui lyra munivit Thebas. Fabula tamen ab aliis praeteritur." De ceteris scriptoribus qui Amphionis nomen perpetuae commendaverunt gloriae, Barthius in Stat. Theb. I. 10. T. II. p. 11. 12. Passeratius in Propert. I. 9, 19. Heinsius in Claudian. Stilich. II. 171. Creuzerus Melett. I. p. 94. not. 80.

Iacobsius in Philostr. Imagg. p. 263. 269. Koppius in Marcian. Capell. IX. 906. p. 703. et cumprimis Fischerus in Palaephat. XLII. p. 170. sq. copiosius indicium dederunt, quamquam et minus distinctum neque omnibus numeris absolutum; quod damnum vindicare iis locis conabimur, quibus singula de fabula decantatissima subtilius recognoscemus deinceps. Atque hic quidem primum confutem levitatem eius opinionis, qua quidam ducti Zethum non minus quam Amphionem musicis eruditum effecisse aiunt ultroneam istam saxorum compagem. De quorum numero est Palaephatus l. c. p. 170. et Eudocia Viol. p. 202. *Ζῆθος καὶ Ἀμφίων μυθεύονται ὅτι κιθάρᾳ τὰς Θήβας ἐτείχισαν*, Nonnus Narrat. XIX. p. 94. *Θῆβαι - αἱ ἀπὸ Ἀμφίονος καὶ Ζήθου κτισθεῖσαι διὰ κιθάρας*, Tzetza Chil. X. 410. p. 380. *τὰς Θήβας - ἔκτισαν Ζῆθός τε αὐτὸς καὶ Ἀμφίων λυρωδοῦντε*, Eustathius in Odyss. XI. 262. p. 1682, 49. *διὰ λύρας γὰρ ἀνακρουόμενοί φασι μέλος ἐτείχισαν Θήβας*, Scholiasta Aristid. *ὑπὲρ τῶν τετταρ.* p. 708, 1. *Ἀμφίων καὶ Ζῆθος τῇ λύρᾳ τὰς Θήβας ἐτείχισαν*, postremo Clemens Alexandr. Strom. I. p. 323. A. *Ζῆθος δὲ καὶ Ἀμφίων οἱ μουσικῆς εὑρεταί* et Eusebius Chron. p. 29, 34. *οἱ λυρικοί* et Cedrenus p. 24. D. *οἱ μουσικοὶ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων*. Etenim Zethum hominem durum agrestemque nec latet et alias ipsi obtinebimus ab illo studio abhoruisse quam maxime. Itaque diligentissimus quisque scriptor ut cantandi peritiam ab Zetho abiudicarunt, ita mirae in opere faciendo assiduitatis laude eum affecerunt cumulatissima. Documento est cum Aristides Paneg. Cyzic. p. 243, 16. *τὰ μὲν γὰρ Ἀμφίονος καὶ Ζήθου πρὸς τοσοῦτον ἦλθον ὅσον πυργῶσαι Θήβας κἀνταῦθά τινες τὴν τοῦ ἑτέρου μουσικὴν αἰτιῶνται*, quae ad Euripidis Antiopam videntur pertinere, tum Apollonius Rhodius I. 738. *Ζῆθος μὲν ἐπωμαδὸν ἠέρταζεν Οὔρεος ἠλιβάτοιο κάρη μογέοντι ἐοικώς· - Ἀμφίων δ' ἐπί οἱ χρυσέῃ φόρμιγγι λιγαίνων Ἤϊε, δὶς τόσσῃ δὲ μετ' ἴχνια νίσσετο πέτρῃ*, quae repetivit Etymol. M. v. *ἐπωμαδὸν* p. 368, 40. infra posit. II. 2. et Probus in Virg. Ecl. II. 24. p. 350. „Thebas - Apollonius in Argonauticis a fratribus antedictis muro clausas esse ait. Sed Zethus humeris saxa contulit operi, Amphion cantu vocavit", atque Nonnus XXV. 430.

p. 666, 16. *καὶ Ζῆθος ἔην παρὰ* (malim *περὶ*) *πατρίδι κάμνων Θλιβομένῃ πετραῖον ἐπωμίδι φόρτον ἀείρων. Ἀμφίων δ' ἐλίγαινε λυροκτύπος· ἀμφὶ δὲ μολπῇ Εἰς δρόμον αὐτοκύλιστον ἕλιξ ἐχόρευε κολώνη* et praeter Mythographum I. fab. 97. p. 37. (p. 32, 29.) Lucilius Aetnae loco et parum adhuc intellecto et leviter corrupto. Versus autem sunt hi 568. sq.:

„Nunc iuvat Ogygiis circumdata moenia Thebis
Cernereque et fratres ille impiger ille canorus
Condere felices alieno interserit aevo".

In quibus quum facile perspiciatur eam fratrum dissimilitudinem proponi, de qua modo loquuti sumus, Wernsdorfius tamen in eius rei intelligentiam non penitus insinuavit subiecitque dubia quaedam et non bene meditata: „Eorum fratrum Zethus dicitur impiger, quod pecuarius vel agricola fuisse fertur, ut Horatio dicitur non piger Appulus; canorus Amphion, quod citharoedus fuit". Deinde quo apte inter se nectantur colligenturque dissipata verba, quae integritati suae nondum restituit Wernsdorfius ex fide codicis Helmstadiensis hoc scribendi genus commentus:

„Nunc iuvat Ogygiis circumdata moenia Thebis
Cernereque et fratres; (ille impiger, iste canorus
Condere) felicesque alieno intersumus aevo",

discrepantes librorum scripturas „Cernere quod fratres" et „cernere que et fratres", videor mihi convenienter conciliare hoc modo:

„Nunc iuvat Ogygiis circumdata moenia Thebis
Cernere que ut fratres ille impiger, iste canorus
Condere; felicesque alieno intersumus aevo.

De permutatione vocularum que et quod Drakenborchium in Liv. VIII. 22, 6. atque et et ut dicis causa commemoro Ruhnkenium in Vellei. Pat. II. 15. p. 115. Drakenborchium in Sil. V. 217. et Liv. XXI. 28, 8. Staverenium in Corn. Nep. Eumen. III. 6. et Hamilc. I. 6. ac de particulae que vi ea, quae in colligendo cernitur, Goerenzium in Cicer. de Legg. II. 7, 15. p. 125. Zetho igitur contrariam in partem Amphionem veteres ornarunt mollissimo animo et pietate maxima insignem eoque eum loco habuerunt, ut non solum ad honorem Orphei, a quo cum Lino profecisse putaretur, proxime ad-

duceretur, verum ipse antiquae musicae perhiberetur inventor esse, quae laus fere tribuitur Apollini aut Orpheo Theophylact. ad Autolyc. II. 30. p. 111. A. al. Id perhibetur ab iis, quos Valckenarius nominavit Diatr. c. VIII. p. 82. c. conf. Barth. in Stat. Theb. VIII. 233. T. III. p. 839., ab Iuliano ap. Suid. v. Ἀμφίων p. 306, 8. fragm. p. 125. τρία δὲ ἅμα ταῦτα ξυνελθόντα ἤρκεσεν ἀποφῆναι τὸν Ἀμφίονα τῆς παλαιᾶς μουσικῆς εὑρετήν· χρόνος, θεοῦ πνεῦμα, ἔρως ὑμνῳδίας et Heraclide ap. Plutarch. de Music. III. Vol. XIV. p. 212. Ἡρακλείδης — τὴν κιθαρῳδίαν καὶ τὴν κιθαρῳδικὴν ποίησιν πρῶτόν φησιν Ἀμφίονα ἐπινοῆσαι. Cum quibus congruunt Clemens Alexandr. Strom. I. p. 323. A. et Plinius Nat. Hist. VII. 57. Vol. III. p. 291. 292. 293. et Sidonius Apollinaris carm. XXIII. v. 120. In Orphei autem comparationem Amphionem evexerunt de multis hi: Himerius Orat. IV. 9. p. 470. ἀγελαὶ δὲ νέων — ὥςπερ τινὸς Ὀρφέως καὶ Ἀμφίονος κιχηθείσης κιθάρας ἥσυχοι νέμονται, Lucianus Imagg. 14. Vol. VI. p. 16. sq., Dio Chrysostomus Orat. XXXII. ap. Elmenhorst. in Appul. Florid. III. 17. p. 81. τούτων μὲν γάρ ἐστιν οὐδεὶς Ἀμφίων οὐδὲ Ὀρφεύς, Propertius, Claudianus, Marcianus Capella ap. Kopp. in Capell. IX. 906. p. 703. sq., Gregorius Nazianz. Iamb. ad Maxim. v. 46. p. 250. C. νῦν δ' Ὀρφεὺς ὑμῖν πάντα κινῶν δακτύλοις ἢ τειχοποιὸς Ἀμφίων ἐκ κρουμάτων et idem carm. L. 193. p. 119. B., Menander περὶ ἐπιδεικτ. p. 253, 8. χρὴ δέ σε καὶ κιθαρῳδῶν ὀνόματα διαφόρων εἰδέναι Ὀρφέως, Ἀρίονος, Ἀμφίονος; Eustathius in Odyss. XI. 262. p. 1682, 50.; dein Nicomachus Gerasenus Harm. Man. II. p. 29. Meib. Ὀρφεὺς ἐδίδαξε Λίνον — καὶ Ἀμφίονα τὸν Θηβαῖον conf. Cyrill. contr. Iulian. I. p. 11. A. Λίνος καὶ Ἀμφίων οἱ μουσουργοί. Nec discrepat, quin divinitus Amphioni lyra data fuerit; id ambigitur, Mercurione eam acceptam retulerit an Apollini vel Musis. Qua controversia inter se distinguntur hinc Pherecydes (fr. XXIX. p. 128. et 129.) et Armenidas (vid. Coroll. II.), tum Dioscorides ap. Scholiast. Apollon. Rhod. I. 741. p. 392. τὴν δὲ λύραν δοθῆναι Ἀμφίονι ὑπὸ Μουσῶν φησι (Ἀρμενίδας)· Διοσκορίδης δὲ ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ Φερεκύδης — ὑπὸ Μουσῶν. et Menander περὶ ἐπιδεικτ. XVI. p. 327, 12. ἀνοίσεις δὲ τὰ ἐγκώμια (Ἀμφίονος καὶ Ἀρίονος) ἐπὶ τὸν Μουσηγέτην, ὡς παρ' ἐκείνου λαμβα-

νόντων τὴν μουσικήν et Iulius Valerius de reb. gest. Alexandr. I. 66. p. 81. „hos tibi muros, haec moenia Zethus ille Vel Amphion stirpis tuae pars maxima Apolline Musisque adminiculantibus Fecit" conf. Stat. Silv. III. 2,41.; illinc Myro et Europiacorum auctor apud Pausan. IX. 5,4. p. 20. ὁ δὲ τὰ ἔπη τὰ ἐς Εὐρώπην ποιήσας φησὶν, Ἀμφίονα χρήσασθαι λύρᾳ πρῶτον Ἑρμοῦ (ab Iove eam artem traditam ait Heraclides l. d. et Eudocia Viol. p. 18. θεσπέσιόν τι χρῆμα ἔσχεν ἐκ Διὸς ἢ Ἀπόλλωνος) διδάξαντος· — Μυρὼ δὲ Βυζαντία ποιήσασα ἔπη καὶ ἐλεγεῖα Ἑρμῇ βωμόν φησιν ἱδρύσασθαι πρῶτον Ἀμφίονα καὶ ἐπὶ τούτῳ λύραν παρ' αὐτοῦ λαβεῖν, Panyasis et Alexander ap. Prob. in Virg. Eclog. II. 24. p. 350. Apollodorus III. 5,5. p. 195. Scholiasta Eurip. Phoen. 115. p. 36. Ἑρμῆς δὲ τὴν λύραν πρῶτος εὑρὼν Ἀμφίονι δοῦναι λέγεται. Horatius Carm. III. 11,1. Lactantius in Stat. Theb. I. 10. p. 2. A. et Achill. I. 13. p. 547. C. „hic filius Iovis fuit, ut alii dicunt Mercurii, cuius lyra accepta canens muros Thebanos dicitur construxisse" et Mythographus II. fab. 74. p. 111. „Amphion lyra a Mercurio promerita musicae extitit peritus". At Euripidem his partibus se medium ita praestitisse, ut Amphioni lyram fingeret a Mercurio atque Apolline Musisque tamquam per manus traditam, inde coniectura licet assequi, quod is Apollinem a fratre lyra donatum memorat eo Antiopae versu, qui apud grammaticum de lyricis Vol. IV. Boisson. p. 459. sic legitur: Λύρα τοίνυν προσηγορεύθη διὰ τὸ λύθρον (scrib. λύτρον) ὑπὸ Ἑρμοῦ δεδόσθαι τῆς κλοπῆς τῶν βοῶν τοῦ Ἀπόλλωνος καθάπερ φησὶν Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ·

λύρα βοῶν ῥύσα ἐξεῤῥύσατο.

Tollaturque omnino dubitatio, quin ab Euripide ea quoque repetiverit Philostratus, quae Imagg. I. 10. p. 777. sq. perscripsit: τὴν λύραν τὸ σόφισμα πρῶτος Ἑρμῆς πήξασθαι λέγεται κεράτοιν δυοῖν καὶ ζυγοῦ καὶ χέλυος καὶ δοῦναι μετὰ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὰς Μούσας Ἀμφίονι τῷ Θηβαίῳ δῶρον. De Euripidis versu a Boissonadio hanc scripturam coniectante λύρᾳ βοῶν ῥύσια ἐξεῤῥύσατο meum iudicium ita discrepat, ea verba ut in hunc fere modum constituenda censeam: λύρα βοῶν νιν (Βοῶν —) ῥύσι' ἐξεῤῥύσατο. Sed videant aliquid alii, ne sit versus numeris suis non

expletus vitiove affectus. De sententia comparare commodum est Schol. in Dionys. Thrac. p. 752,15. *εἰδὼς δὲ καὶ τοῦ θεοῦ τὸ μουσικὸν δέδωκεν ὑπὲρ ἑαυτοῦ τὴν λύραν λύτρον καὶ ἠλευθερώθη τοῦ ἐγκλήματος* et de verbis Bacch. Eurip. 239. *εἰ μή σε γῆρας πολιὸν ἐξερρύετο.* Ceterum eandem vocis *λύρας* notationem proposuerunt Eustathius in Hom. Odyss. XXI. 391. p. 1913,38. *λύραν — ἣν Ἑρμῆς Ἀπόλλωνι ἐχαρίσατο εἰς λύτρον ἀνθ' ὧν ἔκλεψεν ἐκείνου βοῶν* et Iliad. V. 487. p. 574,37. *λύρα ὡς οἷον λύτρα τις — ἐμηχανήσατο εἰς λύσιν μήνιδος* quosque attulit Schneiderus in Schol. Nicandr. Alex. 557. p. 307. Etym. M. p. 572,1. Etym. Gud. p. 375,6. sive Anecd. Cram. p. II. 387,14. *ἐδόθη γὰρ τῷ Ἀπόλλωνι παρ' Ἑρμοῦ ὑπὲρ ὧν ἔκλεψε τὰς βοῦς αὐτοῦ λύτρα τις οὖσα· ἢ παρὰ τὸ λύειν τὴν ἀράν.* Haec iam pridem sic scripta satis mihi placent hoc quoque tempore, quo ad Eustathii prooem. comm. Pindar. 34. p. 26. (p. 60,43. Taf.) *ὡς δὲ λύρα εἴρηται ἢ παρὰ τὸ λύειν ἀρὰς, οἷς πρὸς ἡδονὴν γλυκέως ἁρμόττεται ἢ παρὰ τὸ μυθικῶς εἰς λύτραν καταλλακτήριον εὑρεθῆναι ὑπὸ Ἑρμοῦ, ὃς χέλυν ὅ ἐστι λύραν ἐξ ὀστράκου συντεθεῖσαν χελώνης δοὺς τῷ Φοίβῳ ἀντὶ βοῶν κλοπῆς οὕτως ἐλύσατο ἑαυτῷ τὸν ὑπὲρ τοῦ κλέμματος χόλον, λέγουσι καὶ αὐτὰ* (ego malim *αὐτοὶ*) *οἱ παλαιοί*, video haec ab Schneidewinio not. 1. notata, de quibus subtilius disputare supersedeo: „Procudisse originationem pervagatam ingenium Euripideum nunc cognoscimus ex incerto auctore *περὶ Λυρικῶν* in Boiss. An. Gr. IV. p. 458. —. Scripsit poeta *Λύρᾳ βοῶν γὰρ ῥύσι ἐξελύσατο*, lyra enim boum poenam sibi exsolvit. Firmant emendationem meam et reliqui scriptores et Eustathius *ἐλύσατο ἑαυτῷ τὸν ὑπὲρ τοῦ κλέμματος χόλον.* Add. Bekk. Anecd. p. 752,15. et Epimerismos in Anecd. Oxonn. II. p. 387,13. Eximie autem Boiss. suspicatur verba esse Amphionis lyram defendentis contra Zethum, qui dicebat *ῥῖψον σὺ τὴν λύραν* fr. XXVI." — Sed supersunt, qui in litis contestationem arcessantur illi, qui lyram aut citharam compressius loquuti deo alterutri videntur muneris honorem invidere, velut contra Plutarchum phil. esse cum princ. IV. p. 88. Vol. XII. *μαθὼν ὡς ὁ ταύτην κτησάμενος τὴν λύραν μέλλει τὸ Θηβαίων ἄστυ τειχίζειν ὡς ὁ Ἀμφίων*, Menandrum *περὶ ἐπιδεικτ.* XVI. p. 327,8. *Ἀμφίονος μνημονεύσεις — ὅτι τὰς Θήβας ἐτείχισε τῇ λύρᾳ τὰς πέτρας τάττων,*

Nonnum XLV. 314. p. 1176, 25., Gregorium Nazianz. l. d. carm. L. Ἀμφιονίη — λύρη καὶ λᾶας ἔπειθε, Propertium I, 9, 10. „Amphioniae moenia flere lyrae", Ovidium Amor. III. 12, 40., alios, pro Apolline stat Lucianus Imagg. 14. Vol. VI. p. 17. Hesychius I. p. 305. Ἀμφιόνη κιθάρα, Plinius Nat. Hist. VII. 57. Vol. III. p. 293. Hos ab Oleario in Philostrat. p. 778. neglectos et Iacobsio p. 263. cur suffragiis excludi nolim, neque ignorari credo a plerisque et declarem versibus Orphei Argon. 380. Ἄλλοτε δ' αὖ Φοίβου κιθάρην μετὰ χερσὶν ἀράσσων Ἢ λιγυρὴν φόρμιγγα χελύκλονον Ἑρμάωνος. Quamquam illorum vim locorum non deerunt qui sic diluere conentur, ut lyrae et citharae vocabula apud scriptores esse dictitent in usu promiscuo. Neque id temere, puto, dictitant. Licet contemplari quum quae a Schwarzio Misc. Pol. Hum. c. IV. 4. p. 102., Cupero Apoth. Homer. p. 30., Staverenio in Hygin. Poet. Astron. p. 439. provisa sunt, tum Apollodori verba III. 5, 5. p. 195. Ἀμφίων κιθαρῳδίαν ἤσκει δόντος αὐτῷ λύραν Ἑρμοῦ et Nonni XXV. 437. p. 666, 18. Ἀμφίων ἐλίγαινε λυροκτύπος et 18. p. 642, 15. Ἀονίης ἀΐω κιθάρης κτύπον et V. 67. p. 142, 32. τεῖχος πυργοδόμῳ κιθάρῃ πεφυλαγμένον, Syncelli p. 296, 2. et 5. Ζῆθος καὶ Ἀμφίων ἦσαν ποιμένες λυρικοί καλούμενοι διὰ τὸ κιθαρίζειν ποιμενικῶς. Add. Scholiast. Nicandr. Alexiph. 557. p. 69. Ἑρμῆς ἔδωκεν τὴν κιθάραν τὴν ἐκ τῆς χελώνης αὐτῷ κατεσκευασμένην, τὴν λεγομένην χέλυν, ὅθεν καὶ λύρα ἐκλήθη, οἱονεὶ λύτρα τις οὖσα ὑπὲρ τῶν βοῶν. Wesseling. in Diodor. V. p. 391, 4. Sed enim ea res multas habet cautiones. Monuit Perizonius in Aelian. Var. Hist. III. 32. p. 219., monet Aristides προσφων. Σμυρν. p. 271, 4. Vol. I. τὸ δὴ μέγιστον σύμβολον τῆς πόλεως τὴν διὰ πάντων ὁμολογίαν καὶ μουσικήν ἔν τι τὸ πᾶν σῶμα ἀποφαίνουσιν, ὡς περανεὶ κατὰ τὸν μῦθον τὸν περὶ τοῦ Θηβαίων τείχους λεγόμενον πρὸς λύραν καὶ κιθάραν ἥρμοστο ἐξ ἀρχῆς. In quam rem summatim tango usum καί particulae cum, quo fere ius ac potestatem minui dicas eius particulae, quae disiungendi munere proprie fungitur. Quale Strabonis exemplum est VII. p. 329. T. II. p. 480. Γυρτών ἐστι πόλις Πελραιβία καὶ Μαγνῆτις et quod Schraderus Animadvv. ad Mus. c. X. p. 197. disceptavit, Hesiodi Theog. 217. Καὶ Μοίρας

καὶ Κῆρας ἐγείνατο νηλεοποίνους, Himerii Orat. IV. 9. p. 470., Nicephori Gregorae V. 4. p. 134, 22. *ὃ δὴ στόμα καλεῖται τοῦ Πόντου ἔνθα τὰς Κυανέας καὶ Πλαγκτὰς ἔφασκον Ἕλληνες εἶναι* cll. Lennep. in Phalarid. Epist. IX. p. 51., Tzetzae Chil. VII. 816. *Ἄντεια καὶ Σθενέβοια γυνὴ δὲ ἡ τοῦ Προίτου*, ut Sturzii ad Hellanic. fragm. LXXXIV. p. 117. opinione hoc genus pateat aliquanto latius, nec quo Gessnerus voluit modo attentari patiar Athenagoram Legat. p. 156. Rech. *τὴν θυγατέρα τοῦ Διὸς, ἣν ἐκ τῆς μητρὸς Ῥέας καὶ Δήμητρος ἢ Δημήτορος — ἐπαιδοποιήσατο.* Iam ut caussam transigam, dissensio orta inde potissimum est, quod Apollo lyra accepta dicitur Orphea docuisse et postquam ipse citharam invenerit, illi lyram concessisse; licuit enim Hygino Poet. Astron. II. 7. p. 372. uti sententiae interprete. At Thebanorum fama — hanc autem singulari studio indagari a nobis oportet — Amphioni lyram vindicavit et lyram a Mercurio acceptam, id quod probabiliter in eo libro exponemus, qui est de rebus sacris Thebanorum. Eius igitur lyrae fuit admirabilis quaedam virtus cantusque novus „Quo Amphion rigido in corpore mentis iter Quoque dedit montes sumere posse animas, Quo sensus duris cautibus inseruit Et docuit rupes carmina velle sequi. Nam muros Thebis dulcisonis fidibus Praesidiumque dedit carminis arbitrio", ut ait Marcianus Capella IX. 906. p. 703. Cuius rei vetus testimonium eius est, qui Europiaca condidit, ap. Pausan. IX. 5, 4. p. 20. *ὁ δὲ τὰ ἔπη τὰ ἐς Εὐρώπην ποίησας — πεποίηκε κατὰ λίθων καὶ θηρίων ὅτι καὶ ταῦτα ᾄδων ἦγε* et non minus luculentum Armenidae ap. Scholiast. Apollon. Rhod. I. 741. p. 392. *ὅτι δὲ ἠκολούθησαν τῇ Ἀμφίονος λύρᾳ οἱ λίθοι αὐτόματοι ἱστορεῖ καὶ Ἀρμενίδας ἐν πρώτῳ* et Pherecydis fr. XXIX. p. 128. Exceperuntque illius cantus memoriam omnes deinceps aetates redintegraruntque curiosius imprimis ii, qui illustriore praedicatione ornare ingentis operis aedificia instituerunt et celerrime et firmissime constructa, uti Themistius Orat. X. p. 164, 4. *βασιλεὺς δὲ ἐνίκα τὴν Ἀμφίονος μουσικὴν, ἣν ἐκεῖνος εἰς τὸν τειχισμὸν τῶν Θηβῶν ἐνεδείξατο. Εἴπες ἂν αὐτομάτως μὲν φέρεσθαι τοὺς λίθους, αὐτομάτην δὲ τὴν πλίνθον, τεκτόνων δὲ ἄνευ καὶ λιθολόγων ἀνιέναι τὸ ἐπιτείχισμα· τοσαύτη μὲν ἡ τῶν στρατιωτῶν εὐ-*

πείθεια, τοσαύτη δὲ ἡ τῶν χαλεπῶν εὐκολία. Menander περὶ ἐπιδεικτ. c. XVI. p. 329,5. καὶ τὴν ἁρμονίαν τοῦ λίθου εἴποι ἄν τῇ λύρᾳ τοῦ Ἀμφίονος συντεθεῖσθαι conf. argum. Eurip. Phoen. p. 248. πέπλασται δὲ (ὁ μῦθος) διὰ τὸ ἄκρως ἡρμόσθαι τὰ τείχη προσάλληλα. ἡ γὰρ ἁρμονία μουσικῆς ἴδιον., Aristides l. d. Add. Theodorus Hyrtacenus p. 264. Vol. I. Boiss. Anecd. καὶ μὴν τῆς Ἀμφίονός φασιν ἀνακρουομένης κιθάρας αὐτομάτως ἀφικνεῖσθαι καὶ λίθους πρὸς τὴν τῶν Θηβαϊκῶν τειχέων ἀνέγερσιν. Eumenius Orat. pro Restaur. Schol. XV. 2. p. 242. sq. „quod enim tantum carmen Amphioni, quae tanta plectro fidibusque dulcedo, quam secuta quondam saxa perhibentur, ut ducentibus subvecta modulis et ad intervalla carminum resistentia sponte murum velut arte construerent: quanta in his Imperatorum et Caesarum litteris inest ad omnes animorum impetus effectusque rerum ciendos vis atque permotio?". Ut a vero longius aberraverit Wyttenbachius in Platon. Phaed. p. 250. urbem Thebas ab Amphione lyrae cantu et harmonia constructam minus munitam fuisse ratus, quam arcem a Cadmo conditam. Quae quum ita sint, haud sane mirabile est, Amphionem adeo claritate praevaluisse, ut Thebarum murorumque auctor ipse appellaretur quam saepissime, rarius eo honore frater impertiretur. De Amphione praeter alios scriptores, quos supra usurpavimus, testis est Solinus c. VII. p. 17. D. „Thebas condidit Amphion" et Staverenius in Hygin. fab. LXIX. p. 140; Zethus Lyrophroni v. 602. non illaudatus est et Scholiastae Eurip. Phoen. 145. p. 42. Ζῆθος τειχιστὴς ὢν τῶν Θηβῶν; nam Zethi urbs, quam nescio quis formaverat apud Hygin. fab. X. p. 28., nunc iacet Zethi nomine discerpto. Atque adeo cumulum illis laudibus ii adstruxerunt, qui Zethi et Amphionis opus numerarent in septem orbis terrarum spectaculis. Quis in eo numero primus Thebana moenia habuerit, non exquiro; certo id factum est ab Gregorio Nazianzeno Orat. XX. p. 359. C. τί μοι πρὸς τοῦτο τὸ ἔργον ἑπτάπυλοι Θῆβαι καὶ Αἰγύπτιαι καὶ τείχη Βαβυλώνια καὶ Μαυσώλου Καρικὸς τάφος καὶ Κολοσσοῦ χαλκὸς ἄμετρος ἢ ναῶν μεγέθη καὶ κάλλη τῶν μηκέτι ὄντων, ἄλλά τε ὅσα θαυμάζουσιν ἄνθρωποι καὶ ἱστορίας διδόασιν, ὧν οὐδὲν τοὺς ἐγείραντας πλὴν δόξης

ὀλίγης ὤνησεν. At vero ea res in suspicionem venit propterea, quod Nonnus Gregorii verba pluribus enarrans p. 782. sq. Bill. Boeoticas Thebas silentio praeterit. Quin immo hic planissime eadem refert confirmatque Narrat. XIX. p. 93. sq. *Ἐννέα καὶ δεκάτη ἐστὶν ἱστορία ἡ περὶ τῶν ἑπταπύλων Θηβῶν καὶ τῶν Αἰγυπτίων. ἔστι δὲ αὕτη· ὁ θεῖος Γρηγόριος περὶ θεαμάτων βούλεται εἰπεῖν ἐνταῦθα. αἱ δὲ Θῆβαι ἑπτάπυλοί εἰσιν αἱ τῆς Ἑλλάδος αἱ ἀπὸ Ἀμφίονος καὶ Ζήθου κτισθεῖσαι διὰ κιθάρας· αἱ δὲ Αἰγύπτιαι Θῆβαί εἰσιν ἑκατοντάπυλοι.* Accedit Scholiasta Clark. p. 54. *τὰ βαβυλώνια τείχη ἐκ πλίνθου οπτου — ἐκτίσθησαν — αἰγύπτου δὲ πυραμίδες εἰσιν ἀρχαίων τάφοι βασιλέων — εἰσὶ δὲ καὶ ἑπτάπυλοι ἑνελλαδι αἱ ὑπὸ ἀμφίωνος καὶ ζήθου ὠκοδομηθεῖσαι διὰ κιθάρας καὶ αλλαι ἐν Θήβαις ἑκατοντάπυλοι ὧν ἴχνη μέχρι νῦν καὶ πύλαι θαυμάσιοι σώζονται,* et Ioannes Siceliota in Hermogen. *περὶ ἰδεῶν ά.* p. 218, 11. *καὶ ὁ θεόλογος, τί μοι πρὸς τοῦτο τὸ ἔργον αἱ ἑπτάπυλοι Θῆβαι καὶ τὰ ἑξῆς, ἃ παρέθηκε διὰ τὸ ἀσκητήριον, ὃ ἔκτισε — ὁ μέγας Βασίλειος* et idem p. 265, 3. *ἔστωσαν παραδείγματα λαμπρὰν μὲν ἔχοντα τὴν ποιότητα, οὐδὲν δὲ ἧττον τὴν μέθοδον γοργὴν ἔχοντα· εἰσὶ δὲ ταῦτα· τί μοι πρὸς τοῦτο τὸ ἔργον αἱ ἑπτάπυλοι Θῆβαι καὶ οἱ Αἰγύπτιοι καὶ Μαυσώλου Καρικὸς τάφος καὶ πυραμίδες;* ubi scribendum patet esse *αἱ Αἰγύπτιαι* Siebelis. in Pausan. VIII. 33, 1. p. 302. sq. Creuzer. Melet. I. p. 93. Quoque omnis expellatur dubitatio, duplex admirandorum operum index extat — non enim omnium scriptorum is consensus est, ut aut eodem eadem ordine recenseant aut, si ad calculos revocare libuerit quae recensentur, non excedant numerum septenarium, id quod commonstrarunt Leo Allatius in Philon. Byzant. p. 2645. C. Gron. et Montefalconius Ant. Expl. T. III. P. I. p. 171. — duplex igitur spectaculorum index in cod. LXVII. Bibl. Matrit. p. 232. col. II. extat hic: *Περὶ τῶν ἑπτὰ θεαμάτων. Αἰγύπτου πυραμίδες· Βαβυλώνια τείχη· Ἑκατόμπυλοι Θῆβαι· Μαυσώλου τάφος ἐν Καρίᾳ· Κολοσσός ἐν Ῥόδῳ. Ναὸς ἐν Κυζίκῳ· Θέατρον Ἡρακλείας. Καὶ ἄλλα ἑπτά. Πύργος ἄστροις ἐξισούμενος Φάρου· Θέατρον Λυκίας τῶν Μύρων ὅπερ κατέραξεν Ἰσμαήλ γένος· Ῥουφούνιον ἄλσος ἐν τῇ Περγάμῳ οὗπερ τὸ κάλλος πᾶσαν διέδραμε χθόνα· Ῥώμης*

Καπιτώλιον· Ἑπτάπυλοι Θῆβαι ἐν Ἑλλάδι. Atque haec quidem hoc loco opus fuit de moenibus disputare, addito hoc, circumducta ita fuisse, ut Thebae orbis speciem implerent. Quam Thebarum speciem et alii quidam scriptores, quos subinde nominabimus, expresserunt et Dicaearchus Vit. Graec. p. 188. *ἡ δὲ πόλις — στρογγύλη μὲν τῷ σχήματι* et Euripides Bacch. 609. *κλείειν κελεύω πάντα πύργον ἐν κύκλῳ.* Inde dilucet quam congrua sit ratio comparationis ab Statio factae Theb. III. 528. „clara regione profundi Aetheros innumeri statuerunt agmine cygni —. Fixerunt cursus; hac rere in imagine Thebas. Nam sese immoti gyro atque in pace silentes Ceu muris valloque tenent.

Iam pergo ad enarrandum, quam ordinate et disposite Amphion et Zethus ferantur urbem condidisse. Namque illi cum vicos complures unius civitatis moenibus amplecterentur, diligentissime id caverunt, ne promiscue et nulla distinctione aedificia aedificarent formaque urbis fieret dissipatae magis quam divisae similis. Verum est enim ex iis, quae supra effecimus, id Amphioni assignari, quod Cadmi opera factum esse Nonnus scribit V, 51. p. 142, 16., fuisse urbem vicorum ordinibus dimensam et domos ad certas regulas exaequatas. *Πολλαὶ δ' ἔνθα καὶ ἔνθα μεριζομένων κενεώνων Αὔλακες ἐτμήγοντο· πολυσχιδέων δὲ κελεύθων Ἕδρανα καρχαρόδοντι βοῶν κεχάρακτο σιδήρῳ Πολλαὶ δ' ἀντιπόρων ἀνέμων τετράζυγι κόσμῳ Ἐμμόριον χόρτοισιν ἐμετρήθησαν ἀγυιαί Καὶ πόλις Ἀονίη Τυρίης ποικίλλετο τέχνης Κάλλεϊ λαϊνέῳ* et v. 27. *Καὶ ναοὺς ἐτέλεσσε θεῶν καὶ δώματα φωτῶν Τορνώσας κανόνεσσιν* et 282. p. 156, 16. *ἰθυτμῆτες ἀγυιαί.* Aliquanto plus valent, quae Lycophron de singulari Diomedearum avium ingenio edocuit in Cassandra v. 599.

Φερώνυμον νησῖδα νάσσονται πρόμοι
Θεατρομόρφῳ πρὸς κλίτει γεωλόφῳ
Ἀγυιοπλαστήσαντες ἐμπέδοις τομαῖς
Πυκνάς καλιάς, Ζῆθον ἐκμιμούμενοι.

Quibus perfecte enucleandis imparem se praestitit Tzetza partibus suis sic defunctus: *κατοικήσουσι τὴν Διομηδείαν νῆσον πρὸς τῷ κλίτει ἤτοι πλησίον τοῦ κλιτοῦ καὶ τῆς ἐξοχῆς τῆς γεωλόφου καὶ ὑψηλῆς τῆς θεατρομόρφου καὶ θεάτρῳ*

ομοίας (λέγει δὲ θεατρομόρφῳ ἢ ὅτι θεάτρῳ ὅμοιός ἐστιν ὁ τόπος, ἐν ᾧ διατρίβουσιν ἢ ὅτι περιφερής ἐστιν ἡ νῆσος· θεάτρου γὰρ σχῆμα παρὰ τοῖς γεωμέτραις περιφερές ἐστιν) ἀγυιοπλαστήσαντες ἤτοι κτίσαντες ἐν ταῖς ἐμπέδοις καὶ στερρᾶς σχισμαῖς πυκνὰς καλιὰς — κατὰ μίμησιν τοῦ Ζήθου. Itaque praeter ancipitem Tzetzae doctrinam quibus nihil praesidii suppetebat, iis multum operae frustra insumptum est, dum idoneum quendam Lycophronis sensum investigant. Equidem haud facile quidquam vidi clarius illa similitudine, cuius explanatio paucis fiat in hunc modum. Diomedis socii, qui non una cum forma ingenium humanum exuissent (Tzetz. in v. 603. Heyn. in Virgil. Aen. XI. 243. Exc. I. p. 636. sq.), contempto ferarum more domos non disperse, sed in uno loco habuerunt, quemadmodum Amphion et laboriosus Zethus homines rudes et vicatim habitantes — vetustissimos enim Boeotiae incolas aiunt pro subus habitos fuisse Pindar. fr. dithyr. IX. p. 584. — in vitae societatem convocaverant. Civitatem igitur colebant (οἰκοῦσι δὲ οὗτοι οἱ ὄρνιθες ὥσπερ τινὰ πόλιν Tzetz. l. d.) in loco tumuloso et qui editiori clivo suberat sitam (Θῆβαι πόλις — πᾶσα γεώλοφος Dicaearch. Vit. Graec. p. 189.) atque orbiculatam, et colebant nidorum bene munitorum descriptis ordinibus (συνεχεῖς κατοικίας Schol. Lycophr. Paris. C.). In theatri quidem speciem quibus rationibus veteres consueverint locos in rotundo positos assimilare, Strabonis exemplo licet aperire IV. p. 179. T. II. p. 9. ὑποπέπτωκε δ' ὁ λιμὴν θεατροειδεῖ πέτρᾳ, quem portum ἐπίστροφον ὅρμον dicit Dionysius Perieg. 75. ac Scholiastae Dionis Chrysost. Orat. LXXX. p. 440. ap. Morell. p. 717. ὁ Κεάδας — κολαστήριος τόπος θεατροειδής et Diodori XX. p. 465,55. οὔσης τῆς πόλεως (τῶν Ῥοδίων) θεατροειδοῦς et Dionysii Byzantii Anapl. ap. Gyll. de Bosp. Thrac. III. 7. p. 329. A. „post ipsum Phiela est tumulus supinus et rotundus in circulo figuram circumscribens basim. Theatrum aliquis coniectaret se videre improvisum — natura constitutum". Schol. Clem. Alexandr. p. 114. θεατροειδὲς δὲ (Λαβύρινθος) καὶ πολυέλικτον σχῆμα. Vid. Wesseling. in Diodor. XIX. p. 352,61. Meurs. Rhod. I. 10. p. 28. Bernecker. in Iustin. XXIV. 6,8. p. 360. Haec si rite cognita perpendisset Muellerus in Tzetz. Vol. I. p. 106., vix futurum

erat, ut animi incertus de Lycophrone tum inique, tum perverse statueret. Nempe isti „credibile videtur vel lectionem *Ζῆθον* esse corruptam vel Lycophronem aliam eamque a reliquis mythologis non commemoratam spectasse historiam de Zetho fabularem vel ei aliquid excidisse, quod esset absurdum". Quanto sollertior Muellero Rittershusius (in Oppian. Cyneg. p. 121.), qui nihil admiraturus erat, si vulpem Zethi imitatricem finxisset Oppianus Cyneg. III. 449. sq. *Καὶ μὴν αἰολόβουλος ἐπ' ἀγραύλοισι μάλιστα Θηρσὶ πέλει κέρδῶ μάλ' ἀρήϊος ἐν πραπίδεσσι Καὶ πιτυτὴ ναίει πυμάτοις ἐνὶ φωλειοῖσιν Ἑπταπύλους οἴξασα δόμους τρητάς τε καλιάς.* Conf. Ioann. Diacon. in Hesiod. Scut. 270. p. 639, 13. *Χρυσαῖ δὲ πύλαι ἐφύλασσον τὴν πόλιν ἐκείνην ἑπτά· — ἐξ ὧν δὲ λέγει τὰς ἑπταπύλους Θήβας νοεῖν δίδωσιν.* Quod enodatius prodidit Lycophron, eius significationem erit qui subesse existimet sorti, qua Cadmum volunt ab Apolline monitum *ὄχθῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ κτίζειν πόλιν εὐρυάγυιαν,* siquidem *εὐρυάγυια* auctore Hemsterhusio in Polluc. IX. 20. p. 989. sq. „urbs est pulcra et concinne structa, quae latas et liberas vias habet". Pariterque vicorum arearumque designationi refertur Homericum illud *εὐρύχορος Θήβη* Odyss. XI. 265. ac *Θῆβαι καλλίχοροι* hymn. in Hercul. XIV. 3.; quae vocabula quum ad publicam sacrorum celebrationem quae saltando fieret ab initio pertinerent, mox ut urbes erant vel agendis choreis aptae vel actis illustres, coepta sunt omnino accommodari in quandam spatiorum adumbrationem amplissimorum. Sic definiendam harum vim vocum duxi non invitis Bernhardyo in Dionys. Perieg. 537. p. 672. et Wesselingio in Herodot. VII. 220. p. 50., in quibus vocibus Casaubonus in Athen. IV. p. 249, 30. et Bentleius Callimach. fr. CCLVIII. p. 400. fere solam saltatus, alii valere arbitrantur notionem areae id est *χώρου* ut Hemsterhusius in Lucian. Nigrin. 16. Vol. I. p. 250. D' Orvillius in Charit. p. 85, 4. p. 416. conf. p. 680., Boeckhius Explic. Pindar. Olymp. VII. 18. p. 170., Lobeckius de morte Bacchi I. p. 4. et Aglaoph. p. 285. Nonnihil ad rei intelligentiam proficitur locis Pausaniae X. 4, 1. p. 176. *Πανοπέων δὲ τὸν ἀρχαῖον θεώμενοι περίβολον ἑπτὰ εἶναι σταδίων μάλιστα εἰκάζομεν. ὑπῆρε τε ἐπῶν ἡμᾶς τῶν Ὁμήρου μνήμη, ὧν ἐποί-*

ησεν ἐς Τιτυόν, καλλίχορον τῶν Πανοπέων ὀνομάσας τὴν πόλιν (Odyss. XI. 581.) et Pindari Pyth. XII. 45. δονάκων τοὶ παρὰ καλλιχόρῳ ναίοισι πόλει χαρίτων, Callimach. l. d., Aristid. μονῳδ. ἐπὶ Σμυρν. p. 262, 1. τὴν καλλίχορον καὶ πολυύμνητον καὶ τριπόθητον ἀνθρώποις πόλιν, denique Euripidis Bacch. 81. ἴτε Βάκχαι Βρόμιον — κατάγουσαι Φρυγίων ἐξ ὀρέων Ἑλλάδος εἰς εὐρυχόρους ἀγυιάς, quibus persimilia sunt haec in oraculo ap. Demosth. in Mid. 52. p. 478.: εὐρυχόρους κατ' ἀγυιὰς Ἱστάναι ὡραίῳ Βρομίῳ χορόν et Pindari Pyth. VIII. 78. Ἄβαντος εὐρυχόρους ἀγυιάς. Ipsas etiam vias prae ceteris praedicarunt Sophocles Antig. 1135. Βάκχον — Θηβαίας ἐπισκοποῦντ' ἀγυιάς et Euripides Herc. Fur. 762. ξεσταί θ' ἑπταπύλου πόλεως ἀναχορεύσατ' ἀγυιαί, quo cives „per plateas urbis bacchantes ac furentes ante oculos quasi spectaculo ponerent". Quae Augustini verba sunt Epist. XLIV. conf. Theodoret. eccl. hist. III. 3. p. 917. ὑπὸ τῶν θεραπευομένων βακχευόμενοι δαιμόνων λυττῶντες καὶ κορυβαντιῶντες τὰς ἀγυιὰς περιέθεον. Nonn. V. 283. p. 156, 17. ἀγυιαὶ Ὀρχηθμῷ μεμέληντο. Sed differunt aliquantum ii loci, in quibus eius vocabuli potestas adeo amplificata est, ut urbis contineatur indicium, velut Pindar. Pyth. IX. 146. λευκίπποισι Καδμείων μετοικήσαις ἀγυιαῖς. conf. Soph. Oed. Col. 715. σὺ γάρ νιν εἰς Τόδ' εἶσας αὔχημ', ἄναξ Ποσειδάν, ἵπποισιν τὸν ἀκεστῆρα χαλινὸν Πρώταισι ταῖσδε κτίσας ἀγυιαῖς. Pindar. Pyth. II. 106. Lycophr. 1148. Ergo urbium descriptio et munitio directioque vicorum antiquissimis temporibus tamquam in artis modum per Amphionem et Zethum venerat; cui argumento aliquo modo adest ipsum Amphionis nomen, ut puto de Choerobosci quidem iudicio apud Etym. M. p. 92, 1. et Orthogr. Cramer. p. 168, 6. 16. cf. περὶ ποσοτ. p. 382, 27. τῆς ἀμφὶ προθέσεως καὶ τῆς ἰὼν μετοχῆς γέγονεν ἀμφιΐων καὶ κράσει τῶν δύο ιι εἰς ι μακρὸν Ἄμφίων et v. 30. γέγονεν ἀπὸ τῆς ἀμφὶ προθέσεως κατὰ παραγωγὴν καὶ ἐξέτεινε τὸ ι ποιητικῶς ὥςπερ τὸ Ἰξίων καὶ Δολίων et 93, 1. ὥςπερ παρὰ τὴν ὑπὸ πρόθεσιν γίνεται ὕπιος — οὕτω καὶ παρὰ τὴν ἀμφὶ πρόθεσιν γέγονεν Ἄμφιος ἐκτάσεως γενομένης τοῦ ι ποιητικῆς et p. 110, 41. Ἄνιος — γέγονε παρὰ τὴν ἀνὰ πρόθεσιν ὥςπερ — ὕπιος — οὕτως Χοιροβοσκὸς εἰς τὸ Ἄμφιος. Add. Eustath. in Od. I. 8. p. 1383, 39. et 25.

p. 1386, 57. et Il. V. 144. p. 532, 45. et I. 174. p. 75, 11. Nec Thebae fratrum rudimentum primum fuit; voluerant illi clarum peritiae suae specimen extare Eutresin, oppidum Thespiensium, quod ante capessitum Thebarum regnum habitaverant. Auctores sunt Strabo IX. p. 411. T. III. p. 455. *Εὔτρησιν κώμιον Θεσπιέων· ἐνταῦθά φασι Ζῆθον καὶ Ἀμφίονα οἰκῆσαι, πρὶν βασιλεῦσαι Θηβῶν* et Stephanus Byz. p. 188, 25. *Εὔτρησις ἣν ἐτείχισε Ζῆθος καὶ Ἀμφίων· ἐκλήθη δὲ Εὔτρησις διὰ τὸ πολλαῖς αὐτὴν πρότερον χρήσασθαι ῥυμαῖς, ὡς Ἐπαφρόδιτος.* Hinc per mihi mirum illud accidit, quod vetustos viarum ordines Stephanus scribit addito tempore inversos comminutosque fuisse idque verbis parum definitis scribit atque abrupte. Putasne oppidum ab Amphione et Zetho ad novam et exiliorem speciem restitutum esse? repugnat illorum dexteritas apud Aones spectata et nobilitata maxime. An Epaphroditum ais ex suae aetatis rationibus loquutum haudquaquam merita laude fratres defraudare? at certe hic parcatur ab orationis prava obscuritate. Et quum illud unum simile veri sit, cum re nomen quoque vetustate abolevisse, Eutresin potes autumare appellatam esse ex ea re, cuius tum cum conderetur, expers omnino esset? Quibus de caussis scripturam *πρότερον*, quam summotam pridem oportuit, una inserta litterula sic perpolio: *πρὸ ἑτέρων.* Contra in loco retineo vocem *χρήσασθαι*, quam insiticio et inducto isti *τρήσασθαι* posthabuerunt Holstenius et Berkelius. Omniane scriptorem dilucidissime debere interpretari neque in apertissima re quidquam reponere in legentium intelligentia? Equidem non perinde desidero istam Eustathii subtilitatem in Homer. Iliad. II. 502. p. 268, 4. *ἐκλήθη δὲ οὕτω διὰ τὸ πολλαῖς αὐτὴν ῥυμοτομίαις οἱονεὶ συντετρῆσθαι τεμνομένην εἰς ἀμφόδους συχνάς· — ἐτείχισαν δὲ αὐτὴν Ζῆθος καὶ Ἀμφίων οἱ ἀδελφοί.* Adde quod minus est secundum orationis integritatem forma *τρήσασθαι.* In loquendi autem similitudinem apposita sunt Hesychii verba p. 1009. *Δίστομος· οὕτως ἡ Ἐπίδαυρος ἐκαλεῖτο, ἐπεὶ ἀμφιστόμοις λιμέσιν ἐκέχρητο,* Plutarchi Pericl. 39. *ἀσφαλὲς ἕδος καὶ ἀσάλευτον — οὐ πνεύμασιν οὐ νέφεσι χρώμενον, ἀλλ' αἰθρίᾳ μαλακῇ* aliaque ab Hemsterhusio in Callimach. h. in Dian. 69. p. 184. (Abresch. in Obss. Misc. Nov. T. I.

p. 76. sq.) collecta. Vides magna Amphionem et Zethum eminuisse claritudine, ex quo operam praestarent urbibus muniendis et ornandis talesque eas formarent, quales civitates fuisse accepimus vere Graecas. Quorum illud Tzetza dicit ἐπισκευάζειν Exeg. in Iliad. p. 13, 8. 12. Ζῆθος δὲ καὶ Ἀμφίων τὰς Θήβας ἐπεσκεύασαν et p. 17, 2. οἱ πολλοὶ τῶν Θηβῶν οἰκιστὰς Ζῆθον παραδιδόασι καὶ Ἀμφίονα διὰ τὸ ὕστερον αὐτοὺς ἐπισκευάσαι τὴν πόλιν φιλοτιμότερον, hoc quid sit ostendit Himerius Orat. V. 7. p. 482. πάντα Ἑλληνικὰ τὰ παρὰ τῇ πόλει (Θεσσαλονίκῃ) καὶ φωνὴ καὶ τείχη καὶ σχῆμα.

Nec tamen intra Boeotiae fines ea fama se continuit; immo in alienas terras evagata longius est fratresque celebres a discriminibus atque obscuritate infantiae, quae ad Romuli Remique et Cyri comparationem congruere visa est Tzetzae Exeg. in Iliad. p. 13, 5. sq. et Charitoni de Chaer. et Call. II. 10. p. 50, 12., iidemque novitate inventi a se operis commendabiles adeo fabula facti sunt, ut rerum ab iis gestarum memoria vetustissimis subtracta temporibus repeti occiperetur ab recentiore aetate. Sat memorabilem rem per se et perscriptu eo magis dignam, quod documentum insigne est ambitiosae Graecorum de rebus, quae ad singularum civitatum dignitatem pertinerent, obtrectationis referam. Quid Illyrios homines qua honoris gloriaeque aemulatione ductos arbitraris, qui Zethum et Amphionem iactarent apud se moenium restitutores extitisse eo tempore, quo nihil quidquam fide omnium maius fiebat vigebatque amplius? Quod scribo, scribo recordationem repetens lapidis Athenis reperti, in quo quae inscripta fuerunt, prodita ab Muratorio Inscr. T. II. p. DCLXXII. nr. 1., dein ab Iacobsio Anthol. Graec. III. P. III. p. 754. et Anthol. Palat. Append. n. 115. et Boeckhio Inscr. n. 428. Vol. I. p. 456. sunt in modum hunc:

ΑΜΦΙΩΝΜΟΥΣΑΙΣΚΙΘΑΡΗΣΕΞΗΣΕΝΘΗΒΗΣ
ΤΕΙΧΕΑΝΥΝΑΕΠΕΜΑΣΠΑΤΡΙΔΟΣΙΑΛΥΡΙΟΣ
ΑΔΥΑΟΓΟΝΜΟΥΣΑΝΜΕΘΕΠΩΝΤΩ ΚΑΙ ΔΟ-
ΚΕΟΥΣΙ
ΑΚΜΗΤΕΣΡΕΞΕΙΝΠΕΙΡΑΤΑΠΑΝΤΑΤΕΚΝΑΣ.

Ex qua inscriptione qui confecerim quod posui, exponendum iam est. Videtur enim ea subobscura esse et ab interpretibus nondum satis explanata; immo Boeckhius suo ipse iu-

dicio quodammodo diffidit, alter prope recusat disceptationem. Et Boekhius quidem hoc dici putat: Ut olim Amphion musica construxit moenia Thebarum, ita nunc Illyrius Athenarum moenia construxit, qui et ipse musicis spectatus est. Illyrius autem videtur architectus idemque poeta fuisse, qui moenia Athenarum restituerit". Quam opinationem equidem aspernor omnino. Nam ut posse explicari hoc modo verba non abnuam feramque tacitus sententiam quamvis minus aptam et contortulam, quis aut fando unquam accepit aut quis in tanta Athenarum celebritate et facundia potest, qui non levior auctor et temere credulus iudicetur, sermonem disseminare et dispergere, esse aliquando Athenarum muros magnifice restitutos a musico et ab Illyrio musico? Quamquam isti explicationi favet Hermannus de Epigrammatis quibusdam Graecis p. 173. Opusc. Vol. V. „Obscurum esse, inquit, visum est Fr. Iacobsio aliisque epigramma, quod inscriptio 428. praebet. In eo Iacobsius recte vidit *ΕΞΗΣΕΝ* mutandum esse in *ἐξήνυσε*. Nam quis idoneus testis est, recte lectas esse litteras, quae sunt in lapide? et si sunt illae ipsae, quae esse traduntur, quis non culpam in lapidarium coniicere quam *ἔστησεν* scribendo simul et emendare errorem lapidarii et corrumpere versum poetae malet? Et lapidarii intelligentiam produnt etiam illa, *ἀκμῆτες ῥέξειν πείρατα πάντα τέχνας*, quae patet non potuisse sic a poeta manu proficisci. Neque vero aut *ῥ' ἕξειν* aut *ῥήξειν* scribi potest. Sic incidi debuit lapidi hoc epigramma:

Ἀμφίων μούσαις κιθάρης ἐξήνυσε Θήβης
Τείχεα· νῦν δ' ἐπ' ἐμᾶς πατρίδος Ἰλλύριος
Ἀδύλογον μοῦσαν μεθέπω· τῷ καὶ δοκέουσιν
Ἀκμῆθ' ἑστήξειν πείρατα πάντα τέχνας.

Quisquis iste Illyrius fuit, cantorem fuisse apparet, qui caementariis moenia urbis exstruentibus canebat eoque cantu eos ad opus strenue faciendum excitabat. *Ἀκμῆτ'* eo scriptum est, quod fere spiritum asperum, ut hodie quoque, in pronunciando negligebant". Pellatur e medio, inquam, iste terrae filius de nomine male aemulatus Illyrio filio Cadmi Apollodor. III. 5, 4. p. 193. Eustath. in Dionys. Perieg. 389. p. 169, 6. Schol. p. 349, 2. intpp. Vatic. Virgil. Aen. I. 243. p. 311. vel Polyphemi Appian. de bell. Illyr. p. 831. Vol. I., neve

Athenae respiciantur muris vix iterum nedum ab huius generis artifice ornatae. Ideone, quod tabulam moenibus Athenarum insertam fuisse audis, eam ad res Athenis ipsis gestas pertinere et ab civibus credis ibi propositam? I et narra monumenta quae hoc tempore hic illic visuntur, quondam ex longinquis gentibus advecta, ea narra eo ipso loco, quo nunc reperiuntur aut ratione et consilio posita aut casu et fortuito, conspicua ab initio fuisse. At enim quamquam lapidis in Atticam aliunde translati rationes cogitatione fingi commode plures possunt, haud ferme quisquam admodum iis intendere solet, quippe quum parum adhuc cognitum sit exploratumque, quantum in rebus antiquis scrutandis veterum studium fuerit et curiositas. Videamus de singulis. Et postremus quidem eius inscriptionis versus *τῷ καὶ δοκέουσιν Ἀκμῆτες ῥέξειν πείρατα πάντα τέχνας* magnopere hortatur, ut de Illyriis potius quam de Musis cogitatio suscipiatur, non quin liceat Musarum nomen inferre — concedere enim hoc videtur praeter alios Boissonadius in Planud. Metam. p. 366. et 608. —, sed quod alienum est hominem a poesis studio eo loco commendari, quo nihil nisi laudis ex murorum exstructione collectae continetur testificatio. Quamquam de Musarum commemoratione Hasius in Stephan. Thes. Ling. Graec. Vol. I. p. 1226. A. accedit Boeckhio locum in hanc sententiam interpretato: „*Ἐπ' ἐμᾶς πατρίδος*, hoc est Athenis, ubi lapis positus in ipsis moenibus. Loquitur locus ipse. Ad *νῦν δὲ* supple *ἔστησεν τείχεα*. Sic ferri potest *μεθέπων*, pro quo correctio *μέθεπον* (Iacobsii ea correctio est, versu ultimo Illyrii cives dici rati) non satis mihi apta videtur; neque enim Illyrius ipse loqui nunc potest et tantas sibi laudes tribuere. *Δοκέουσι* sc. *Μοῦσαι:* cui etiam videntur Musae omnes artis fines aperturae esse indefessae. Correxi *ῥήξειν* quamquam hoc quoque mihi non satisfacit". Adeone difficile fuit inscriptionis argumentum coniectatione de ultimo versu et primo sciscitari? Habes tabulam indicem praeclarissimi operis, quod aequum erat provehi usque in Thebarum contentionem, quibus nec firmitate cederet neque aedificationis miraculo. Id luculenter arguit singulare Amphionis exemplum. Quare id mihi sumo, ut valere meum iudicium putem, de quo homines Illyrii hic dicuntur nullo umquam bello fatigari posse habituri-

que in posterum munimen nullo, ut de Dyrrhachio ait Lucanus VI. 22., quassabile ferro, ut in quo constituendo ars videretur quid efficere posset experta esse. In cuius rei probationem utor his potissimum locis Epigr. ap. Aristid. Vol. II. p. 386, 8. sive Anthol. Pal. Append. 211. p. 823. *Ἡράκλεια πατρίς· Ζεῦξις δ' ὄνομ'· εἰ δέ τις ἀνδρῶν Ἡμετέρης τέχνης πείρατά φησιν ἔχειν, Δείξας νικάτω.* Parrhas. Epigr. II. p. 60. T. II. Anthol. Graec. — *φημὶ γὰρ ἤδη Τέχνης εὑρῆσθαι τέρματα τῆςδε σαφῆ Χειρὸς ὑφ' ὑμετέρης,* quae Iacobsius attulit conf. id. in Dioscorid. Epigr. V. p. 370. Vol. I. P. II. et Archestrat. ap. Athen. VII. p. 302. A. *πολὺ δὴ πολὺ πάντων Ἐνταῦθ' εἰσὶν ἄριστοι, ἔχουσι δὲ τέρματα νίκης,* dein Alphei Epigr. VII. Anthol. Graec. T. II. p. 116. *μεγάλοιο πύλας ἀκμῆτας Ὀλύμπου* conf. Lobeck. in Sophocl. Aiac. 323. p. 269. Spanhem. in Iulian. Orat. I. p. 199.; intelligo tamen non defuturos, qui id vocabulum sic interpretentur: Illyrios, cum nihil laboris exhaurirent, rem ingentis operis esse musico gratificante consecutos. Omnino autem non dissimile illud, quod Anastasii regia de se praedicare fingitur Anthol. Graec. IV. p. 104. *Ἀλλὰ πολυκμήτοιο λαχὼν πρεςβήϊα τέχνης Αἰθέριος πολύϊδρις ἐμὴν τεχνήσατο μορφὴν Ἀχράντῳ βασιλῆϊ φέρων πρωτάγρια μόχθων. — Εἶξον ἀρειοτέροισι, χάρις Καπετωλίδος αὐλῆς.* In quibus *πολυκμήτοιο* recte editum erat a Gyllio de Topogr. Constant. II. 18. p. 383. C. conf. Nonn. VII. 55. p. 204, 12. *πολυκμήτων μερόπων ἐπίληθον ἀνίης Φάρμακον.* Add. id. VIII. 30. p. 244, 30. *μεθέπων στεροπήν* et X. 224. p. 282, 9. *ἐλαφήβολον ἄγρην.* XI. 394. p. 318, 19. *Δηοῦς ξανθοκόμου πολυλήϊον εὐνήν.* 143. p. 302, 32. *ξυνῆς μεθέπων Ποσιδήϊον αἷμα γενέθλης.* Utcunque est, Amphion tamen Illyriis hoc gratificatus est; Illyrio enim summoto Amphion utique censendus est ad bene de Illyrica aliqua civitate promerendum convertisse suam cantandi peritiam. Quae peritia antea Thebanis insigniter profuerat. Id quo declaratur versu

Ἀμφίων μούσαις κιθάρης ἔξησεν Θήβης
Τείχεα,

is nondum redditus est integritati suae. Vere quidem Boeckhius scripturam ab Iacobsio excogitatam *ἐξήνυσε,*

cui vel hanc praestare crediderim κιθάρης ἧς ἔκτισε, obruit emendatione sua ἔστησεν, quam ratam facio auctoritate codicis bibl. Matrit. CXIV. — in eo codice enim neuter exploratum habuit extare illam inscriptionem perscriptam in hanc speciem (p. 452. col. 1.) Ἀμφίων μούσαις κιθάρης ἔστησε Θήβης τείχεα· νῦν δ' ἐπ' ἐμᾶς πατρίδος Ἰλλυριὸς ἀδυλόγον μουσᾶν μηθεπωντω καὶ δοκέουσιν ἀκμῆτες ῥέξειν πείρατα πάντα τέχνας —, Boeckhius igitur quum ἔστησεν redintegrandum esse pervidisset, illud ni fallor reliquum habuit, ut extremam litteram distenderet modo hocce: ἔστησ' ἐπί. Qua vocularum ἐν et ἐπὶ permutatione paene non frequentiorem ullam novit Boissonadius Anecd. Vol. IV. p. 112. Ut in Cedren. p. 649. D. pro ἐνορκοῦντα codd. Hasii in Leon. III. p. 50, 1. p. 434. ἐπιορκοῦντα, et Schol. Aristid. ὑπὲρ τῶν τετταρ. p. 497, 16. ἐν βλάβῃ al. ἐπὶ βλάβῃ τῇ ἑαυτῶν νικησάντων. De reliquo quid Kulenkampii temeritatem pluribus confutem hoc scribendi genus commenti μούσαις κιθάρῃ τ', cum multum in hanc rem exemplorum ubique suppeditet, ut Cicer. de Finn. V. 18, 49. „avido variis satiatus pectore musis" et quae D'Orvillius excussit Critica Vanno c. VII. p. 154. sq.? Ne longior sim, hanc mihi persuasi esse veram illius epigrammatis descriptionem:

Ἀμφίων μούσαις κιθάρης ἔστησ' ἐπὶ Θήβης
Τείχεα· νῦν δ' ἐπ' ἐμᾶς πατρίδος, Ἰλλυριοῖς
Ἀδυλόγον μοῦσαν μεθέπων· τῷ καὶ δοκέουσιν
Ἀκμῆτες ῥ' ἔξειν πείρατα πάντα τέχνας.

In quo animadvertatur velim, si in corrupta libri Matritensis memoria Ἰλλυριὸς - Ἰλλυριῶν scripturam enim post alios edixit Boissonadius Anecd. II. p. 479. et V. p. 395. — sani aliquod vestigium supersit. Etiam apponere licet verba Achillis Tat. V. 17. p. 454. ἐλέησόν με γυνὴ γυναῖκα, ἐλευθέραν μέν, ὡς ἔφυν, δούλην δὲ νῦν, ὡς δοκεῖ τῇ τύχῃ, quae consideranti ultro in mentem venit Euripidii loci Hecub. 60. ἄγετ' ὀρθοῦσαι τὴν ὁμόδουλον, Τρωάδες, ὑμῖν, πρόσθε δ' ἄνασσαν. Quod si quis tergiversatur necdum dat secundum apertam quandam eorum quae emendando innovavimus probabilitatem, eum in consensum adducam, quid dico adducam? immo cogam rapiamque testem coram pro-

ducens locupletissimum Guilielmum Appulum. Cuius testimonio etiam hoc intelligitur, pertinere illam tabulam ad Illyridem Epidamnum (Lucan. II. 624.), quod totius caput erat Illyrici. Palmer. Graec. Antiq. I. 19. p. 123. conf. Euphor. fr. LXXI. p. 140., quamquam de hoc aliter Is. Vossius in Pompon. Mel. p. 159. Is igitur Guilielmus in carminis sui, quod de rebus Normannicis condidit, libro quarto prodidit haec:

Quondam fuit urbs opulenta
Magnaque praecipue tegulosis obsita muris.
Rex Epirotarum dicier hanc Epidaurum
Pyrrhus praecepit, quia fortia ferre Quiritum
Bella Tarentinis sociatus non dubitavit.
Inde frequens bellum, varios et passa labores
Evacuata viris fuit ad nihilumque redacta.
Destructam spatio post composuere minori
Zethus et Amphion et praecepere vocari
Dyrrhachium: Ducis hoc circumdatur obsidione.

„Quae unde Guilielmus hauserit, quaerere non libet", Wesselingius inquit ad Anton. August. Itin. p. 317. sq., „sunt enim inepta; quis enim credat, si parum in his calleat, Epidamnum aut Epidaurum, alterutrum dedisse videtur et testis Eustathius est in Iliad. II. p. 217. Bas., quanquam non admodum locuples, Dyrrhachio Epidauri fuisse nomen; quis inquam crediderit hoc cognominis a Pyrrho accepisse, aut destructam dein Zethi atque Amphionis cura fuisse excitatam urbem?" Sint ista quantumvis inepta absurdaque; placuerunt ea Epidamniis civibus maximopere, dictitaruntque universi urbem suam ab Zetho et Amphione, recentibus a Pyrrhi regis aetate, restitutam esse munitamque, et quo maneret tanti beneficii memoria, per urbem cum alia monumenta tum tabulam constituerunt eam, de qua disputatur. Quo rem confirmem et stabiliam argumentum habeo eratum ex Annae Comnenae Alexiad. libro tertio p. 99. D. hoc: *ἐν ᾗ (Ἐπιδάμνῳ) βασιλεύς ποτε Ἠπειρώτης Πύῤῥος Ταραντίνοις ἑνωθεὶς Ῥωμαίοις ἐν Ἀπουλῇᾳ κάρτερὸν πόλεμον συνεστήσατο καὶ ἀνδροκτασίας ἐκεῖθεν πολλῆς γεγοννίας, ὡς ἄρδην ἅπαντας ξίφους παρανάλωμα γεγονέναι, ἄοικος ταύτῃ καταλέλειπται. Ἐν ὑστέροις δὲ χρόνοις (ὡς Ἕλληνές*

φασι καὶ αὐτὰ δὴ τὰ ἐν τῇ πόλει γλυπτὰ γράμματα μαρτυροῦσιν) ὑπ' Ἀμφίονος καὶ Ζήθου ἀνοικοδομηθεῖσα εἰς ὃ νῦν ὁρᾶται σχῆμα· αὐτίκα δὲ τὴν κλῆσιν μεταμείψασα Δυῤῥάχιον προσηγόρευται. Et insignem Thebarum similitudinem prae se ferebat Dyrrhachium, eadem Anna auctore XIII. p. 384. A. τὸ μὲν τεῖχος ταύτης ὑποχαλᾶται τοῖς πύργοις. οἱ δὲ πύργοι κύκλοθεν ταύτης ἐξυπανίστανται, ὅσον εἰς ἕνδεκα πόδας ὑψούμενοι διὰ κοχλίου τινὸς τὴν ἄνοδον ἔχοντες ἐπάλξεσί τε ἐφαλισμένοι (leg. ἠσφαλισμένοι). Οὕτως ἔχει σχήματός τε καὶ ἀσφαλείας ἡ πόλις. Nec fortasse a vero longius abesse iudicabor, si eius narrationis inanitatem dixero carpi ab Lucano VI. 17. „Magnus Insedit castris Ephyreaque moenia servat Defendens tutam vel solis turribus urbem. Non opus hanc veterum nec moles structa tuetur Humanusque labor, facilis licet ardua tollat Cedere vel bellis vel cuncta moventibus annis. Sed munimen habet nullo quassabile ferro, Naturam sedemque loci". — His de Dyrrhachio explicatis mutatio, quam suadeo nominis Epidauri ap. Guilielm. l. d., cui nescio qua ratione pepercerit Cangius ad Alexiad. l. d. p. 280. — hic autem cum Wesselingio Guilielmum in notitiam meam perduxerant —, in religionem verti nequit, cum praesertim Epidaurum identidem Epidamno damnosam cognoverit Burmannus in Petron. c. 124. carm. de mut. reip. rom. v. 293. conf. Roules. in Ptolem. Hephaest. IV. p. 98. Quod superest, cum Illyriis quid antiquissimis temporibus Thebanis fuerit, breviter exponam. Apud omnes pervulgata res est, cum Harmonia Cadmum postremo ad Illyrios excessisse, ubi et signa lapidea, in quae illi induruisse credebantur, et templum extaret Wesseling. in Anton. Itin. p. 271. sq. et Hierocl. Synecd. p. 641. Bernhardy. in Dionys. Perieg. 390. p. 621. Add. Phylarch. ap. Athen. XI. p. 462. B. πολλοῖς τε καὶ ὁ ἐν Ἰλλυριοῖς τόπος διαβόητός ἐστιν ᾧ καλούμενος Κύλικες, παρ' ᾧ ἐστὶ τὸ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας μνημεῖον. Tzetz. Chil. IV. 394. sq. 708. sq. Stephan. Byz. v. Δυῤῥάχιον p. 162, 25. ποταμοὶ δὲ Δρίλων καὶ Λάος, περὶ οὓς οἱ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας τάφοι δείκνυνται. Scylac. Peripl. p. 19. καὶ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας οἱ λίθοι εἰσὶν ἐνταῦθα καὶ ἱερὸν ἄπωθεν τοῦ Δρίλωνος ποταμοῦ.

Quamquam futuros spero, qui spreto cum aliis tum Schol. Pindar. Pyth. III. 153. p. 338. *καὶ αὐτὸς ἀποθεώθη μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Ἁρμονίας, καὶ ἀπελθὼν ἐπὶ δρακόντων ἅρματος κατῴκησεν ἐν τῷ Ἠλυσίῳ πεδίῳ*, opinionem concipiant, Scylacem de templo Cadmi et Harmoniae non magis quam omnes loqui convenientiusque rescribi *ἠρίον*, quod alteri saepe nocuisse testes sunt Valesius ad Harpocrat. T. II. p. 324. 363. ed. Lips., Hemsterhusius in Lucian. Contempl. 22. p. 404. Vol. III. Cangius ad Zonarae Annal. p. 97. Vim eius vocis autem usumque explanarunt Albertius ad Hesych. Vol. I. p. 1654. not. 23. et Valckenarius in Theocrit. Idyll. I. 125. p. 34. Dein minime protrita sunt, quae narrat interpres Vatic. Virg. Aen. I. 243. p. 311. „Cadmus relictis Thebis comite Harmonia coniuge fortunae iniurias sustinens (subtimens?) fines Macedoniae supergressus parvulum filium qui iuxta Illyricum fluvium ab Harmonia editus fuerat dereliquit. Hunc serpens spiris suis innexuit et donec ad adultos veniret annos amplexu corporis fovit imbuitque viribus, quibus omnem illam regionem sibi subdidit. (Hic) ex vocabulo suo Illyrium denominavit". In eandem terram devenit Cadmi filia Agaue Nyctelium fugiens, ut verbis Virgilii Culic. v. 110. utar, neque a Scaligero neque a Barthio Advers. XIX. 9. p. 1037. intellectis, id est ob filium per bacchationem interemptum fugiens (Elmslei. in Euripid. Med. 777. p. 201. et Dempster. in Coripp. de laud. Iustin. III. 52. p. 411. conf. Mythogr. II. fab. 78. p. 101, 23. „Cadmo infortunia Thebarum fugiente". Senec. Phoen. 23. „scelus fugiens suum". Hygin. fab. CLXXXIV. p. 257. „Agaue ut suae mentis compos facta est et vidit se Liberi impulsu tantum scelus admisisse profugit ab Thebis atque errabunda in Illyriae fines pervenit ad Lycothersem regem" et fab. CCXL. p. 295. A quibus longius abhorret Parthenius c. XXXII. p. 397. *οἱ δὲ Χάονες — ἐκάλεσαν Κίχυρον. φασί δέ τινες τὸν δρυμὸν ἐκεῖνον εἶναι τῆς Ἐχίονος θυγατρὸς Ἠπείρου, ἣν μεταναστᾶσαν ἐκ Βοιωτίας βαδίζειν μεθ' Ἁρμονίας καὶ Κάδμου φερομένην τὰ Πενθέως λείψανα· ἀποθανοῦσαν δὲ περὶ τὸν δρυμὸν τόνδε ταφῆναι, διὸ καὶ τὴν γῆν Ἤπειρον ἀπὸ ταύτης ὀνομασθῆναι.* Contra Lucanus in Phtiotide Penthei reliquias ab Agaue sepulturae datas prodidit VI.

357. „veteres ubi fabula Thebas Monstrat Echionias, ubi quondam Pentheos exul Colla caputque ferens supremo tradidit igni Questa quod hoc solum nato rapuisset Agaue". Ceterum quod Parthenii locum attuli, nescio an recte coniectura coarguam apud Cedrenum p. 23. D. antiquitus *Χαονίαν* pro *Χῖον* scriptum fuisse *οὗτος ὁ Κάδμος Ἀγαύην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Ἐχίονι δοὺς γυναῖκα εἰς Χῖον ἀποστέλλει· γεννᾶται οὖν ἐξ αὐτοῦ — Πενθεύς.* Quas Thebanorum regum migrationes subtilius enarravi, quo ne tenuissimum quidem de Zetho et Amphione in Illyricum profectis superesse constaret rumorem. At Dyrrhachinorum nummos, in quibus taurum indomitum expressum esse auctor est Chiffletius, referre putares Zethi iuvencum (Senec. Phoen. 20.), nisi Spanhemius „utrumque illorum nummorum symbolum tum vaccae cum lactente vitulo, tum quadratae areolae cum fructibus ab antiqua patria seu Corcyraeis, quorum erant coloniae Dyrrhachium et Apollonia, desumptum esse" edocuisset Diss. IV. 10. de Us. et Pr. Num. p. 210. et IX. 1. p. 570. sq. et Addend. p. 721.

Ergo Amphion venerabilis musicae miraculo rei novae inter rudes artium homines apud posteros id consecutus est, ut Amphion iam non hominis nomen, sed architecturae haberetur. Nec mirari subit, quod ille ab Aegyptio homine creditus est multum in arte magica usum habuisse acceptum, ut opinor, a Mercurio, huius quoque artis praeside (*Ἑρμῆν μάγον* Ioann. vit. Baarlam. p. 246.). Pausan. VI. 20, 8. p. 98. *ἀνὴρ δὲ Αἰγύπτιος Πέλοπα ἔφη παρὰ τοῦ Θηβαίου λαβόντα Ἀμφίονος κατορύξαι τι ἐνταῦθα, ἔνθα καλοῦσι τὸν Ταράξιππον — ἠξίου δὲ οὗτος Αἰγύπτιος εἶναι μὲν Ἀμφίονα, εἶναι δὲ καὶ τὸν Θρᾷκα Ὀρφέα μαγεῦσαι δεινόν· καὶ αὐτοῖς ἐπᾴδουσι θηρία τε ἀφικνεῖσθαι τῷ Ὀρφεῖ καὶ Ἀμφίονι ἐς τὰς τοῦ τείχους οἰκοδομίας τὰς πέτρας.* Vid. Corollar. III. Plerique illius potentiae admirationi hunc modum fecerunt, ut homines dispersos et saxorum instar nullo affectu mobiles carminum et affatus suavitate unum in locum congregatos et a fera agrestique vita ad humanum cultum civilemque disciplinam deductos dicerent, ut Macrobius in Somn. Scip. II. 3. p. 130. sq. „Orpheus (Lobeck. Aglaoph. p. 235.) et Amphion primi forte gentes vel sine rationis cultu barbaras vel saxi

instar nullo affectu mobiles ad sensum voluptatis canendo traxerunt" et Solinus c. VII. p. 17. D. „Thebas condidit Amphion, non quod lyra saxa duxerit, neque enim par est ita gestum videri, sed quod adfatus suavitate homines rupium incolas et incultis moribus rudes ad obsequii civilis pellexerit disciplinam", et Syncellus p. 296, 4. *θέλγειν τοὺς λίθους, οὓς εὐλόγως ὑποληπτέον ἠλιθίους τινὰς ἀνθρώπους* (saxa permulsisse Davides quoque traditur a Manasse 4765. p. 204. *τοῦ Δαβὶδ — ἡ καὶ τοὺς λίθους θέλγουσα καλλιμελὴς κινύρα*) et fragm. mythol. cod. Palat. ap. Creuzer. Melett. I. p. 94. not. 80. extr., et Gregorius Nazianz. carm. L. 196. p. 119. B. *λᾶας ἔπειθε ψυχὰς ἀντιτύπους πετρώδεας.* Conf. Eustath. in Homer. Odyss. XI. 263. p. 1683, 2. sive Eudoc. Viol. p. 18. *οἱ δὲ ῥηθέντες ἀδελφοὶ ἀγαθοὶ βασιλεῖς εἶναι φαίνονται καὶ μειλίχιοι· διὸ καὶ μετὰ λύρας πυργῶσαι τὰς Θήβας ᾄδονται ὡς ἐμμελῶς καὶ ἱλαρῶς καὶ ὡς εἰπεῖν ἐμμούσως καὶ δίχα τοῦ ἄπωδόν τι τοῖς ὑπηκόοις ἐνδείξασθαι τειχίσαι τὴν πόλιν.* Elegantius vero, iudice Iacobsio ad Philostr. Imagg. I. 10. p. 269., hanc fabulam interpretatur Himerius Orat. XXI. 12. p. 748. *τὸν Ἀμφίονά μοι μιμήσασθε ὃς τῷ τε τείχει καὶ τῇ λύρᾳ μερίσας τὰς χεῖρας φήμην τῆς πατρίδος κατέχεεν ὅτι τὰς Θήβας ἐμμελῶς ἐτείχισεν.* At ieiuna sunt et prope iam obsoleta quae exprompsit Palaephatus c. XLII. p. 171. sq. sive Eudocia Viol. p. 202. *Κιθαρῳδοὶ αὗτοι ἄριστοι ἐγένοντο καὶ ἐπεδείκνυντο μισθῷ. Ἀργύριον δὲ οὐκ εἶχον οἱ τότε ἄνθρωποι. Ἐκέλευον οὖν οἱ περὶ τὸν Ἀμφίονα εἴ τις βούλοιτο ἀκοῦσαι αὐτῶν ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐρχόμενον ἐργάζεσθαι.* Aliter decuit sentire Maximum Tyrium Diss. XXXVII. 6. p. 210. sq. *Ἄλλος ἦν περὶ Βοιωτίαν κιθαριστὴς γενναῖος, οὐ λίθους οἷον ὁ μῦθός φησι προσαγόμενος τῇ τέχνῃ (πῶς γὰρ ἂν γένοιτο ἐξ ᾠδῆς τεῖχος;), ἀλλ' ὑπὸ μέλει ἐμβατηρίῳ καὶ τακτικῷ συναγαγὼν εἰς φάλαγγα τοὺς Βοιωτῶν νέους τεῖχος ἄμαχον ταῖς Θήβαις περιέβαλεν.* Scripsi verba, uti scripta reperi in Reiskii exemplari, quamquam, ut hoc leviter perstringam, nondum perspicio, quid vocula *οὐδέ* in libris Reg. et Harles. tradita habeat peculiare et insigne, quo certissime cognoscatur aut ficta aperte aut effutita temere. Quam recte Davisius proposuerit *οὐ λίθος ὅδε οἷον ὁ μῦθός φησι,* non disputo; attente quidem et cogitate certe. Marklandus

autem dum ad veri inventionem intendit eo fertur et deducitur, ut vitio latebram quaerat. Verissima, inquit, est Msc. lectio. Non lapides neque istud quod (vel tale quale) dicit fabula, arte adducens i. e. murum, uti in proxime sequentibus patet; λίθους pertinet ad praecedentem Orphea, prout liquet ex decretiva οὐδέ; οἷον est τοιοῦτον οἷον". Immo vero et loquendi simplicitati et intelligendi commoditati studendum erat hacce orationis conformatione: Boeotius ille citharoedus non lapides duxit, nedum adduxit in murorum aedificationem (qui enim fieri potest, ut cantu moenia struantur?), verum Boeotia pube dum bellicum ipse canit coacta assuefactaque rei militaris disciplinae, velut muro inexpugnabili Thebas communivit". Eamque sententiam videor sic consequi posse emendando: κιθαριστὴς γενναῖος οὐ λίθους οὐδὲ οἷον ὁ μῦθός φησι προςαγόμενος τῇ τειχίσει (πῶς γὰρ ἂν γένοιτο ἐξ ᾠδῆς τεῖχος;). Quam vocem ex Luciani libro de Saltat. 41. p. 149. Vol. V. πρὸς λύραν τείχισις eo etiam libentius repetivi, quod τέχνην de opere arte facto (vid. Schaefer. in Longi Pastoral. p. 361. sq.) interpretari vetarer verbi ambiguitate. Quod superest, extiterunt, qui illa fabula usque eo delectarentur, ut quas ad citharae sonos aedificatas constans fama esset easdem Thebas comminiscerentur ad cantum tibiae, quam Ismenias praeiret, dirutas. Quod quidem imprimis finxisse et evulgasse Callisthenes videtur, homo ad quaevis mendacia unus promptissimus, de quo testis est Tzetza Chiliad. I. 327. sqq. et VII. 408. et X. 409. p. 380. τὰς Θήβας ἀτειχίστους γὰρ τελούσας ἐν ὕστέροις ἔκτισαν Ζῆθός τε αὐτὸς καὶ Ἀμφίων λυρῳδοῦντε. ἃς Θήβας πάλιν ὕστερον Ἀλέξανδρος ὁ μέγας αὐλήμασι κατέσκαψεν αὐλοῦντος Ἰσμηνίου. In qua re dissentit ab Callisthene Iulius Valerius I. 66. p. 80. „Alexander Thebas diripere exscindereque festinat — ad quam fortunam ceteris praestupescentibus prae vi malorum uni tibicinum forte consilium subit aptare tibias et melos quam posset flebile canere regis pedibus provoluto", quem tibicinem Ismeniam fuisse colligas ex Anonymi vit. Alexandr., de qua Bongarsius in Iustin. XI. 4, 1. „liber auctoris anonymi de vita Alexandri, quem mihi ex bibliotheca reginae matris utendum dedit doctissimus Fr. Pithoeus, refert Ismeniam quendam The-

banum τῆς αὐλομελῳδίας ἔμπειρον ἄνθρωπον καὶ σοφὸν τῇ γνώμῃ τυγχάνοντα in Thebanorum gratiam apud Alexandrum dixisse". Accedunt in Callisthenis partes Onestes Epigr. VI. 1. p. 4. T. III. Anth. Gr. ἔστην ἐν φόρμιγγι, κατηρείφθην δὲ σὺν αὐλῷ Θήβῃ et Epigr. VII. 4. τειχομέλης κιθάρη· Ἀλλ αὐλὸς δύςμουσος· ἴδ' ὡς ἐκεράσσατο Θήβῃ Δαίμων, ἐσθλὰ κακοῖς δ' εἰς ἓν ἔμιξεν ἴσα et qui idem argumentum eodem explicavit modo Philippus Epigr. XXXI. 3. p. 204. T. II. τείχεα χορδαῖς Ἔστη καὶ λωτοῖς ἔστενε λυόμενα, et qui Iacobsio Animadv. in Anth. Gr. T. II. P. II. p. 337. non usurpati sunt, scriptor Orac. Sibyll. VII. 114. p. 388. B. Gall. Θῆβαι δύςβουλοι, ὑμῖν κακὸς ἦχος ἐπέστη Αὐλῶν φθεγγομένων· ὑμῖν σάλπιγξ κακὸν ἦχον Ἠχήσει, ὄψεσθε δ' ἀπολλυμένην χθόνα πᾶσαν et Nicephorus Basilaca (Ethop. VII. 11.) in ea scriptione, quae inscribitur τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ αὐλητὴς Ἰσμηνίας παρ' Ἀλεξάνδρου βιαζόμενος (Ἰσμ. ὁ αὐλ. β. παρὰ Ἀλ. lib. Laurent. Bandin. II. p. 194.) ἐπαυλῆσαι τῇ τῶν Θηβαίων (Θηβῶν Laur.) καταστροφῇ, ex qua huc transferam verba p. 491, 28. ἀντινομοθετεῖ μοι τρόπον ἄλλον ὁ Μακεδὼν, καὶ τυραννεῖ μετὰ τῆς πόλεως τοὺς αὐτούς· μέσος εὐτυχοῦντος βαρβάρου καὶ πόλεως ἀτυχούσης γίνομαι sic corrigenda τυραννεῖ μετὰ τῆς πόλεως τοὺς αὐλούς. Vid. Corollar. XI., in quo de Ismenia tibicine agetur. Quid quod etiam ipsum Amphiona volunt tibia cecinisse? Schol. Lucian. Imagg. 14. p. 17. Vol. VI. Ἀμφίων τὰς Θήβας ἔκτισε τὰς Βοιωτίας ὑπὸ αὐλῷ καὶ κιθάρᾳ. Quae quidem res minus miraculo erit, si veteres scriptores reputaveris quae in lyra fiebant, ea saepenumero in tibias mutuatos esse uti vocabula κροῦμα, κροῦσις Is. Voss. in Catull. p. 167. Salmas. in Lamprid. Alex. Sev. 34. p. 944. Wernsdorf. in Himer. Eclog. XVII. p. 258. sq. Iacobs. in Alcaei Epigr. X. T. I. P. II. p. 353. et κρέκειν Schneider. ind. ad Scriptt. Rei Rust. p. 371. a. Huschk. Epist. Crit. p. 8. sq. et in Tibull. I. 1, 4. p. 8. Blomfield. gloss. ad Aesch. Choëph. 808. p. 180. Postremo haec depromam ab Iacobsio Animadvv. in Anth. Gr. T. II. P. II. p. 337. „Eundem Ismeniam ab Alexandro Θήβηθεν (nisi Thisben commemori malis) καλούμενον ἵν' ἐπηχήσῃ τῷ Περσῶν φόνῳ τὰ νικητήρια narrat Himerius Or. V. 4. p. 478. Hanc narrationem apud nullum, quod sciam

antiquitatis scriptorem obviam Onestes confirmat. Ceterum in Thebanorum ludibrium qui artem tibicinandi iactare solebant, hoc ab Alexandro factum esse, acute suspicatur Boettigerus in Museo Attico I. Fasc. II. p. 348".

CAPUT IV.

DE NOMINE THEBARUM.

Urbi ab Amphione Zethoque aedificatae inditum nomen est Thebe sive Thebae; utrumque enim numerum scriptorum frequenti usu probatum obtinent Barthius in Stat. Theb. V. 681. 745. T. III. p. 311. 334. et IX. 295. p. 981. Gronovius in lib. IV. 676. Munckerus in Hygin. fab. CCLXXV. p. 332. Spanhemius in Callimach. h. in Del. 87. p. 379. Tzschuckius in Mel. II. 3. Vol. III. P. II. p. 217. Quorum copiae quum placeant omnino, grammaticorum mihi potius est dicta recognoscere. Plurativi igitur notatio facta est ab Apollonio de Syntaxi p. 482, 4. *καὶ τὸ Θῆβαι πληθυντικὸν καὶ μία ἡ ὑποκειμένη πόλις* et a Dionysio Thrace p. 636, 1. *εἰσὶ δέ τινες ἑνικοὶ χαρακτῆρες (καὶ) κατὰ πολλῶν λεγόμενοι, οἷον δῆμος, χορὸς καὶ πληθυντικοὶ κατὰ ἑνικῶν τε καὶ δυϊκῶν, ἑνικῶν μὲν ὡς Ἀθῆναι καὶ Θῆβαι, δυϊκῶν δὲ ὡς ἀμφότεροι* conf. Schol. p. 860, 16. p. 962, 33. Illustrior in ea edisserenda re explicatio Eustathii in Homer. Iliad. IV. 406. p. 490, 10. conf. I. 366. p. 119, 2. II. 498. p. 266, 3. *ἰστέον δὲ καὶ ὅτι – πολλὰ εὕρηνται ὀνόματα καὶ ἑνικῶς λεγόμενα καὶ πληθυνόμενα, ὡς καὶ ὅτε Κρήτην καὶ Κρήτας τὴν αὐτὴν νῆσον λέγει Ὅμηρος. οὕτως οὖν ἐπαμφοτερίζει καὶ τὸ τῆς Θήβης ὄνομα καὶ τὸ τῆς Μυκήνης, ἣν Μυκήνας πρὸ ὀλίγων εἶπεν ὁ ποιητής, ὥς που καὶ τὴν Μαλείαν, Μαλείας, Μαλειάων ὄρος αἰπύ· τοιούτῳ δὲ τρόπῳ καὶ ὄρος τὸν Ἄτλαντα πληθυντικῶς ἔφη τις Ἄτλαντας* (conf. Schol. Oppian. Hal. I. 619. p. 56.) *καὶ τὸν Ἄρειον πάγον Ἀρείους πάγους.* Sed quae ab eo tradita sunt eodem loco *ἑπτάπυλον δὲ Θήβην ἑνικῶς λέγει τὰς Βοιωτίας Θήβας πρὸς διαστολὴν τῶν ἑκατομπύλων*

Αἰγυπτίων, in iis cernitur inanis scientiae venditatio. Neque enim, ut in commune dicam, secernere Thebas Boeotias Aegyptiasque et Asiaticas hoc signo et internoscere ullum scriptorum genus instituit, id quod fide Burmanni in Valer. Flacc. VI. 118. confirmo. Quid enim exempla adnumerandi molestia hic me non laxem paullulum? Suppetunt ea undique, velut ex Dionys. Perieg. 248., Nonn. V. 209. p. 152, 9. *παρὰ Θήβαις*, Plin. Nat. Hist. V. 9. p. 343. Vol. II. „Diospolis magna, eadem Thebe", Paull. Silent. Descr. Soph. 449. p. 23. *κίονα Θήβης*; ex Libanio Vol. IV. p. 51, 18. *Θήβας* (Asiaticas), Eustath. Il. I. 366. p. 119, 1. *τὴν παρὰ τῷ ποιητῇ ταύτην Θήβην πληθυντικῶς ἄλλοι Θήβας φασί* et II. 498. p. 266, 2. et 677. p. 319, 29. et IV. 406. p. 490, 10., Ioan. Diacon. in Hesiod. Scut. 48. p. 616, 15. *αἱ Ὑποπλάκιοι — ἢ καὶ Θήβη ἑνικῶς λέγεται.* Quare Eustathium excipiant Sextus Empiricus adv. Gramm. I. 7. 154. p. 249. *Θήβη ἑνικῶς καὶ Θῆβαι πληθυντικῶς καὶ Μυκήνη, Μυκῆναι*, Galenus ap. Bodaeum a Stapel in Theophrast. III. p. 174. *Λευκῆναι — πληθυντικῶς ὀνομάζουσιν παραπλησίως τῷ Θῆβαι*, Herodianus ap. Schol. Hom. Il. II. 498. p. 81, 18., Phavorinus v. *Κάλυδναι* p. 400., Servius in Virgil. Aen. V. 52. p. 319. „urbe Mycenae) Graece dixit. Unde singularem numerum posuit. Mycene autem sicut Thebe. Iuven. (XV. 6.) vetus Thebe" et VI. 773. p. 403. „Fidenae dicuntur ut Thebae; sed dixit ut Iuvenalis Thebe; nam varietati studet", Pompeius comment. art. Donat. segm. XV. 4. p. 186. „Aut e contrario enunciatione pluralia, intellectu singularia, ut Athenae, Mycenae, Cumae, Thebae, Puteoli. Haec sic dicuntur, quasi pluralia sint. Sunt autem nomina numeri tantummodo singularis, quantum ad Latinos pertinet; ceterum apud Graecos invenimus aliter: hae Thebe et haec Thebe. Ut est: Te quoque peritura Thebe. Variant illi". Verba ea unde Pompeius assumpserit nescire se fatetur Lindemannus. Agnoscantur igitur particulae quaedam versus e Thebaide Statii petiti, qui in libr. X. 594. legitur ita:

Te tamen, infelix, inquit perituraque Thebe,

ubi Lactantio notabile visum est „quod Thebe singulariter dixit". Quid ergo? illa varietas estne in casu sita an vertitur in caussa aliqua? Adest Squirius ap. Walpol. p. 321.,

qui eius rei rationem pervidit intellexitque illarum vocum hunc teneri a scriptoribus delectum, ut Thebe sit de Cadmea loquentis, sed Thebae eius, qui universam urbem id est Cadmeam et Thebas animo complectatur. Egregiam vero iste tulit sententiam, tamquam si difficile ad percipiendum et perobscurum esset Amphionem Zethumque novae urbi illud ipsum Thebes nomen dixisse. Similiter inconsiderata est Astii temeritas ad Platon. Legg. II. 8. p. 118. haec eloquuti „fabula Cadmum Cadmeam arcem, postea Thebas dictam, condidisse tradit". Quocirca tutam reor mentionem de Valckenario, a quo ad Eurip. Phoen. 755. p. 282. et 828. p. 310. iudicium factum est hoc, comprobatum Krusio Hellad. Vol. II. P. I. p. 554. „Thebarum urbs primitus numero singulari *Θήβη* vel *Θήβα* vocabatur; atque ita plerumque dicitur a poetis res antiquissimae memoriae Thebanas commemorantibus, Homero, Cyclicis, Tragicis ceterisque. Hac quoque parte Statius Antimachum sequutus Theben saepenumero memorat. Sed postquam urbi coepit acropolis adiungi, numerus Thebarum pluralis invaluit". Quod ut hoc genus brevi circumscribam, certum est et olim confessum a Scaligero ad Euseb. Chron. A. MMCCXLII. p. 233. b., nuper a Boeckhio ad Corp. Graec. Inscr. V. 1, 2. p. 718. Vol. I. conf. Salmas. in Spartian. Hadrian. VII. p. 57. singularia quaeque nomina antiquiora plurativis esse pluralemque numerum ut a poetis haud omnino neglectum, ita maxime tamen a scriptoribus solutae orationis adscitum esse et sic frequentatum, ut nobilissimum Asiae campum mallent appellare *Θήβης πεδίον* vid. Is. Voss. Obss. in Pompon. Mel. I. 18. p. 87. Schneider. in Vitruv. I. 6. p. 57. sive Xenoph. Hist. Graec. IV. 1, 41. p. 226. Creuzer. fragm. histt. p. 195. sq. Illud dilucet vel uno Strabonis exemplo IX. p. 311. T. III. p. 456. sive Schol. Hom. Il. II. 502. p. 81, 14. et 500. p. 81, 1. b. *ἡ δὲ Θίσβη, Θίσβαι νῦν λέγονται.* Rursus a Graecorum progenie, quae nunc est, cum aliarum fere omnium urbium locorumque tum Thebarum nomen desitum esse plurali numero pronunciari refert Hobhousius Iourn. T. I. p. 268. conf. Dodwell. Itin. Vol. I. P. II. p. 51. p. 70. not. 2. ed. Sickl. Ceterum alterius formae *Θηβαία* extat memoria minime tralaticia et pro falsa habita ab Hermanno in Soph.

Antig. 1122. p. 239. apud Eustathium in Iliad. V. 741. p. 601, 38. (de quo iudicium fecit Lobeckius Paralip. p. 300.): *Θηβαίας ἐπισκοποῦντ' ἀγνιάς*) *δύναται εἶναι τὸ Θηβαίας ἀντὶ τοῦ Θήβης, ἵνα ᾖ ὥςπερ σελήνη σεληναία, οὕτω καὶ Θήβη Θηβαία αὐτὴ ἡ Θήβη.* Quam memoriam Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 394. hisce illustravit: „Eodem referenda haec *Ἀθηναία* Porson. Xenoph. Anab. VII. 3, 9. p. LVII. *Νικαία* Photius lex. p. 300, 8. *Νικαίην· νίκην.* Add. Sturz. de dial. Maced. et Alex. p. 173." (Coroll. IV.). Quod nomen si quis inclinat ut ad regionem potius Thebis vicinam quam ad ipsam urbem referat Strabonis memor IX. p. 406. T. III. p. 420. *Κιθαιρὼν παυόμενος περὶ τὴν Θηβαίαν* et Hippolyti Chron. p. 100. „Thebea (id est Thebae sive Thebais cf. Freinshem. in Curt. IV. 8, 3.) Libyae, quae extendit usque Syrtes", is documento sibi habeat locum, quem unum proferre habeo, Excerpt. Chronol. p. 66. Scalig. „Amphius — condidit muros Thibeae". Verum ad vulgare nomen referenda oratio est. Vocem *Θήβην* gravi tenore concludi docet Arcadius p. 104, 16. *τὰ εἰς βη δισύλλαβα φύσει μακρᾷ παραληγόμενα καὶ μὴ τῇ οι βαρύνεται, ἥβη, θήβη, στήβη* (Lobeck. Paralip. p. 350. adnot. 50. *στίβη*) et Etymol. Magn. p. 570, 46. *τὰ εἰς βη λήγοντα δισύλλαβα βαρύτονα φύσει μακρᾷ θέλουσι παραλήγεσθαι· οἷον ἥβη, Θήβη, στίβη* sive Etym. Gud. p. 376, 3. et p. 375, 36., ubi pro *βήβη Θήβη* recte reposuit Sturzius p. 1154., sive Anecd. Cram. I. p. 257, 18. 26. Unde corrigendus libellus *περὶ ποσοτ* in Cram. Anecd. II. p. 302, 3. *θίβη, στίβη,* — *ἥβη.* Add. Theognost. Canon. p. 108, 26. *τὰ διὰ τοῦ ηβη δισύλλαβα βαρύτονα διὰ τοῦ η γράφει τὴν πρὸ τέλους, οἷον ἥβη, Θήβη.* Tritum etiam illud est, promendum tamen, quod tradit auctor lexic. schedogr. v. 272. Boiss. Anecd. IV. p. 380. *Θήβη πόλις ὄνομα· ἀφ' ἧς ἀνὴρ Θηβαῖος,* et Moschopulus *περὶ σχεδ.* p. 113. *Θῆβαι πόλις· ἀπὸ ταύτης* (lib. Paris. ap. Boissonad. l. d. *ἀπὸ τούτων*) *Θηβαῖος.* Conf. Stephan. Byz. p. 206, 6. 44, 19. 365, 14. *ὁ πολίτης Θηβαῖος.* Choerobosc. Orthogr. p. 220, 14. auctor *περὶ ποσοτ.* p. 315, 19. *δάφνη, δαφναῖος· Θήβη Θηβαῖος.* Suid. p. 194. *Θῆβαι πόλις καὶ Θηβαῖος.* Hesych. p. 1708. *Θηβαῖος· ἔθνος.* Arcad. p. 43, 19. Eustath. in Iliad. II. 542. p. 281, 26. *οἱ τῆς Ἀτραμυττινῆς Θήβης οὐ Θηβαῖοι ἀλλ' ἑτερωνύμως ἐλέγοντο*

Κίλικες. Aliter tulit scriptorum consuetudo latinorum, si quidem Scholiasta Lucani IX. 714. p. 746. auctore „a Thebis Aegypti civitate Thebaei dicuntur; a Thebis Graeciae civitate Thebani nominantur". Qua ductus ratione Gronovius Thebaeum, quod librorum maior pars praebet in Stat. Theb. IX. 291., ut novum et nimis graecissans repudiavit, eumque ut sequar quam Barthium p. 980. pro levi momento accedit illud, quod scribendo similiter variatum est in Ovid. Met. XI. 300. „Thisbaeas columbas"; Thebeas enim quattuor libri, alii Thisteas, Tybeas, Thesbeas. Conf. Stephan. Byz. p. 207, 16. 17. Rehd. *Θήσβη, Θησβαῖος* pro *Θίσβη* et Arcad. p. 104, 3. *ϑήσβη,* ubi scribendum est *Θίσβη.* Plutarch. Amat. Narr. IV. p. 76. 77. Vol. XII. *πρὸς Ἱππότας εἰςώρμησαν· κώμη δ' ἦν παρὰ τῷ Ἑλικῶνι κειμένη Θήβης καὶ Κορωνείας,* quo capite non Thebanorum, sed Thisbaeorum mentionem agitari (*Θηβεῦσι, Θηβαίων* id est *Θισβεῦσι, Θισβέων*) miror quod non dudum a doctis hominibus intellectum est. Add. Hierocl. Synecd. p. 645. *Θίσϑαις* id est *Θήβας* supra p. 15. Gavell. in Misc. Obss. Nov. T. VII. p. 773. Conf. Welcker. de Cret. Colon. p. 46. not. 103. Verum extat tamen et Thebanus Ophites in Lucan. d. l. et Thebaeus Hercules apud Ammian. Marcellin. XV. 10, 9. p. 69. De Tertulliani loco Apolog. XLVII. p. 398. Haverc. „a Thebaeis dico, a Spartiatis et Argaeis" alias disputabimus. Tum dicis caussa commemoro *Θήβηϑεν, Θήβῃσιν* Apollon. de adverb. p. 573, 20. *βαρύνεται, ἀντί γε μὴν τοῦ ϑ̄ τὸ σ̄ παραλαμβάνεται Ἀϑήνηϑεν Ἀϑήνησιν, Θήβηϑεν, Θήβῃσιν·* p. 601, 15. *τὰ εἰς ϑεν λήγοντα ἐπιῤῥήματα παραλήγεται φωνήεντι, ᾧ καὶ τὸ τέλος τῆς γενικῆς τοῦ ὀνόματος· εἰ δὲ καὶ ἀπὸ ἐπιῤῥήματος εἴη πάλιν τῷ αὐτῷ παραλήγεται, δι' οὗ τὸ λῆγον τοῦ πρωτοτύπου· εἰ δὲ δίφϑογγος εἴη, καϑὼς πρόκειται, ἀποπίπτει τὸ ἐν τῷ τέλει φωνῆεν ἀρχῆς ἀρχῆϑεν, ϑύρας ϑύραϑεν —, Θήβης, Θήβηϑεν.* p. 605, 5. 606, 14. 620, 29. 622, 25. conf. ap. Ruhnken. Callimach. fr. 454. p. 578. Stephan. Byz. p. 206, 15. *τὰ τοπικὰ Θήβηϑεν, Θήβαζε, Θήβῃσι. Θήβηϑε* Epigr. *ἀδεσπ.* ap. Schaef. in Greg. Cor. p. 166., *Θήβης, Θήβηϑεν* Anecd. Cram. I. p. 360, 16. Eustath. Od. VII. 6. p. 1565, 58. et Il. XI. 24. p. 828, 18., *Θήβαϑεν* lib. Rom. Himer. Orat. V. 4. p. 478., *Θείβαϑεν, Θείβαϑι* Maittair. p. 158. A.

Θήβῃσι Lys. *κατὰ Παγκλ.* §. 15. Bkk. p. 737. Rsk. Lyd. fr. de mens. p. 284. A., *Θήβησι* Theognost. Canon. p. 157, 27. Etym. M. p. 166, 30. *Ἀτρείδῃσι, Θήβῃσι δοτικαὶ τῶν πληθυντικῶν· ἔχουσι τὸ ι προσγεγραμμένον κατὰ τὴν παραλήγουσαν* et p. 450, 38. *τὸ Θήβῃσιν ὅτε μὲν ἔχει τὴν πρόθεσιν, τότε δοτική ἐστιν, οἷον ἐν Θήβαισιν· ὅτε δὲ χωρὶς αὐτῆς ἐστι Θήβῃσι, τότε ἐπιῤῥηματικῶς κεῖται* et p. 25, 13. *Ἀθήνῃσι καὶ Θήβῃσι) τὰ τοιαῦτα ἐπιῤῥήματα σὺν τῷ ι γράφεται. μὴ ὤφειλεν· ἐπειδὴ τὰ εἰς θεν ἐπιῤῥήματα καὶ τὰ εἰς θι τὴν αὐτὴν παραλήγουσαν φυλάττει καὶ τὸν αὐτὸν τόνον· οἷον οἴκοθεν, οἴκοθι· λέσβοθεν, λέσβοθι· — εἰ οὖν τὸ Ἀθήνηθεν καὶ Θήβηθεν χωρὶς τοῦ ι γράφεται, δῆλον καὶ τὸ Ἀθήνησι καὶ Θήβησι χωρὶς ὤφειλε γράφεσθαι. ἀλλὰ γράφεται σὺν τῷ ι διὰ τὸ συνεμπεσεῖν ταῖς τοιαύταις Ἰωνικαῖς δοτικαῖς. ἔστι γὰρ ἡ δοτικὴ τῶν πληθυντικῶν Θήβαις· καὶ κατ' ἔκτασιν γίνεται Θήβαισι καὶ κατὰ τροπὴν Ἰωνικὴν τοῦ α εἰς η Θήβῃσι· καὶ μένει τὸ ι προσγεγραμμένον.* Add. *ἐν Θήβῃσιν* Herodot. III. 25. Bast. Epist. Crit. p. 189. sq. Schaefer. ad Bos. de Ellips. p. 699. sq. et in Schol. Apollon. Rhod. III. 1179. p. 261. Bernhardy. Suid. II. p. 454, 11. et Syntax. p. 81. not. 30.; *Θήβαζε* Apollon. de adverb. p. 618, 17. *μόνως τὰ διὰ τοῦ ζε τὴν εἰς τόπου σχέσιν σημαίνει, ἔραζε, θύραζε, Ἀφίδναζε, Θήβαζε.* Herodian. *περὶ διχρον.* Cram. III. p. 293, 1. Schol. Il. III. 29. p. 97. a. 51., *Θήβασδε* XXIII, 679. p. 621. a. 45. (*Θήβαδε* Eustath. Il. I. 573. p. 153, 25.). Drac. Stratonic. p. 41, 2. 107, 8. Planud. in Bachmann. Anecd. II. p. 122, 8. Bast. in Greg. Corinth. p. 167. Deinceps commemoro Arcad. p. 43, 18. *Ἀθηναῖος, Θηβαῖος,* Eustath. Od. X. 131. p. 1651, 30. *Θηβαία* et Il. I. 197. p. 84, 12. Stephan. Byz. p. 206, 6. *ὁ πολίτης Θηβαῖος καὶ Θηβαιεύς.* Etymol. Magn. p. 66, 25. *Ἀλκάος· ὃν τρόπον οἱ Ἴωνες ἐκβάλλουσι τὸ ι τῶν κτητικῶν ἤγουν τῆς αι διφθόγγου τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ Αἰολεῖς τῆς αι διφθόγγου ἐκβάλλουσι τὸ ι· οἷον Θηβαῖος, Θηβάος, ἀρχαῖος, ἀρχάος, Ἀλκαῖος, Ἀλκάος* conf. Salmas. in Vopisc. Carin. 19. p. 844. Oudin. Misc. Obss. Nov. T. V. p. 431. sq. Maittair. de Dial. Graec. Ling. p. 154. A., *Θειβεῖος, Θειβῆος* Boeckh. Corp. Inscr. I. P. V. 1, 8. p. 722. sq. 5. p. 721.; *Θηβαΐτης* Stephan. Byz. p. 304, 21. *Μυλαί· — Μυλαΐτης, ὡς τῶν Θηβῶν Θηβαΐτης, Ἀθῆναι, Ἀθηναΐτης· εἰσὶ γὰρ οἱ οὕτω λέγουσι* et

Ἰοδάμᾳ, τῇ Ἰτώνου τοῦ Ἀμφικτύονος γεννᾷ Θήβην, ἣν δίδωσιν Ὠγύγῳ (vid. III. 1.), quam Iodamam contestantur Pausanias IX. 34, 1. p. 124. 125. Simonides ap. Etym. Magn. p. 479, 49. Muellerus in Tzetz. 355. not. 7. et 1206. not. 8. Sicut proditur tamen res, ne cui auctorum fides abrogetur, exponenda est. Pindarus igitur, id quod in magno pono discrimine, Thebes parentes Asopum et Metopam Arcadiam, Ladonis filiam, nuncupat Olymp. VI. 142. *ματρομάτωρ ἐμὰ Στυμφαλὶς, εὐανθὴς Μετώπα, πλάξιππον ἃ Θήβαν ἔτικτεν* et Isthm. VII. 39. (*Θήβα καὶ Αἴγινα*) *πατρὸς - δίδυμαι γένοντο θύγατρες Ἀσωπίδων ὁπλόταται*, quem versum commemorat Tzetza Exeg. in Iliad. p. 132, 7. et 145, 18. *ὁ δὲ Πίνδαρος προέφην ὅτι ἀπὸ Θήβης φησὶ τῆς Ἀσωποῦ θυγατρὸς* (*τὰς Θήβας κληθῆναι*). Nec desunt his natalibus praedicandis aut Scholiastae Pindari in Olymp. l. d. 144. p. 150. et 140. p. 149. *θυγάτηρ μὲν γὰρ ἦν Μετώπη Λάδωνος, τοῦ τῆς Ἀρκαδίας ποταμοῦ, γυνὴ δὲ Ἀσωποῦ, τοῦ ἐν Θήβαις ποταμοῦ· ἐκ ταύτης γέγονε νύμφη τις Θήβη, ἀφ' ἧς ἡ πόλις* sive Etym. M. p. 450, 44. et in Nem. IV. 30. p. 452. et Isthm. I. 1. p. 516. conf. Eustath. in Iliad. II. 570. p. 291, 2. *Κλεωναὶ ἀπὸ Κλεώνης τῆς τοῦ Ἀσωποῦ καὶ Μετώπης τῆς καὶ παρὰ τῷ Πινδάρῳ* aut Herodotus V. 80. *Ἀσωποῦ λέγονται γενέσθαι θυγατέρες Θήβη τε καὶ Αἴγινα*, Pausanias V. 22, 5. p. 412., Diodorus IV. p. 316, 34. *Ἀσωπὸς δὲ ἐν Φλιοῦντι κατοικήσας ἔγημε Μετώπην τὴν Λάδωνος, ἐξ ἧς ἐγένοντο — Θήβη τε καὶ Τάναγρα*, quos non minus curae habuit Boeckhius Explicc. p. 161. Hinc ulterius progressuro haesitationem affert primum Scholiasta Pindari filiam Asopi Boeotici autumans Metopen fuisse et maiorem Thebe et Aegina in Isthm. VII. 37. p. 556. *Θήβη καὶ Αἴγινα αἱ Ἀσωποῦ τοῦ Βοιωτιακοῦ ποταμοῦ θυγατέρες νεώτεραι τὴν γένεσιν· ἦν γὰρ προτεχθεῖσα Μετώπη καὶ ἄλλαι τινές.* Atqui Pausaniam scio sic docere et loqui, ut omnium quas ex Metopa uxore Asopus suscepit, maxima Nemea fuerit, Aegina autem Harpinnaque et Corcyra priore partu editae, quam Thebe. Viderat ille apud Phliasios Asopi cum stirpe dedicati signa sic disposita, uti ut quaeque aetate antecedebat, ita continuaretur ex ordine libr. V. 22, 5. p. 412. *ἀνέθεσαν δὲ καὶ Φλιάσιοι — θυγατέρας τὰς Ἀσωποῦ.*

καὶ αὐτὸν Ἀσωπόν. διακεκόσμηται δὲ οὕτω σφίσι τὰ ἀγάλματα. Νεμέα μὲν τῶν ἀδελφῶν πρώτη· — παρὰ δὲ τὴν Αἴγιναν ἔστηκεν Ἅρπιννα· — μετὰ δὲ αὐτὴν Κορκύρα τε καὶ ἐπ' αὐτῇ Θήβη· τελευταῖος δὲ ὁ Ἀσωπός. Verum quum semel inducta sit repugnantia, videndum est quacum Asopum connubio coisse narrent, si qui vulgatiori famae fidem adiungere noluerunt. Theben eius uxorem habet Ovidius Amor. III. 6, 33.

Quid referam Asopon quem cepit Martia Thebe,
Natarum Thebe quinque futura parens?

Idemque, si diis placet, non prohibente Walzio, prodit Arsenius sic hist. p. 132. Ἄκτωρ γένει μὲν ἦν Λοκρὸς, γήμας δὲ Αἴγιναν τὴν Ἀσωποῦ τοῦ ποταμοῦ, Θηβῶν θυγατέρα, μετὰ τὴν Διὸς μίξιν κατὰ μῆνα ἐγέννησε Μενοίτιον. Quamvis bella haec sint licet, meliuscule, puto, iam res eveniet, ubi huc transscripsero verba Scholiastae Hom. Iliad. XVIII. 9. p. 486, 51. Ἄκτωρ γένει μὲν ἦν Λοκρὸς, γήμας δὲ Αἴγιναν τὴν Ἀσωποῦ τοῦ Θηβαίου ποταμοῦ θυγατέρα (Schol. Il. I. 180. p. 18, 14. Αἴγιναν τὴν Ἀσωποῦ ποταμοῦ Θηβῶν θυγατέρα et v. 7. p. 3, 33. Αἰγίνης τῆς Ἀσωποῦ τοῦ ποτ. Θ.) μετὰ τὴν Διὸς μίξιν καὶ καταμείνας ἐν Οἰνώνῃ ἐγέννησε Μενοίτιον. Equidem quoties illos Ovidii versus regusto, ex integro opinionem animo imbibo, Asopo subnectendum aliud potius nomen esse, quam Theben, non quo iis admodum assentiar, qui Asopum patrem ferunt Thebes esse, aut Apollodoro, qui Zetho eam nupsisse auctor est; nec Pindarus quidem apud me ad divellendam ab coniuge Asopo Theben valet, qui eius dignitatem Iovi scribat non sine cura fuisse. Nimirum non ita multum cum Asopi et Iovis honore discrepat imminuta Thebes pudicitia aut fides. Conf. Tzetz. in Lycophr. 1206. ἄλλος δὲ πάλιν ἱστορικὸς γράφει· Ζεὺς Θήβῃ μιγεὶς Αἴγυπτον γεννᾷ. A Pindaro autem illum amorem carmine celebratum memorat Pausanias V. 22, 5. p. 412. μετὰ δὲ αὐτὴν (Νεμέαν) Ζεύς ἐστι λαμβανόμενος Αἰγίνης· παρὰ δὲ τὴν Αἴγιναν ἔστηκεν Ἅρπιννα· ταύτῃ τῷ Ἠλείων καὶ Φλιασίων λόγῳ συνεγένετο Ἄρης — μετὰ δὲ αὐτὴν Κορκύρα τε καὶ ἐπ' αὐτῇ Θήβη· — λέγεται δὲ ἐς μὲν Κορκύραν ὡς μιχθείη Ποσειδῶν αὐτῇ· τοιαῦτα δὲ ἕτερα ᾖσε Πίνδαρος ἐς Θήβην τε καὶ ἐς Δία. Haec ubi ce-

cinerit Pindarus, inquit, nescimus. Scilicet quum quae nesciamus sint plurima, illud unum defuit, ut sciri posse desperaretur, quod liceret resciscere nullo negotio. Quid enim? potestne a quoquam dissimulari Pausaniae verba apta esse ex iis, quae Isthmiorum carm. VII. 39. edita sunt in hunc modum?

Χρὴ δ' ἐν ἑπταπύλοισι Θήβαις τραφέντα
Αἰγίνᾳ Χαρίτων ἄωτον προνέμειν,
Πατρὸς οὕνεκα δίδυμαι γένοντο θύγατρες Ἀσωπίδων
Ὀπλότατοι, Ζηνί τε ἅδον βασιλέϊ.
Ὃ τὰν μὲν παρὰ καλλιρόῳ
Λίρκᾳ φιλαρμάτου πόλιος ᾤκισσεν ἁγεμόνα·
Σὲ δ' ἐς νᾶσον Οἰνοπίαν ἐνεγκὼν
Κοιμᾶτο·

Quamquam auctor Elect. Eton. ap. Burmann. Ovid. T. IV. p. 249. „Pausanias non recte videtur intellexisse locum in Isthm. 8., qui Pindarum cecinisse dixerit eam in Iovis torum receptam fuisse". Quocirca eximatur de fragmentorum numero illud, quod ex primo hymno petitum putavit Boeckhius fr. 208. p. 662. neque abnuit Siebelisius p. 267., compenseturque damnum subtiliore eius loci explicatu, cuius sententiam parcius delibavit Dissenius Explic. p. 544. Conf. lib. III. cap. 1. His igitur nihil permoveor, quamquam moveor quidem aliquantulum; verum quod de Thisbes et Asopi amoribus perspicua suppeditant testimonia, ea ultima caussa est et maximi discriminis, cur de Thebe ambigatur. Praeclare enim Himerius Orat. I. 11. p. 342. *εἰ δὲ ἔδει καὶ ποταμῶν ἔργα συνάπτειν τῷ γάμῳ, ὑμνοῖτο ἂν ἐκ τούτων ὁ γάμος. Ποταμῷ μὲν τῷ γείτονι προξενεῖ Θίσβην τὴν γείτονα, ἣν καὶ ἐκ κόρης εἰς ὕδωρ ἀμείβει καὶ τηρεῖ μέχρι ναμάτων τὸν ἔρωτα εἰς ταὐτὸν ἄγων τῆς τε ἐρωμένης καὶ τοῦ νυμφίου τὰ ῥεύματα.* Quocum facit Themistius Orat. XI. p. 180, 9. Wernsdorfio bene cognitus *καὶ λῆρον μὲν εἴποις ἂν Πειρῆνην, λῆρον δὲ τὴν Θίσβην, εἰκῇ δὲ πράγματα ἔχειν τὸν Ἀλφειὸν ἐρῶντα τῆς Ἀρεθούσης.* Qua in re levi momento illud aestimandum est, quod eam Thisben Asopi filiam esse consentiunt Stephanus Byzantius p. 207, 16. et Phavorinus: *Θίσβη ἀπὸ Θίσβης τῆς Ἀσωποῦ* et Eustathius in Iliad. II. 502. p. 268, 10. *ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Θίσβης θυγατρὸς Ἀσωποῦ* et Pau-

sanias IX. 32,2. p. 116. *Θίσβην δὲ λέγουσιν ἐπιχώριον εἶναι νύμφην, ἀφ' ἧς ἡ πόλις τὸ ὄνομα ἔσχηκε.* Sed qua ratione Thisben, oppidi imbellissimae deae dedicati auctorem, Ovidius appellaverit Martiam, quod vocabulum Thebarum quasi proprium sit et perpetuum (Stat. Theb. I. 680. conf. Auctor. Elect. Eton. p. 249. sq. et I. 3. p. 28. Aesch. Sept. c. Theb. 292. *γαίας πέδον τῆσδ' ἄρειον*), nescire fateor. Nisi forte Marti non minus placuit Thisbe, quam soror Harpinna, de qua Munckerus dixit in Hygin. fab. CLIX. p. 230. et Wesselingius in Diodor. IV. p. 317,80. conf. Stat. Silv. I. 2,243. „Martia Ilia", a quo differt *θάρσος Ἐνυαλίης Δηϊανείρης* Nonn. XXXV, 89. p. 870,5. Quin immo fiducia leviter vertitur in sollicitudinem, ne ipse permiscuerit Ovidius per imprudentiam vices Thisbes et Thebes sororum, quem auctor Elect. Eton. p. 249. suspicatus est „memoria lapsum hic loci pro matris nomine natae nomen posuisse". Hic vero finis mihi alienae personae ferendae. Nam quae commentatus sum, dum Wernsdorfio obsequium vendito haec de Himerii loco proloquuto: „Asopi Boeotici fluvii adeoque Athenis vicini coniugem faciunt fontem, quem mox Theben, mox Thisben nominant", ea commendandae et vero confirmandae — quid enim plura addam argumenta? — sententiae reor esse longe alius. Ego enim tantum abest ut ab Himerio et Themistio dem memoriam usurpari Asopi Thisbesque Boeotiae, ut orationem respicere censeam ad Thisben Babyloniam. Cui non cogniti sunt Pyrami et Thisbes amores? Quam „apud Ciliciam in fontem et Pyramum inibi in fluvium resolutos esse dicunt", ut est in Recogn. Clement. X. 26. p. 319. D. Rem minime protritam et ab uno Mosero in Nonn. p. 258. levius tactam confirmant Nicolaus Progymn. II. 9. p. 271,26. *ποταμὸς μὲν γεγονὼς ὁ Πύραμος διαῤῥέει τοὺς Κίλικας, πηγὴ δὲ ἡ Θίσβη καὶ παρὰ τοῦτον ποιεῖται τὰς ἐκβολάς* et luculentissime Nonnus XII. 84. p. 332,1. *Θίσβη δ' ὑγρὸν ὕδωρ καὶ Πύραμος ἥλικες ἄμφω Ἀλλήλους ποθέοντες* et VI. 345. p. 198,5. *Ἀλφειῷ δυςέρωτι συνήντετο Νεῖλος ἀλήτης· — ὃς δὲ (Ἀλφ.) παραΐξας προτέρην ὁδὸν ἠθάδος ἄγρης Ἀχνύμενος πεφόρητο· συνερπύζοντα δὲ λεύσσων Πύραμον ἱμερόεντα τόσην ἀνενείκατο φωνήν· Νεῖλε, τί κεν ῥέξαιμι καλυπτομένης Ἀρεθούσης; Πύραμε, τί σπεύδεις; τίνι κάλλιπες ἠθάδα*

Θίσβην; Ὄλβιος Εὐφρήτης, ὅτι μὴ λάχε κέντρον ἐρώτων Ζῆλον ἔχων καὶ δεῖμα μεμιγμένον. ὑδατόεις γὰρ Ἱμερτῇ παρίαυε τάχα Κρονίδης Ἀρεθούσῃ· Δείδια μὴ προχοῇσι τεὴν νυμφεύσατο Θίσβην Πύραμος· — Συρηκοσίης δ' Ἀρεθούσης Ἴχνια μαστεύω· σὺ δὲ, Πύραμε, δίζεο Θίσβην. Nonni locos (teneo enim occasionem) cur adhiberi velim Avieno Descr. O. T. v. 1031. et Euphorioni fr. L. p. 117., dicet Bernhardyus in Dionys. Perieg. 867. p. 764. Denique intuenti mihi rem plurimum discrepantem auctorum opinionibus convenientissimum videtur hoc ponere: extitisse aliquos, qui quae domi apud Thebanos nata viderentur, repetere gravarentur ab externis locis. Asopus igitur floruit prole numerosa: Boeotia Asopo clara est suo. Duxit ille Ladonis filiam: rursus Ismenum Thebarum fluvium memorat Ladonem prius olim dictum Pausanias IX. 10,5. p. 38. Nec concedit foecunditate Metopae quidquam Thebe, quarum facile cognoscuntur filiae Thisbe, Plataea, Tanagra, Thespia, Chalcis. Quid multa? videntur isti de Phliasiis hominibus, ut nimiis suarum rerum iactatoribus fámaeque venditatoribus, detraxisse quam potuerunt studiosissime. Sed quid ego haec ita argumentor, tamquam non rem gravi testimonio comprobatam explicem, sed ipse consilii viam cogitatione inveniam? Pausaniam appello, qui Thebanos sua memoria in eo a Phliasiis dissedisse scribit, quod Theben contenderent esse ortu Boeotiam II. 5,2. p. 223. *θυγατέρας αὐτοῦ γενέσθαι Φλιάσιοί φασι Κορκύραν καὶ Αἴγιναν καὶ Θήβην —· ἀπὸ δὲ Θήβης τὴν ὑπο τῇ Καδμείᾳ κληθῆναι. Θηβαῖοι δὲ οὐχ ὁμολογοῦσι, φάμενοι τοῦ Βοιωτίου τὴν Θήβην Ἀσωποῦ καὶ οὐ τοῦ παρὰ Φλιασίοις εἶναι.* Schol. Iliad. II. 505. p. 81,30. Eustath. p. 269,44. Quid quod non solum Sinopen (Hagen. de Asop. p. 32. sq.) Philostephanus ap. Etym. M. p. 735,56. *Συνώπη — ὠνομασμένη ἀπὸ τῆς Ἀσωποῦ θυγατρὸς Συνώπης· ἣν ἁρπάσας ὁ Ἀπόλλων ἀπὸ Βοιωτίας ἐκόμισεν εἰς τὸν Πόντον,* verum etiam Aeginam Boeotiae vindicant, ne de Callimacho h. in Del. 78. Statio VII. 319. 730. Nonno XLIV. 8. p. 1138,16. XLVII. 516. p. 1234,10. dicam, Scholiastae Hom. Iliad. I. 7. p. 3,33. et 180. p. 18,14. Pindar. Olymp. IX. 104. p. 222. et Isthm. VII. 37. p. 556. et IV. 44. p. 541. *Αἴγιναν τὴν Ἀσωποῦ τοῦ Βοιωτικοῦ ποταμοῦ θυγατέρα,* minime contemnendum scriptorum

genus. Atque hi quidem satis considerate loquuti sunt; sed abreptus est Scholiasta Apollon. Rhod. I. 115. p. 351. (et cum eo Natalis Comes VIII. 16. p. 895.) in eam fraudem, ut ex Sicyonio agro Asopum in Boeotiam decurrere faceret: *Ἀσωπὸς ποταμὸς Θηβῶν ἔχων τὰς πηγὰς ἐν Ἀραιθυρέᾳ.* Postremo, ut semel finiam, quod Pausanias Thebes cognationem tanti factam esse refert ab Amphione et Zetho, ut illius potissime nomen urbi imponerent IX. 5,3. p. 19. *Θήβας ὄνομα ἔθεντο κατὰ συγγένειαν τῆς Θήβης,* id non de matrimonio in quod Theben Zethus duxisse dicitur, (in qua sententia Siebelisius est p. 18.), dictum interpretor, sed de Thebes et Antiopae Asopo patre natarum consortio, quod arguit Homerus Odyss. XI. 260. *Τὴν δὲ μέτ' Ἀντιόπην ἴδον Ἀσωποῖο θύγατρα* et Eustathius p. 1682,43. *Ἀντιόπην κατὰ μὲν Ὅμηρον θυγάτηρ ἦν Ἀσωποῦ Θηβαίου ποταμοῦ, οἱ δὲ νεώτεροι Νυκτέως αὐτὴν ἱστοροῦσι* sive Eudoc. Viol. p. 18. et Apollonius Rhodius I. 735. *Ἐν δ' ἔσαν Ἀντιόπης Ἀσωπίδος υἱέε δοιώ Ἀμφίων καὶ Ζῆθος* et Pausanias II. 6,2. p. 227. et Asius ibid. p. 228. et Scholiasta Clem. Alex. p. 91. *Ἀμφίων Διὸς παῖς καὶ Ἀντιόπης τοῦ Ἀσωποῦ ποταμοῦ θυγατρὸς οὐδὲ Νυκτέως.* Burmann. in Propert. III. 13,11. p. 638. Muncker. in Hygin. fab. VII. p. 23. Siebelis. in Pausan. l. d. p. 177. et Vol. V. p. 16. Vid. Corollar. V.

Videamus iam porro cetera. Ioannem Antiochensem rationem sequutum esse longissime diversam demonstrat Tzetza schol. ad Exeg. in Il. p. 145,19. *Ἰωάννης δὲ ὁ Ἀντιοχεὺς (Θήβας κληθῆναί φησι) ἀπὸ Θεοβόων. . .* De quo haec subiicit Hagenius de Asop. lib. p. 17. „Hoc nomen populi, inquit, equidem nusquam me legere memini; aut igitur mythologicus est lusus alicuius, qui bovem Cadmi ducem divinam appellans inde nomen sibi finxit, aut, quod verius censeo, latet in his ea vocis deductio, quam habet Eustathius ad Il. p. 269, 43. *τὴν πόλιν Θήβην ἐκάλεσεν (Κάδμος) ἀπὸ τῆς θεύσεως ἤτοι τοῦ δρόμου τῆς βοός*". Hoc est non considerare, sed quasi sortiri quid loquare. Nisi forte iste ne hunc quidem librum umquam sic legit, ut rem subtiliter narratam nomenque plane perscriptum attenderet p. 132,22. *Θεοβόων δέ τις υἱὸς Βρόντωνος τῆς Δίρκης ἀνεψιὸς παρθένον οὖσαν τὴν Ἀντιόπην διαφθείρας ἐποίησεν ἔγκυον.* Quanto ea magis

iacuerunt retrusa et abdita, quae in historiarum variarum chiliade prima continentur p. 14. v. 316. ὁ λυρῳδὸς Ἀμφίων μὲν οὗτος σύναμα Ζήθῳ Ὑιοὶ Διὸς καθ' Ὅμηρον μητρὸς τῆς Ἀντιόπης· Κατὰ δ' ἑτέρους χρονικοὺς καὶ τὸν Ἀντιοχέα Ὑιοὶ τοῦ Θεοβόωντος, μητρὸς δὲ τῆς ῥηθείσης. Vulgaverat hoc Ioannes contempta Pherecydis fr. XXIX. p. 128. auctoritate, quam in aliis rebus vehementer cum sequutum esse arguit Scholiasta Aristidis. Quam in sententiam discessionem etiam fecerunt Suidas p. 478,9. et Apostolius III. 44. p. 36. sive Arsenius p. 61. Ἀντιόπη θυγάτηρ Νυκτέως, ἣν ἔφθειρέ τις τῶν πολιτῶν. Id igitur nomen Thebis dictum fuisse consentiunt Tzetza et Malalas II. p. 49,6. Ἀμφίων κτίζει πόλιν — ἣν ὠνόμασαν οἱ αὐτοὶ ἀδελφοὶ πόλιν Θήβας, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ αὐτῶν πατρὸς κατὰ κέλευσιν τῆς αὐτῶν μητρὸς τῆς Ἀντιόπης et p. 49,15. Θεοβόων ἐκ τοῦ Πίκου Διός et p. 45,17. Θεόβοον τὸν γενόμενον Βρόντονός τινος ἐξ ἀδελφοῦ τῆς Δίρκης ac Cedrenus p. 24. C. Θεόβοιος ὁ υἱὸς Βράτωνος (leg. Βρόντωνος) et D. Ζῆθος καὶ Ἀμφίων κτίζουσι δὲ πόλιν μεγάλην ἐς ὄνομα τοῦ πατρὸς, ἣν καὶ (leg. κατὰ) Θεοβοίου Θήβας ὠνόμασαν. p. 25. A. Θεοβοίου, quae forma Boeoticum quiddam sonat. In quorum opinatione probabile inest illud dumtaxat, quod ab Amphionis memoria omnino nihil remotum seiunctumve est. Contra valde incommode accidit, quod Cadmus cognominem patriae suae urbem constituisse in Graecia a quibusdam narratus est. Nempe enim Thebis Aegyptiis illum oriundum prodidit non Isidorus solus, (quem auctorem habuit Munckerus in Hygin. fab. CCLXXV. p. 331.), Origg. XV. 1,46. p. 465. Lind. „Thebas Aegyptias condidit Cadmus, quae inter Aegyptias urbes numero portarum nobiliores habentur, ad quas ad commercia Arabes undique subeunt" (sic enim haec scripta protulit e vetere codice Petavius in Synes. p. 36.), sed Aegyptio nomini proximus quisque et deditissimus, ut Nonnus Dionys. V. 86. p. 144,17. ἱερὸν ἄστυ πόλισσας Αἰγυπτίης ἐκάλεσσεν ὁμώνυμον ἄστεϊ Θήβης. IV. 304. p. 130,1. Μίμνε παρ' ἀλλοδαποῖσι καὶ Αἰγυπτίης σέο Θήβης Πατρίδος ἄστυ πόλισσον ἐπώνυμον et 265. p. 126,28. et XLI. 270. p. 1068,7. al. Tzetza in Lycophr. 1206. et Exeg. in Iliad. p. 14,19. 17,1. 145,15. οἱ πλείονες τῶν ἱστορικῶν τὰς ἑπταπύλας Θήβας

κληθῆναί φασιν εἰς ὄνομα τῆς Κάδμου πατρίδος τῶν Αἰγυπτίων Θηβῶν. Eusebius Chron. p. 27, 18. sive Syncell. p. 288, 16. Diodor. I. p. 27, 80. Scholiasta Eurip. Phoen. 638. p. 140. et argum. Phoen. p. 248. Dind. Bochart. Chan. I. 24. p. 510., unde illa conflata sunt, quae leguntur in Schol. Hom. Il. IX. 383. p. 258. b. 10. *Θήβης τῆς Νείλου (ἢ Ἀσωποῦ) θυγατρός.* Conf. Schol. in Plat. Remp. III. p. 402. *Κάδμος γὰρ Ἀγήνορος τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Λιβύης ἦν, ἧς ἡ Φοινίκη χώρα.* Tantae dissensionis interpres arbiterque Conon est Narrat. XXXVII. p. 279. *οἱ δὲ Φοίνικες τότε μέγα τε ὡς λόγος ἴσχυον καὶ πολλὴν τῆς Ἀσίας καταστρεψάμενοι τὸ βασίλειον ἐν Θήβαις ταῖς Αἰγυπτίαις εἶχον· — Κάδμος Θήβας ἀπὸ τῆς οἰκείας ἐπωνόμασε πατρίδος,* ubi voculam saepe indigna passam recte sic videor reficere *μέγα τι — ἴσχυον* vid. D'Orvill. in Charit. p. 220. 477. 564. conf. Heusing. in Iulian. Caes. p. 55. Boissonad. Anecd. V. p. 157. 322. 436. al.

De significatu autem eius vocabuli praeclare est apud Varronem de Re Rust. III. 1, 6. p. 272. „Nec minus oppidi quoque nomen Thebae indicant antiquiorem esse agrum, quod ab agri genere, non a conditore nomen ei est impositum. Nam lingua prisca et in Graecia Aeolcis Boeotii sine afflatu vocant collis Tebas et in Sabinis, quo e Graecia venerunt Pelasgi, etiam nunc ita dicunt; cuius vestigium in agro Sabino via Salaria non longe a Reate milliarius clivus appellatur Thebae". Nec quemquam eius existimationis poenituit, praeterquam quod abnuit Ios. Scaliger, exempla sectanti nullum in Graecorum monumentis superare eius rei vestigium affirmans. A qua quidem offensione nihil laboravit Odofr. Muellerus Orchom. p. 27. not. 1. et Doctr. Encycl. Hal. Vol. XI. p. 259. immunisque olim fuit Petr. Cunaeus Animadvv. in Nonn. Dionys. p. 65. 66. et Salmasius Plin. Exerc. p. 717. A. b. et de L. Hellen. p. 362. Nam de Schneidero in Varron. l. d. p. 492. nunc taceo. Atque ego illud quam speciosum sit video, quod et nummi aliquot inscriptum illud *TEBE* prae se ferunt et Thebas esse tumuloso loco impositas constat. Adiiciam hic, ne quid praetermissum putes, etiam hoc, Cadmeae nomen Welckero de Cret. Col. p. 23. trahendum videri in capitis principatusque notionem. Qua ille re peculiariter concinit cum Champolliono, qui, ut erat singulari quadam lit-

terarum Aegyptiarum scientia instructus, Thebas regni caput esse effecit (L'Egypt. sous les Pharaons Vol. I. p. 216.). Rectene Welckerus fecerit an perperam, non interpretor; ducor autem porro delectatione ea rescribendi, quae Scaliger edocuit Animadvv. in Euseb. DCCCIV. p. 51. a. „Partis Carthaginis, quae *Νεάπολις* dicebatur, meminit Diodorus. Dicta est *Νεάπολις* ad differentiam *τῆς Καδμείας*, quae significat *παλαίπολιν*. Nam quemadmodum Tyrus, unde Carthaginienses oriundi, habebat *παλαίτυρον*, ita Carthago *παλαίπολιν*. Hoc enim *Καδμεία* eorum lingua denotat. Quod hic diximus verissimum est". Conf. Pined. not. in Steph. Byz. p. 363. supra posit. p. 19. Revertor ad Thebas, quo nomine bovis illius proferri memoriam grammatici quidam obtinent. In eo enim et olim et his temporibus maxime studiosi eius rei fatigati sunt, ut hoc vocabulum varie et multipliciter ad veritatem ex Syrorum sermone partam reducerent. De bove igitur testis est Etymologus M. p. 450, 41. *Θήβα, Συριστὶ λέγεται ἡ βοῦς, ὅθεν ἐκλήθησαν αἱ Θῆβαι ὑπὸ τοῦ Κάδμου κτισθεῖσαι, ὅτι ζητῶν τὴν ἀδελφὴν χρησμὸν ἔλαβε κατοικῆσαι ὅπου ἡ βοῦς ἑαυτὴν καταθήσει*, Scholiasta Eurip. Phoen. 638. p. 140. sq. *ἐκεῖ ᾠκοδόμησε τὰς Θήβας· Θήβα γὰρ Συριστὶ λέγεται ἡ βοῦς· — καὶ ἡ Βοιωτία δὲ ἀπὸ τῆς βοὸς ἐκλήθη*, Tzetza in Lycophr. 1206. *ἄλλοι δὲ ἀπὸ τῆς σφαγιασθείσης ὑπὸ τοῦ Κάδμου βοὸς φασι Θήβην τὴν ἑπτάπυλον κληθῆναι· θήβη γὰρ ἡ βοῦς κατὰ Σύρους* et Schol. ad Exeg. in Iliad. p. 145, 17. *ἄλλοι δὲ ἀπὸ τῆς βο(ός) φασι Θήβας κληθῆναι· βήβη* (*Θήβη* Hagen. de Asop. lib. p. 17.) *γὰρ ἡ βοῦς Συριστί* et Epexeg. p. 16, 25. *κτίζει τὰς Βοιωτίας ὀνομασθείσας Θήβας ἐκ τοῦ βοὸς καὶ εἰς ὄνομα πατρίδος αὐτοῦ τῶν Αἰγυπτίων Θηβῶν·* magis est enim quod haec particula inseratur (vid. Coroll. II.), quam quod verba *ἐκ τοῦ βοός* loco moveantur arbitratu Hagenii l. d. p. 14. Perplexiora (quid enim aliud dicam?) loquutus est Eustathius in Iliad. II. 503. p. 269, 44. *αὐταὶ δὲ οὕτω καλοῦνται — διὰ τὸ θεῦσαι τὴν βοῦν ἤτοι δραμεῖν μέχρις ἐκεῖ τὴν ὁδηγὸν τοῦ Κάδμου, ἣν ἐκεῖνος θύσας τὴν πόλιν Θήβην ἐκάλεσεν ἀπὸ τῆς βοός· ἀφ' ης καὶ ἡ Βοιωτία κατά τινας ὠνόμασται.* Quid vero? Scaliger in Varron. l. d., Casaubonus in Athen. IV. 2. p. 245, 50., Thomas a Pinedo in Steph. Byz. p. 307., qui arcam vel navicu-

lam ad arcae speciem factam intelligi defendunt non solum barbari sermonis usi adminiculo, verum audaces praesidio Hesychii p. 1709. *Θήβα· πόλις Βοιωτίας καὶ κιβώτιον*, nonne propiora aptioraque consectati sunt? Quod equidem non satis tutum illis patior propterea quod „vocabuli *θήβη* pro *κιβωτίῳ* usurpati apud neminem ex omni graecorum scriptorum numero, qui profani vulgo vocantur, vestigium ullum, quod sciam, reperitur. Quae in hanc partem ab Hesychio aliisque Grammaticis adnotata sunt ea unice ad Exod. c. 2,3. 5. spectant, ubi Alexandrini interpretes Hebraicum nomen tenuerunt". Quae sunt verba Schweighaeuseri Animadvv. in Athen. T. II. p. 396. Quin etiam eo ipso loco scripturis *θήβην* et *θήκην* et *θίβην*, *θίβιν* variari ostenderunt Wesselingius Probabb. c. XXXII. p. 286. et Albertius in Hesych. p. 1718. not. 11., nec minus variatur in Lucian. Tim. 15., teste Iensio p. 370., et in aliis locis, de quibus Salmasius Exerc. Plin. p. 34. a. Welckerus de Cret. Col. p. 46. 103.; Theodoreto autem Relig. Hist. VI. p. 1169. ut vindicem suum *οἰκεῖον θιμῶνα* facit Hesychius p. 1719. *θιμῶνες· θιμωνιαί* (Silentiar. Descr. Soph. 1011. p. 47. *θημών*), cuius immemor fuit Schulzius in ind. Graec. Quo accedit quod vox *Θίβη* non praevaluit modo, sed omnino tot scriptorum libris fuit sola frequens, ut prope mirari subeat Etym. Gud. *θῆβις* et eos quos meminit Albertius in Hesych. p. 1709. not. 1. nondum in discrimen existimationis adductos esse a Creuzero Comm. Herod. p. 94. not. 66. aut Lobeckio Aglaoph. p. 876. Velut *κίβην* appellant illam arcam, in qua Moses expositus fuit, Theodorus Prodromus Tetrast. p. 30. et Glycas II. p. 147. D., unde alterum istud *θήβην* suo iure depulit Labbeus. Idemque adnotarunt Photius p. 92,14. *Θίβη· κιβώτιον ἐκ βύβλου πλεκτὸν, ὡς κοφινῶδες* sive *Συναγωγ. λεξ.* Bachmann. I. p. 256,27. et Suidas II. p. 198. (*θίβης*, quod idem dubito an consignatum sit ab Arcadio p. 23,14. *τὰ εἰς βῆς δισύλλαβα παραληγόμενα φωνήεντα βαρύνεται κάβης, λέβης — θήβης, τὸ δὲ κιβῆς περισπᾶται ἀπὸ τοῦ κιβέας*, quod quid sit incompertum habet Hagenius de Asop. lib. p. 17.) et Psellus de gramm. v. 368. Boisson. III. p. 220. *θίβη, κιβώτιόν τι* et lexic. schedogr. 276. IV. Vol. p. 380. *θίβη καὶ τὸ κιβώτιον*. Bast. in Greg. Cor. p. 332. Nihilne igitur a quoquam aliqua

probabili coniectura et ratione dictum est? Negat Bochartus Chan. I. 16. p. 463.; proinde ipse eruditionem suam intendit Thebisque iis, quae in terra Chanaan fuerunt, non ex omni cura omissis unus omnium certiora assequutus evicit urbi a luto nomen factum, quod tota circumquaque regio hiemo esset valde lutosa. Sit istud habeatque praecipuo hiemem honore Bochartus; equidem quanto illam vernum tempus antecedit suavitate, tanto ad Spanhemium Obss. in Callimach. h. in Del. 87. p. 380. malo Hesychio duce p. 1709. *θῆβος· θαῦμα* accedere, cui „magis allubescit petita ab alia voce Hebraea vel Phoenicia eius vocis *Θήβη* vel Dorice, quae Thebanorum olim dialectus *Θήβα* origo; nempe a thaba, desiderium, adpetitus, idque ob singularem loci illius pellucidis fontibus fluviisque irrigui ac vernantis undique amoenitatem". Rursus si quis reputans Thebas constitutas Cadmo longis acto erroribus suppeditasse tranquillum ad quietem locum, hanc potissimum rem illi vocabulo subiicere velit, secundo id Daniele Heinsio in Aristarcho sacro ap. Spanhem. l. d. facere potest. Alius reminiscetur litterarum usum a Cadmo in Graeciam illatum; hanc quoque definitionem suadet, immo vero etiam exigit veritas. Nempe coarguit Cunaeus in Nom. p. 67. Neque indigni sunt, quorum scientiae hic fiat copia, Hermannus de Mythol. Graec. Antiq. p. XXII. conf. Creuzer. Epist. ad Hermann. de Hom. et Hesiod. p. 213. et Bauerus Mythol. I. p. 195.; quorum hic numeri septenarii, ille vineti significationem subesse ratus est. Sed quid consector et colligo, quae isto doctrinae genere enixi sunt homines eruditi, quasi cum fructu non mediocri ea oratione complecti possim? Illud potius efficiam, ut quibus signis Thebae a Cadmo atque Amphione conditae discernantur a reliquis, quae in terrarum orbe extiterunt, diluceat. Thebae enim quum fere tres enumerentur dumtaxat celeberrimae ab Apione gloss. Hom. p. 606, 55. *Θῆβαι γ' τῆς Βοιωτίας, τῆς Κιλικίας, τῆς Αἰγύπτου*, Scholiasta Hom. Il. I. 366. p. 32, 8., Tzetza in Hesiod. Opp. 161. p. 139, 18., Ioanne Diacono in Scut. 48. p. 616, 2., Servio in Aen. IX. 697. p. 540. „Thebae aliae Aegyptiae, aliae Boeotiae, aliae Phrygiae", novem recensuit Stephanus Byzantius p. 206., quarum indicium confecerunt Holstenius p. 137. Stavorenius in Hygin. fab. CCLXXV. p. 392. Rupert-

tius in Iuvenal. XIII. 27. Tiraquellus in Alexandr. ab Alex. Gen. Dier. libr. VI. 2. p. 411. sq. Apud Stephanum igitur sic est: *Θῆβαι πόλις Βοιωτίας — ἔστι καὶ ἄλλη Αἰγυπτία — τρίτη Θεσσαλίας τῆς Φθιώτιδος — τετάρτη ἐν Κιλικίᾳ Ὑποπλακία πλησίον τῆς Τροίας* (*τῶν Θηβῶν τῶν Κιλικίων* Tzetz. Schol. in Hermog. p. 147,6. Anecd. Cram. IV.) —, *πέμπτη Ἰωνίας κατὰ Μίλητον, ἕκτη ἐν τῇ Ἀττικῇ· ἑβδόμη τῆς Καταονίας, ὀγδόη Ἰταλίας* (Iacobs Del. Epigr. VIII. 142. p. 320.), *ἐννάτη Συρίας*. Adiicam — neque enim admodum attinet de singulis singulatim scribere — Characem ap. Steph. p. 399,8. v. *Ταίναρος· εἰσὶ δὲ καὶ Ταινάριοι Θῆβαι, ὡς Χάραξ Ἑλληνικῶν δευτέρῳ*, Cedrenum p. 477. A. *ἔκτισαν Ἄγκυραν Γαλατίας καὶ τὴν Θήβαν καὶ τὴν Ἄνδρασον* et p. 478. B., Hieronymum lib. II. ad Galat. p. 135. B. „Thebas Liberi quas in Africa condidit, quae civitas nunc Thebestis dicitur" et de nomin. Hebraic. p. 203. G. „Thebes, conversio sive fieri ova". conf. Muncker. in Hygin. fab. CCLXXV. p. 331. et Bochart. Chan. I. 16. p. 463. A. Itaque Thebis, de quibus agitur, addi cognomen Boeotiae fere solitum est cum a latinis scriptoribus (ut a Plinio Nat. Hist. IV. 12. p. 55. „quae cognominantur Boeotiae Thebae", V. 17. p. 379. Vol. II. Columella de Re Rust. I. 4,9. p. 47. Macrobio Sat. I. 20. p. 309. Iul. Valerio de Alex. reb. gest. I. 16. p. 12. Servio in Aen. IV. 303. p. 278. „Thebas Boëtias"; sic enim libros fere semper scriptum exhibere testes sunt cum alii tum Salmasius in Trebell. Poll. vit. Gallien. 13. p. 222. et Beroaldus in Appul. Met. I. p. 21. et Staverenius in Corn. Nep. Epamin. VIII. 3. p. 489. et Alcib. XI. 3. p. 277.), tum vero a Graecis, ut *Βοιώτιαι* ab Herodoto V. 67. Pausania VII. 17,1. p. 204. VIII. 33,1. p. 397. Vol. III. Ptolemaeo p. 98. Bert. Scholiasta Lucian. Imagg. 14. Vol. VI. p. 17. Tzetza in Lycophr. 1194., *Βοιωτικαί* ibid. 433. Epiphanio adv. Haeres. lib. III. T. II. p. 1089. C. Eusebio Praep. Evang. I. p. 47. D. Cinnamo III. 2. p. 53. B., *αἱ ἐν Βοιωτίᾳ* Diodor. V. p. 370,39. Tzetz. in Lycophr. 598. 1194., *τῆς Βοιωτίας* Diodor. I. p. 26,70. III. p. 233,3. cod. Co. et Excerpt. de Virt. et Vit. p. 556,79. Nonni Narrat. 18. p. 92. Eudoc. Viol. p. 98. Schol. Eurip. Phoen. 1007. p. 215., ut erraverit Verheykius Antoninum Liberalem XVIII. p. 83. *Θήβαις ταῖς Βοιωτίαις* „dedisse de more *τῆς Βοιω-*

τίας" opinatus. Tenueruntque eum modum non posteriores modo, sed postremi Graeci, quia usu veniret creberrime ut commemorandae essent Thebae cum Thessalicae (quibus antea Phylace nomen fuerat, Hemsterh. in Lucian. Dial. Mort. XXIII. 1. p. 520. Vol. II., et postea Philippi, Stephan. p. 446, 26. ἐκλήθησαν Φίλιπποι [Wichers. Theopomp. fr. 122. p. 192. Φιλίππου πόλις vel Φιλιππόπολις] καὶ αἱ Θῆβαι Θεσσαλίας et Polyb. ap. Pined. p. 698. A. Θηβῶν τῶν Φθιωτίδων Eustath. Il. II. 695. p. 324, 12.), velut id factum est a Procopio de aedific. IV. 3. p. 72. A. Ἐχιναίου τε καὶ Θηβῶν. Constantin. Them. II. 2. p. 23. B. Hierocl. Synecd. p. 33. Band., tum etiam Aegyptiae (Libycae Wesseling. Diodor. I. p. 55, 58.), tamen etsi dudum coeptae erant Diospolis appellari (Scalig. in Euseb. Chron. p. 23. a. Salmas. Exerc. Plin. p. 318. b. B.), et quas easdem nonnulli non praeter solitum indulgentes (conf. Salmas. in Trebell. Poll. Gallien. 4. p. 196. sq.) Lyrnesum dixerunt, Hypoplaciae (Burmann. Ovid. Met. XII. 109. Heringa Obss. Misc. Nov. T. VIII. p. 951. Gavellus T. IV. p. 227.) ut a Pachymere de Andronic. Pal. I. p. 58, 5., quas quidem Thebas nomen Adrumeti mutasse docent Laurentius Lydus de mens. IV. 18. p. 168. Etym. M. p. 450, 10. Anecd. Boiss. I. p. 427. Ὑπόπλακοι Θῆβαι τὸ νῦν Ἀτραμύτιον et Schol. Hom. Il. VI. 396. p. 195. a. 15. Ὑπόπλακον Θήβην. (sed Θήβας Ὑποπλακίους id. Il. XVI. 153. p. 446. a. 27. et liber Bandurii Animadvv. in Constant. Them. p. 11. Ὑποπλάκιοι), Wesseling. Anton. Itin. p. 335. Dederich. Obss. in Dict. Cretens. II. 17. p. 412. Unde Cinnamus de Ioa. et Man. Comn. III. 12. p. 68. B. σώματα ὁπόσα Ῥογέριος Εὐβοίας τε καὶ Θηβῶν τῶν ἐν Ἑλλάδι πόλεώς τε Κορίνθου — ναυσὶ περιαρπασάμενος ἔτυχε, Nonnus Narr. XVIII. p. 93. sq. Θῆβαι — αἱ τῆς Ἑλλάδος, ut Ampelius cap. XXXII. „Thebas Graecorum pugnando vicit". Alii harum delectum Thebarum voluerunt esse in regum ac fluviorum vicinorum nominibus, quemadmodum Cadmeas eas nuncupavit Pindarus Isthm. III. 89. Scholiasta Hom. Il. I. 366. p. 32. a. 10., auctor carminis de genere Pindari v. 1. p. 6. Καδμηΐδος οὔδεϊ Θήβης. Propertius I. 7, 1. Seneca Oedip. 233., et Oedipodionias Ovidius Met. XV. 429. et Lucanus VIII. 407. et Echionias Horat. IV. Carm. 3, 64. Statius Theb. VI. 14. Palmer. Misc-

VII. p. 145. A. et Himerio Orat. XIV. 32. p. 664. *οἶδα δὲ ἐγὼ καὶ ποιμένας ὅσοι προβατεύειν χρηστοὶ, ὀλίγον μὲν χρωμένους καλαύροπι, ποιμαίνοντας δὲ τὰ θρέμματα τῇ σύριγγι.* Testificatur id studium Lucianus Imagg. 14. Vol. VI. p. 17. *πόθεν ἂν ταῦτα ὑπῆρχε — τῷ ἀνὰ τὸν Κιθαιρῶνα μεταξὺ βουκολοῦντι καὶ κιθαρίζειν μελετῶντι* et Duris ap. Etym. M. p. 513, 28. *Κίθαρος — ὁ Δοῦρις ἀπὸ τοῦ Κιθαιρῶνος φησίν· ὅτι Ἀμφίων ἐκεῖσε ἐμουσικεύετο*, nec minus perspicue Philostratus Vit. Sophist. II. 27, 4. p. 618. *ἐκείνου γὰρ πολυγραμματώτερον ἄνδρα οὔπω ἔγνων. μελέτης δὲ ὁ Ἱππόδρομος οὔτε ἐν ἀγρῷ διαιτώμενος ἠμέλει, οὔτε ὁδοιπορῶν, οὔτε ἐν Θετταλίᾳ, ἀλλὰ καὶ κρεῖττον ὄλβου κτῆμα ἐκάλει αὐτὴν ἐκ τῶν Εὐριπίδου τε ὕμνων καὶ Ἀμφίονος.* Quamquam cum ceteris Valckenarius Diatr. VII. p. 66. b. (fr. 37. p. 80.) tantum abfuit ab eo, ut laudes musicae sapientiaeque ab Euripide in Antiopa decantatas dici intelligeret, ut opinionis errore sibi aliquem Amphionis hymnum sive Paeana fingeret. Quod ne longiore exordio legentem fatigemus: tanta fuit inter fratres, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia, quae versaretur etiam in ore vulgi atque in communibus proverbiis, quale est illud Scholiastae Hesiod. Theogon. 60. p. 469, 8. *δμόφρονας*) *οὐχ ὥςπερ Ἀμφίων καὶ Ζῆθος ἀδελφοὶ μὲν ἦσαν, ἑτερόζηλοι δὲ γεγόνασι ταῖς προαιρέσεσιν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν τῶν ἐπιτηδευμάτων ἔσχον προαίρεσιν* aut Eubuli apud Athen. II. p. 47. C. et Stratonici ap. eundem VIII. p. 351. B. Et subiiciamus quasi unum exemplum quod „durum Zethum et lacrimis Amphiona mollem Experta est stabulis mater abacta suis", ut apud Propertium est III. 15, 29. et Hyginum fab. VIII. p. 26. „devenit ad filios suos. Ex quibus Zethus existimans fugitivam non recepit". Conf. Coroll. VII. Ergo quis credulitatem suam addicat Probo in Virgil. Ecl. II. 24. p. 350. quo auctore Amphionem et Zethum Euripides et Pacuvius ait cantando soluisse armenta vocare? Quod et ipsum Probum voluisse negat Ruhnkenius Epist. Crit. II. p. 198. Quid verbis opus est? ab solo recte praedixi I. 3. p. 30. Amphione illam usurpatam gloriam atque hanc in sententiam omnia scripta esse ab optimis auctoribus vel quod ait Virgilius „Canto quae solitus si quando armenta vocabat Amphion Dircaeus in

dissensiones debet esse sola frequens sententia Oberlini ad Vib. Sequestr. p. 288. sq. idoneis argumentis (Stephan. Byz. p. 71, 6. *Ἀράκυνθος· ὄρος Βοιωτίας*. Lactant. in Stat. Theb. II. 239. et Sext. Empir. adv. Gramm. I. 12. p. 270. *Βρίλησος καὶ Ἀράκυνθος τῆς Ἀττικῆς ἐστιν ὄρος*, quorum scientia fugit Koppium ad Marcian. Capell. VI. 651. p. 535.) confirmata et stabilita: fuisse aliquem Aracynthum montem in confiniis Atticae et Boeotiae; a qua sententia nec Barthius alienus fuit ad Stat. Theb. II. 239. neque Buhlius ad Rufi Avieni Prognost. Arat. p. 359. Eamque ratam efficit, si tantum ei tribuitur, consentiens vox Mythographi I. fab. 97. p. 32, 20. „Antiopa-Iovis voluntate effugit vincula et in monte Cithaerone seu Aracyntho partum exposuit" et Lactantius in Stat. Theb. IV. 453. p. 187. B. „unde Virgilius et montem Atticum Aracynthum Actaeum dixit, quia omnis regio maritima est. — nonnulli rorem marinum in Actaeo Aracyntho dicunt". In quam rem afferre iuvat, quod Barthius in Theb. IV. 371. Pausania auctore tradidit, Cithaeronem fuisse medium inter Atticam et Boeoticam ditionem, ex quo Eleutherensium potiti essent Athenienses; apud Eleutheras autem infantes expositos fuisse Zethum et Amphionem nos dicemus alio loco, si usus fuerit (libr. III. cap. II.); ut Aracynthum simile veri sit fuisse in ea plaga, „qua molle sedens, ut Statius ait Theb. I. 330., in plana Cithaeron Porrigitur lassumque inclinat ad aequora montem", vel ut Seneca Phoen. 22. „qua alta maria vertice immenso premit Inoa rupes" et v. 67. qua „alta rupes arduo surgit iugo Spectatque longe spatia subiecti maris". Add. Nonn. Dionys. XLV. 39. p. 1160, 5. *Μελπομένῳ βαρύδουπος ἐπεσμαράγησε Κιθαιρὼν καὶ δροσόεις κελάδησεν ἁλὸς κτύπος*. Stat. Theb. X. 143. Hemsterhus. in Lucian. Dial. Mar. VIII. 1. p. 370. Vol. II. Videor vero noscitare Virgilium ad Graeci alicuius scriptoris exemplum properantem atque haud temere sequi Probi auctoritatem, qui propriam vim vocabuli illius hac declaravit explicatione p. 350. „Aracyntho) amoeno monte Thebano". Quae in hanc speciem constitui velim: „Actaeo) amoeno". „Aracyntho) monte Thebano". Quod amoenum quale sit expromunt Scaliger in Euseb.

Chron. p. 225. et Is. Vossius in Scylacis Peripl. p. 7. sq. et Vulcanius in Appulei. libr. de mund. p. 288. sq. Licetque adhibere ad hoc locum Festi Avieni Arat. Prognosti. 69. „Doctus securam subducit ab aequore classem Navita et actaea retinet statione phaselum, Cum matutinae praesensit signa procellae", et alios, quos proposuit Wernsdorfius ad Septim. Seren. fragm. II. 10. T. II. p. 286. Ursinus Virgil. coll. Gr. script. illustr. p. 21. Cortius in Cicer. Epist. ad Famil. IX. 6, 10. p. 437. Rittershusius in Oppian. Cyneg. III. 314. p. 113. Burmann. in Quintil. VII. 3. p. 622. Staver. not. post. in Nep. Ages. VIII. 2. Lobeck. Aglaoph. p. 1021. Ceterum dubito an Aracynthi nomen recte coniectarim apud Photium lex. p. 164, 15. esse mutila quadam et detruncata specie proditum *Κιθαιρών· ὄρος ἐν Βοιωτίᾳ, τὸ καλούμενον Καρύδης*, a quo facile separatur et illud, quod Ioannes Siceliota habet in Hermog. p. 271, 9. *περὶ τοὺς πρόποδας τοῦ Κιθαιρῶνος, ὃς νῦν Κρεμνισσὸς λέγεται*, et quod hodie ei monti nomen est Elateas, de quo v. Siebel. in Pausan. IX. 2, 3. p. 6. Ut ad institutum pergam, Aracynthus quemadmodum saepe otiosum Amphionem detinuit (conf. Eurip. fr. XX. p. 72.), sic tum quidem — evidens est enim, quam vim habuerit fratrum differentia naturae et consuetudinis — dedit victoriae testationem, ut spatium supplicio exigendo dederunt Zethi deverticula. Hoc est igitur, hoc est, quod et Propertii volutavit animum et Senecae Oedip. v. 610. „Primus emergit solo Dextra ferocem cornibus (hoc alii dixerunt „irascentem in cornua" Elmsl. in Eurip. Bacch. 742. p. 95. Iacobs. in Aelian. Hist. Anim. II. 20. p. 30. Wyttenbach. in Eunap. p. 260. sq. conf. Lachmann. Propert. p. 409.) taurum premens Zethus, manuque sustinens laeva chelyn Qui saxa dulci traxit Amphion sono" et Phoen. 19. „Ibo, ibo, qua praerupta protendit iuga Meus Cithaeron — qua cucurrit corpus invisum trahens Zethi iuvencus, qua per horrentes rubos Tauri ferocis sanguis ostentat fugas" et Herc. Fur. 915. „silvestria Trucis antra Zethi". Quos locos salvo iure (sic enim dicendum est) eorum protuli, qui Dircen tradiderunt in possessione illorum pratorum fuisse, ut Malalas II. p. 47, 13. *ὡς ἐπὶ χώραν ἀπῆλθεν ἐπὶ τὸ Κιθαιρώνιον ὄρος* et Scho-

liasta Eurip. Phoen. 102. p. 30. *Ζῆθος καὶ Ἀμφίων τραφέντες ἐν τοῖς βουκόλοις* (leg. *βουκολίοις* ex Guelph.) *τῆς Δίρκης ἐβουκόλουν αὐτῇ* et Statius Theb. II. 433. „horrida Dirces pascua". Alii tauris alligatam memorant Dircen interisse, inter quos est Lactantius in Stat. Achill. I. 12. p. 547. C. „Dirce regina fuit noverca Zethi et Amphionis, quam propter iniuriam matris Antiopes privigni Zethus et Amphion religaverunt tauris ferocibus, et ita traxerunt". Dicet aliquis variatum hoc esse pictorum fictorumque auctoritate, quippe qui ne commentis quidem temperaverint, modo ut operum suorum magnificentia cumularetur insigniter. Cuiusmodi licentiam, ne commemorem Paus. V. 11,2. p. 352. *παῖδες Θηβαίων ὑπὸ Σφιγγῶν* (sic enim legendum) *ἡρπασμένοι* et Prob. in Virg. Ecl. VIII. 56. p. 355. „Arion cum cantu delphinas elicuisset — exceptus ab ipsis perlatus dicitur in terram esse (Serv. p. 153. „ab uno delphine ad Taenarum provectus est"), nonnulli, puto, deprehendisse sibi videbuntur in Theocriti carmine, in quo duae aquilae repraesentatae in regia Adoniorum pompa fuisse dicuntur Ganymedem in coelum evehentes, XV. 123. *ὦ ἔβενος, ὦ χρυσὸς, ὦ ἐκ λευκῶ ἐλέφαντος Αἰετὼ, οἰνοχόον Κρονίδᾳ Διΐ παῖδα φέροντες.* Quamquam ego in unius significationem aquilae, cuius praegrandem speciem nunc quoque mirari licet in tabula V. Thes. Gron. Vol. I., ut olim mirata est Syracusana ista muliercula elatius inflatiusque ut solent loquuta, de una igitur aquila haecce verba non minus accipio, quam locum haud ex omni parte dissimilem Longi Pastor. IV. p. 124. *ποιμὴν ἦν Γανυμήδης καὶ αὐτὸν ὁ Ζεὺς ἥρπασε. Μὴ καταφρονῶμεν παιδὸς, ᾧ καὶ αἶγας ὡς ἐρώσας πειθομένας εἴδομεν· ἀλλ' εἰ ἔτι μένειν ἐπὶ γῆς ἐπιτρέπουσι τοιοῦτον κάλλος, χάριν ἔχωμεν τοῖς Διὸς ἀετοῖς.* Aperte vero res iudicatur ex iis, quae Ioannes Antiochensis scripta reliquit ap. Tzetz. schol. Exeg. in Il. p. 133, 13. *ὑπονοήσασα μοιχᾶσθαι τὴν Ἀντιόπην ἡ Δίρκη παρὰ τοῦ ταύτης ἀνδρὸς, ἀποδημοῦντος ἐν ἐκστρατείαις αὐτοῦ, στρατιώταις δοῦσα τὴν Ἀντιόπην προσέταξε ταύροις ἀγρίοις δήσαντας παρὰ τὸ τῆς Ἐρασθαίας χωρίον διασπάσαι, — οἱ δὲ — τὴν μητέρα λύουσι τῶν δεσμῶν —. αὐτὴν δὲ τῷ τῆς μητρὸς θανάτῳ ἔμελλον διαφθεῖραι* et Scholiasta Eurip. Phoen. 102. p. 30. *παρέ-*

sequi Dirce, iniicere manum Antiopae, tum vero ipsam prehendere Amphion et Zethus matris incensi iniuriis nunc demum agnitae illigatamque in taurum indomitum raptare, raptando interimere, subinde Lycum regno pellere. Retulimus haec ex fide Schol. Apoll. Rh. IV. 1090. p. 612., ceteroquin „magna imprimis in hac narratione diversitas, quia a tragicis poetis frequentata est". Verba sunt Heynii nott. in Apollodor. III. 5, 5. p. 585. Vid. Coroll. VI. Exposita ea est vel tacta ab scriptorum fere omni genere, quorum locos designaverunt tum Passeratius ad Propert. I. 4. p. 159. et ad III. 13, 11. Burmannus p. 638. sq. et Kuhnius in Pausan. IX. 17. p. 744. intpp. Suidae ap. Bernhardyum, tum Valckenarius Diatr. VII. p. 59. sqq. Quo magis aptum congruumque est hoc loco in notitiam rem perferri adhuc nemini perceptam et vero perscriptu dignissimam. Prodidit enim poeta nescio quis ap. Eymol. M. p. 60, 63. Antiopam supplicium miserrimum crudelissimumque hoc pertulisse, ut ferreas fruges etiam noctu moleret. Sic enim est in loco quo dixi: *ἀλετρεύουσα, ἀλήθουσα. Ὀρφναίης ἐνὶ χαλκὸν ἀλετρεύουσα καλιῇς· — ὅτι τὴν Ἀντιόπην ὁ Νυκτεὺς βασιλεὺς Θηβῶν, θυγατέρα αὐτοῦ οὖσαν, ἐποίησε χαλκᾶς ἀλήθειν κριθάς*, cui versui dubito an referendum sit illud Hesychii p. 121. *καλιαί· — δηλοῖ δὲ καὶ σκηνὴν οἰκείαν* (Ruhnk. *σκηνὴν ἢ οἰκίαν*). Unde apparet Scaligerum in Varron. de L. L. VI. p. 245. et p. 244., Heinsium, Vossium, denique ad unum omnes prava ac perversa sensisse de Pacuvii versibus his Antiop. fr. 2. p. 103. „Frendere noctes, misera quas perpessa sum" et 3. „Fruges frendo sola saxi robore" (quod comparari potest cum Attii Troad. fr. 1. p. 247. „Nocturna saxo frugem frendas torridam" et Lucretii I. 880. „fruges quoque saepe minutas Robore cum saxi franguntur"), et 9. p. 104. „Perdita inluvie atque insomnia". Ergo pertinent hi versus ad Antiopae „ferrata pensa", ut abutar Claudiani verbis de Rapt. Pros. I. 53. Alterum quod adiiciam hoc est, Antiopae lamentationem de subita fortunae mutatione venisse in consuetudinem proverbii. Auctorem habeo Apostolium III. 44, 1. p. 36. sq. sive Arsenium p. 61. sq., quem cum eo composuit primus Bernhardyus ad Suidam v. *Ἀν-*

τιόπη p. 478, 8., Ἀντιόπης θρῆνος· ἐπὶ τῶν ἀδίκως πασχόντων, εἶτα τῶν δεινῶν ἀπαλλαγῆς τυχόντων· Ἀντιόπη θυγάτηρ Νυκτέως, ἣν ἔφθειρέ τις τῶν πολιτῶν· ὁ δὲ πατὴρ πέμπει τῷ ἀδελφῷ κολάσαι· ὁ δὲ ἔγκυον αὐτὴν θεασάμενος ᾤκτειρεν· ἡ δὲ γεννᾷ Ζῆθον καὶ Ἀμφίονα, οὓς εἰς ὄρος ἔῤῥιψεν ὁ θεῖος· εἶχε δὲ γυναῖκα ὄνομα Δίρκην· ἥτις ὑπονοήσασα τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα Λύκον φιλεῖν τὴν Ἀντιόπην, ἀνάγει αὐτὴν εἰς ὄρος, καὶ δήσασα αὐτὴν ἀπὸ τραχήλου ταύρου καὶ ἀνάψασα δᾷδας ἀπὸ τῶν αὐτοῦ κεράτων ἔμελλεν αὐτὴν ἀπολλύειν· ἡ δὲ ἐθρήνει, καὶ θορύβου γενομένου ἠθροίσθη πλῆθος γεωργῶν· σὺν οἷς καὶ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων, καὶ γνωρίσαντες τὴν μητέρα αὐτῶν (om. Suid.) ἐῤῥύσαντο αὐτήν· τὴν δὲ Δίρκην τῇ προκειμένῃ παρέδωκαν τιμωρίᾳ. Cum quibus concinit Malalas II. p. 47, 12. ἡ δὲ Δίρκη — λαβοῦσα αὐτὴν μετὰ ὀλίγων στρατιωτῶν ὡς ἐπὶ χώραν ἀπῆλθεν ἐπὶ τὸ Κιθαιρώνιον ὄρος ἐν τῇ κώμῃ ὅπου οἱ αὐτῆς υἱεῖς ἦσαν ἀνατραφέντες· τοῦτο δὲ ἀγνοοῦσα ἡ Δίρκη καὶ ἐξαγάγουσα ἐκ τοῦ αὐτοῦ χωρίου ταῦρον ἄγριον καὶ πήξασα δᾷδα ἐν τοῖς αὐτοῦ κέρασι τὴν Ἀντιόπην ἐκέλευσε δεθῆναι καὶ τὴν σχοῖνον εἰς τὸν τράχηλον τοῦ ταύρου εἱλιγῆναι καὶ οὕτως συρῆναι τὴν Ἀντιόπην ὑπὸ τοῦ ταύρου καὶ ἀπολέσθαι. Quod supplicium sane quam durum et exquisitum artifices antiqui imprimis dignum habuerunt, in quo diligenter elaborarent exprimendo, supersuntque hodie eorum studia virtutesque quae in planissimum conspectum dent monumenta cum alia, velut quae memorata sunt ab Klopfero lex. myth. I. p. 224. et nummus Thyatirenorum ap. Eckhelium Numm. Vett. p. 269. et Doctr. Numm. III. p. 122., tum taurus qui dicitur Farnesius, Apollonii opus et Taurisci, de quo verba elegantissime fecit Heynius Scriptt. Antiq. II. p. 182 — 274. Trahebatur igitur invisum reginae corpus ad taurum devinctum huc illuc per saxa virgultaque εἰ δέ που τύχοι πέριξ ἑλίξας, εἶλχ' ὁμοῦ λαβὼν γυναικὶ (sic enim malo legi) πέτραν, δρῦν, μεταλλάσσων ἀεί, ut apud Euripidem est Antiop. fr. XIV. p. 70. Nec discrepant Paralip. Anthol. Gr. 14, 5. p. 628. εὖγε (sic enim mihi in praesenti occurrit, ut corrigerem pravum istud ἄγε Iacobsio improspere tentatum conf. Albert. in Hesych. I. p. 1493. not. 3.) καὶ ἐκ ταύροιο καθάπτετε δίπλακα σειρὴν, ὄφρα δέμας σύρῃ τῆσδε κατὰ

ξυλόχου. Apollodor. III. 5, 5. p. 196. Cedren. p. 24. D. Eudoc. Viol. p. 18. τὴν δὲ Δίρκην ἐξ ἀγρίου ταύρου προς-δήσαντες διαφθείρουσι μεμψάμενοι δὲ Λύκον ὡς ἐκδώσοντα τὴν Ἀντιόπην σφάττειν ἔμελλεν, quae vexatione intacta non perinde relicta sunt ac Scholiastae Apollonii verba p. 612. μεταπεμψάμενοι δὲ τὸν Λύκον ὡς ἐκδώσοντες τὴν Ἀντιόπην σφάττειν ἔμελλον. Pacuv. fragm. 34. p. 153. „Agite, ite, volvite, rapite, coma tractate per aspera saxa et humum! scindite vestem ocius". Ovid. Ibid. v. 537. „Perque feros montes tauro rapiente traharis, ut tracta est coniux imperiosa Lyci", ubi Boessii interpres „Dirce uxor Lyci, quam Zethus et Amphion tauro discerpendam alligarunt". Hygin. fab. VIII. p. 26. „Dircen ad taurum crinibus religatam necant". Gronov. Thes. Vol. I. tab. Dd., quae tabula non Lycum, ut opinatur Gronovius, repraesentatum habet, sed Ordionem pastorem fratrumque altorem, de quo v. Cedren. p. 24. D. Idque supplicium singularis exempli esse semper visum est, veluti Plauto Pseudol. I. 2, 65. „cras quasi Dircam (de hac forma vid. Oudendorp. in Appulei. Met. II. p. 96. b.) olim, ut memorant, duo Nati Iovis devinxere ad taurum, item hodie stringam ad carnarium. id tibi Profecto taurus fiet". Appulei. Metam. VI. p. 435. „vidit hercules memorandi spectaculi scenam, non tauro sed asino dependentem Dircen aniculam"; quemadmodum non Gessneri dumtaxat praecepto apud Lucianum Luc. 23. p. 158. Vol. VI. pridem mihi suasi legendum esse ἡ δὲ γραῦς ἐπεὶ εἶδεν ἀποδιδράσκειν ἕτοιμον, λαμβάνεταί μου ἐκ τῆς οὐρᾶς καὶ εἵχετο. ἐγὼ δὲ ἄξιον κρημνοῦ καὶ θανάτων ἄλλων εἰπὼν εἶναι τὸ ὑπὸ γραίας ἁλῶναι, ἔσυρον αὐτήν· ἡ δὲ μάλ' ἀνέκραγεν ἔνδοθεν τὴν παρθένον τὴν αἰχμάλωτον· ἣ καὶ προς-ελθοῦσα καὶ ἰδοῦσα γραῦν δίκην Δίρκης ἐξ ὄνου ἠμμένην, τολμᾷ τόλμημα γενναῖον καὶ ἄξιον ἀπονενοημένου νεανίσκου· ἀναπηδᾷ γὰρ εἰς ἐμέ. Quam in rem infra emerget quam levia sint quae contradicit Oudendorpius, „monendus tamen est lector veterum neminem dixisse Dircen tauri caudae fuisse alligatam, sed crinibus ad eius os vel collum. Quare non videtur Lucianus sua fictione anum tam bene quam Appuleius Dircae potuisse comparare". In prima autem eius scripturae commendatione hoc pono, quod

in magna inconstantia et mutabilitate versantur tum Derce et Dirce, Dercetis et Dircetis, ut apud Ovidium et Statium, de quibus v. Nic. Heinsius in Metam. IV. 45. conf. Havercamp. in Tertullian. Apolog. XXIV. p. 238., tum Dirce et Circe, ut in Virgilii versu ap. Lactant. in Stat. Theb. IV. 551. p. 193. C., teste Lindenbrogio p. 725. B., et apud Tzetz. in Lycophr. 1206. Mueller. not. 25., et Theophrast. (*δερκίαν* et *κίρκαν*) ap. Is. Voss. Obss. in Pompon. Mel. II. 5. p. 172., Attiumque Thebaid. fragm. p. 245., Dercetis et Circetis in Ampelii cap. XI., teste Munckero in Hygin. fab. CCXXIII. p. 290., *Δηρκάναι* cod. Mosc. Strab. VIII. p. 387. Vol. III. p. 314. conf. Oberlin. in Vib. Seq. p. 86.; quin etiam eae voces est ubi arctius pressiusque conflictantur, quam quae seiungi queant. Dioscorid. III. 124. p. 467. *Κιρκαία, οἱ δὲ Διρκαίαν* (Appulei. de herb. 22. Dercea, Galen. Vol. XII. p. 26. *περὶ φαρμ. κρασ.* VII. 26. *κιρκέας τῆς πόας*) *καλοῦσι· — μάλιστα δὲ ἔν τισι πετρώδεσι φύεται τόποις εὐπνοίοις καὶ εὐηλίοις.* At apud Iosephum Iscanum de Bell. Troi. VI. 886.

Hunc tamen extorto cupiens evertere sceptro
Maenalias mendicat opes, Dircaea pererrat
Oppida digressis audax bellare Pelasgis
Aeneas, sed cassa novi molimina belli
Questus in Hadriacas exul delabitur undas"

scribendum utique esse

Maeonias mendicat opes, Circaea pererrat
Oppida

arguit Dictys Cret. V. 17. p. 121, 14. „Aeneas apud Troiam manet, qui post Graecorum profectionem cunctos ex Dardano atque ex proxima paeninsula adit, orat uti secum Antenorem regno exigerent". De Circaeis oppidis autem contestantur Plinius Nat. Hist. VI. 4. Vol. II. p. 545. „Oppida in ripis habuit (Phasis) complura celeberrima, Tyndarida, Circaeum, Cygnum", et Valerius Flaccus V. 328. „Circaei campi", VI. 426. „Circaei agri", et auctor Etymol. M. p. 515, 9. *Κιρκαῖον· τόπος καὶ πεδίον Σκυθίας, ἔνθα ἡ Κίρκη διέτριβε.* Dionys. Perieg. 692. et Eustath. p. 233, 4. Apollon. Rhod. III. 200. —.

Atque haecce quidem clara et perspicua, sed controversiam faciunt Propertii verba III. 13, 39.

Tu reddis pueris matrem puerique trahendam
Vinxerunt Dircen sub trucis ora bovis.
Antiope, cognosce Iovem: tibi gloria Dirce
Ducitur in multis mortem habitura locis.
Práta cruentantur Zethi victorque canebat
Paeana Amphion rupe, Aracynthe, tua.

„Quis enim probabit „Prata cruentantur Zethi"? Nam Zethus antea Thebanis incognitus et pro notho ab omnibus habitus prata aut praedia non poterat possidere in Thebarum vicinia sub Dirces inimicae imperio; nam Lyco perempto statim ad poenam Dircen vocarunt, ideo non poterat antea prata possidere Zethus in Thebarum suburbio". Cui orationi quum apud omnes fecisset Palmerius Graec. Antiq. IV. 10. p. 451. audientiam evicissetque nihil satis firmi inesse in eiusmodi explicatione, qualis Passeratii est: „prata Cithaeronem adiacentia hic dici, in quibus Zethus armenta sua paverit", illud unum relictum erat, ut coniectando res ageretur. Neque hic operam suam utinam non prorsus infructuosam denegarunt Schraderus, Heynius, Lachmannus. At Ouwensius tamen, quem a viris doctis neglectum narrare piget, vulgatae scripturae patrocinium ita professus erat (Noctt. Hag. III. 17. p. 539.), ut totum illum in monte Cithaerone tractum per quem Dirce dicebatur raptata a tauro fero, cui eam alligaverant Zethus et Amphion, appellatum ex hoc facto duceret esse postea prata Zethi et Amphionis. Qui quidem ut sensu suo et coniectura hoc ipsum consequutus est, ita argumentis illud docuit clarissimis (in libro III. 19. p. 584.), Cithaeronem foecundissimum fuisse copiosumque a pascuis pinguissimis. Quod idem declaratum est Attii versu Bacch. fr. 4. p. 188. „Ubi sanctu' Cithaeron Frondet viridantibu' foetis" et a Barthio in Stat. Theb. II. 79. et 433. T. II. p. 304. et 506. conf. Krus. Hell. II. p. 5. Ea igitur prata saltusque obibat Zethus qualitercumque pellens armenta, interdum venando corpus exercens (conf. Hor. Epist. I. 18, 40.), praeterquam quod agrum coluit (Eurip. fr. XXV. p. 75.), dum Amphion inter boum curam unice musicis vacat atque fistula magis illos moderatur quam baculo, si licet in hanc rem accommodare orationem, quae cum ab aliis usurpata est, tum ab Gregorio Nazianz. Orat.

VII. p. 145. A. et Himerio Orat. XIV. 32. p. 664. *οἶδα δὲ ἐγὼ καὶ ποιμένας ὅσοι προβατεύειν χρηστοὶ, ὀλίγον μὲν χρωμένους καλαύροπι, ποιμαίνοντας δὲ τὰ θρέμματα τῇ σύριγγι.* Testificatur id studium Lucianus Imagg. 14. Vol. VI. p. 17. *πόθεν ἂν ταῦτα ὑπῆρχε — τῷ ἀνὰ τὸν Κιθαιρῶνα μεταξὺ βουκολοῦντι καὶ κιθαρίζειν μελετῶντι* et Duris ap. Etym. M. p. 513, 28. *Κίθαρος — ὁ Δοῦρις ἀπὸ τοῦ Κιθαιρῶνος φησίν· ὅτι Ἀμφίων ἐκεῖσε ἐμουσικεύετο*, nec minus perspicue Philostratus Vit. Sophist. II. 27, 4. p. 618. *ἐκείνου γὰρ πολυγραμματώτερον ἄνδρα οὔπω ἔγνων. μελέτης δὲ ὁ Ἱππόδρομος οὔτε ἐν ἀγρῷ διαιτώμενος ἠμέλει, οὔτε ὁδοιπορῶν, οὔτε ἐν Θετταλίᾳ, ἀλλὰ καὶ κρεῖττον ὄλβου κτῆμα ἐκάλει αὐτὴν ἐκ τῶν Εὐριπίδου τε ὕμνων καὶ Ἀμφίονος.* Quamquam cum ceteris Valckenarius Diatr. VII. p. 66. b. (fr. 37. p. 80.) tantum abfuit ab eo, ut laudes musicae sapientiaeque ab Euripide in Antiopa decantatas dici intelligeret, ut opinionis errore sibi aliquem Amphionis hymnum sive Paeana fingeret. Quod ne longiore exordio legentem fatigemus: tanta fuit inter fratres, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia, quae versaretur etiam in ore vulgi atque in communibus proverbiis, quale est illud Scholiastae Hesiod. Theogon. 60. p. 469, 8. *ὁμόφρονας) οὐχ ὥςπερ Ἀμφίων καὶ Ζῆθος ἀδελφοὶ μὲν ἦσαν, ἑτερόζηλοι δὲ γεγόνασι ταῖς προαιρέσεσιν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν τῶν ἐπιτηδευμάτων ἔσχον προαίρεσιν* aut Eubuli apud Athen. II. p. 47. C. et Stratonici ap. eundem VIII. p. 351. B. Et subiiciamus quasi unum exemplum quod „durum Zethum et lacrimis Amphiona mollem Experta est stabulis mater abacta suis", ut apud Propertium est III. 15, 29. et Hyginum fab. VIII. p. 26. „devenit ad filios suos. Ex quibus Zethus existimans fugitivam non recepit". Conf. Coroll. VII. Ergo quis credulitatem suam addicat Probo in Virgil. Ecl. II. 24. p. 350. quo auctore Amphionem et Zethum Euripides et Pacuvius ait cantando soluisse armenta vocare? Quod et ipsum Probum voluisse negat Ruhnkenius Epist. Crit. II. p. 198. Quid verbis opus est? ab solo recte praedixi I. 3. p. 30. Amphione illam usurpatam gloriam atque hanc in sententiam omnia scripta esse ab optimis auctoribus vel quod ait Virgilius „Canto quae solitus si quando armenta vocabat Amphion Dircaeus in

Actaeo Aracyntho". Namque usque adeo potens cantu Amphion fuit, ut tum saxa montesque et silvas (Mythogr. I. fab. 97. p. 32, 28.) ad se traheret, tum greges, ut dico, et etiam omne ferarum genus. Itaque ergo ferocissimum taurum, quo ad raptandam Dircen tum usus erat, Zethus ceperat fratris illecebris detentum mitigatumque. O rem novam, inquis, et commenticiam. At enim sufficit faciendae fidei qui de Europa scripsit *ὁ δὲ τὰ ἔπη τὰ ἐς Εὐρώπην ποιήσας φησὶν, Ἀμφίονα χρήσασθαι λύρᾳ πρῶτον Ἑρμοῦ διδάξαντος. πεποίηκε δὲ καὶ λίθων καὶ θηρίων* („hic excidere quaedam" Mitscherlich. in Horat. III. 11, 1. p. 136.) *ὅτι καὶ ταῦτα ᾄδων ἦγε* ap. Pausan. IX. 5, 4. p. 20. Ad hunc quidem modum haec legat Siebelisius cum suis; equidem dudum adamavi scribendi hoc genus: *πεποίηκε δὲ κατὰ λίθων καὶ θηρίων*, quod ad similitudinem accedit loci Plutarchei in Apophthegm. p. 186. B. *Αἰσχύλου δὲ ποιήσαντος εἰς Ἀμφιάραον· οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει*, quem locum explanavit Wyttenbachius in Platon. Phaedon. p. 129. cll. Abresch. in Aeschyl. T. I. p. 273. Isocr. Encom. Hel. §. 55. p. 245. Bk. (*Ἑλένη*) *Ὁμήρῳ προςέταξε ποιεῖν περὶ τῶν στρατευσαμένων ἐπὶ Τροίαν.* Neque id fugit, ut ego arbitror, Statium Theb. VII. 278. „Amphion en noster agit (cognoscere pronum, Virgo,) lyra galeam tauroque insignis avito" aut Euripidem Antiop. fragm. XLVI. p. 83. (quo spectat non Etym. M. p. 392, 29. *εὐκράς· ἀντὶ τοῦ εὔκρατος* Lob. Paralip. p. 224., sed grammaticus in Anecd. Cram. IV. p. 335, 1. *τὸ μέντοι εὔκρας παρ' Εὐριπίδῃ ἀνεγνώσθη) Βροτοῖσιν εὔκρας οὐ γένοιτ' ἂν ἡδέως*, quorum pristinam formam hanc esse: *βρόχοισιν εὔκρας οὐ γένοιτ' ἂν ἡδέως*, mea affirmatione recipio et fretus Bastio Epist. Crit. p. 215.; sunt enim qui dixisse velint vincula Dirces, ut Nemesianus Cyneg. 22. et Plinius Nat. Hist. XXXVI. 10. Vol. IX. p. 631. „Zethus et Amphion ac Dirce et taurus vinculumque ex eodem lapide Rhodo advecta, opera Apollonii et Taurisci" conf. Schol. Germanic. Arat. Phaen. p. 50. „Zethus-zonam, Amphion lyram habet" et tab. Dd. Thes. Graec. Antiq. Vol. I., *δεσμοί* Tzetz. schol. Exeg. in Il. p. 133, 20. De Aracyntho si quaeris, non praevalere modo, sed omnino post tantas

dissensiones debet esse sola frequens sententia Oberlini ad Vib. Sequestr. p. 288. sq. idoneis argumentis (Stephan. Byz. p. 71, 6. *Ἀράκυνθος· ὄρος Βοιωτίας*. Lactant. in Stat. Theb. II. 239. et Sext. Empir. adv. Gramm. I. 12. p. 270. *Βρίλησος καὶ Ἀράκυνθος τῆς Ἀττικῆς ἐστιν ὄρος*, quorum scientia fugit Koppium ad Marcian. Capell. VI. 651. p. 535.) confirmata et stabilita: fuisse aliquem Aracynthum montem in confiniis Atticae et Boeotiae; a qua sententia nec Barthius alienus fuit ad Stat. Theb. II. 239. neque Buhlius ad Rufi Avieni Prognost. Arat. p. 359. Eamque ratam efficit, si tantum ei tribuitur, consentiens vox Mythographi I. fab. 97. p. 32, 20. „Antiopa-Iovis voluntate effugit vincula et in monte Cithaerone seu Aracyntho partum exposuit" et Lactantius in Stat. Theb. IV. 453. p. 187. B. „unde Virgilius et montem Atticum Aracynthum Actaeum dixit, quia omnis regio maritima est. — nonnulli rorem marinum in Actaeo Aracyntho dicunt". In quam rem afferre iuvat, quod Barthius in Theb. IV. 371. Pausania auctore tradidit, Cithaeronem fuisse medium inter Atticam et Boeoticam ditionem, ex quo Eleutherensium potiti essent Athenienses; apud Eleutheras autem infantes expositos fuisse Zethum et Amphionem nos dicemus alio loco, si usus fuerit (libr. III. cap. II.); ut Aracynthum simile veri sit fuisse in ea plaga, „qua molle sedens, ut Statius ait Theb. I. 330., in plana Cithaeron Porrigitur lassumque inclinat ad aequora montem", vel ut Seneca Phoen. 22. „qua alta maria vertice immenso premit Inoa rupes" et v. 67. qua „alta rupes arduo surgit iugo Spectatque longe spatia subiecti maris". Add. Nonn. Dionys. XLV. 39. p. 1160, 5. *Μελπομένῳ βαρύδουπος ἐπεσμαράγησε Κιθαιρὼν καὶ δροσόεις κελάδησεν ἁλὸς κτύπος*. Stat. Theb. X. 143. Hemsterhus. in Lucian. Dial. Mar. VIII. 1. p. 370. Vol. II. Videor vero noscitare Virgilium ad Graeci alicuius scriptoris exemplum properantem atque haud temere sequi Probi auctoritatem, qui propriam vim vocabuli illius hac declaravit explicatione p. 350. „Aracyntho) amoeno monte Thebano". Quae in hanc speciem constitui velim: „Actaeo) amoeno". „Aracyntho) monte Thebano". Quod amoenum quale sit expromunt Scaliger in Euseb.

Chron. p. 225. et Is. Vossius in Scylacis Peripl. p. 7. sq. et Vulcanius in Appulei. libr. de mund. p. 288. sq. Licetque adhibere ad hoc locum Festi Avieni Arat. Prognostt. 69. „Doctus securam subducit ab aequore classem Navita et actaea retinet statione phaselum, Cum matutinae praesensit signa procellae", et alios, quos proposuit Wernsdorfius ad Septim. Seren. fragm. II. 10. T. II. p. 286. Ursinus Virgil. coll. Gr. script. illustr. p. 21. Cortius in Cicer. Epist. ad Famil. IX. 6, 10. p. 437. Rittershusius in Oppian. Cyneg. III. 314. p. 113. Burmann. in Quintil. VII. 3. p. 622. Staver. not. post. in Nep. Ages. VIII. 2. Lobeck. Aglaoph. p. 1021. Ceterum dubito an Aracynthi nomen recte coniectarim apud Photium lex. p. 164, 15. esse mutila quadam et detrunçata specie proditum *Κιθαιρών· ὄρος ἐν Βοιωτίᾳ, τὸ καλούμενον Καρύδης*, a quo facile separatur et illud, quod Ioannes Siceliota habet in Hermog. p. 271, 9. *περὶ τοὺς πρόποδας τοῦ Κιθαιρῶνος, ὃς νῦν Κρεμνισσὸς λέγεται*, et quod hodie ei monti nomen est Elateas, de quo v. Siebel. in Pausan. IX. 2, 3. p. 6. Ut ad institutum pergam, Aracynthus quemadmodum saepe otiosum Amphionem detinuit (conf. Eurip. fr. XX. p. 72.), sic tum quidem — evidens est enim, quam vim habuerit fratrum differentia naturae et consuetudinis — dedit victoriae testationem, ut spatium supplicio exigendo dederunt Zethi deverticula. Hoc est igitur, hoc est, quod et Propertii volutavit animum et Senecae Oedip. v. 610. „Primus emergit solo Dextra ferocem cornibus (hoc alii dixerunt „irascentem in cornua" Elmsl. in Eurip. Bacch. 742. p. 95. Iacobs. in Aelian. Hist. Anim. II. 20. p. 30. Wyttenbach. in Eunap. p. 260. sq. conf. Lachmann. Propert. p. 409.) taurum premens Zethus, manuque sustinens laeva chelyn Qui saxa dulci traxit Amphion sono" et Phoen. 19. „Ibo, ibo, qua praerupta protendit iuga Meus Cithaeron — qua cucurrit corpus invisum trahens Zethi iuvencus, qua per horrentes rubos Tauri ferocis sanguis ostentat fugas" et Herc. Fur. 915. „silvestria Trucis antra Zethi". Quos locos salvo iure (sic enim dicendum est) eorum protuli, qui Dircen tradiderunt in possessione illorum pratorum fuisse, ut Malalas II. p. 47, 13. *ὡς ἐπὶ χώραν ἀπῆλθεν ἐπὶ τὸ Κιθαιρώνιον ὄρος* et Scho-

liasta Eurip. Phoen. 102. p. 30. *Ζῆθος καὶ Ἀμφίων τραφέντες ἐν τοῖς βουκόλοις* (leg. *βουκολίοις* ex Guelph.) *τῆς Δίρκης ἐβουκόλουν αὐτῇ* et Statius Theb. II. 433. „horrida Dirces pascua". Alii tauris alligatam memorant Dircen interisse, inter quos est Lactantius in Stat. Achill. I. 12. p. 547. C. „Dirce regina fuit noverca Zethi et Amphionis, quam propter iniuriam matris Antiopes privigni Zethus et Amphion religaverunt tauris ferocibus, et ita traxerunt". Dicet aliquis variatum hoc esse pictorum fictorumque auctoritate, quippe qui ne commentis quidem temperaverint, modo ut operum suorum magnificentia cumularetur insigniter. Cuiusmodi licentiam, ne commemorem Paus. V. 11,2. p. 352. *παῖδες Θηβαίων ὑπὸ Σφιγγῶν* (sic enim legendum) *ἡρπασμένοι* et Prob. in Virg. Ecl. VIII. 56. p. 355. „Arion cum cantu delphinas elicuisset — exceptus ab ipsis perlatus dicitur in terram esse (Serv. p. 153. „ab uno delphine ad Taenarum provectus est"), nonnulli, puto, deprehendisse sibi videbuntur in Theocriti carmine, in quo duae aquilae repraesentatae in regia Adoniorum pompa fuisse dicuntur Ganymedem in coelum evehentes, XV. 123. *ὦ ἔβενος, ὦ χρυσὸς, ὦ ἐκ λευκῶ ἐλέφαντος Αἰετὼ, οἰνοχόον Κρονίδᾳ Διΐ παῖδα φέροντες.* Quamquam ego in unius significationem aquilae, cuius praegrandem speciem nunc quoque mirari licet in tabula V. Thes. Gron. Vol. I., ut olim mirata est Syracusana ista muliercula elatius inflatiusque ut solent loquuta, de una igitur aquila haecce verba non minus accipio, quam locum haud ex omni parte dissimilem Longi Pastor. IV. p. 124. *ποιμὴν ἦν Γανυμήδης καὶ αὐτὸν ὁ Ζεὺς ἥρπασε. Μὴ καταφρονῶμεν παιδὸς, ᾧ καὶ αἶγας ὡς ἐρώσας πειθομένας εἴδομεν· ἀλλ' εἰ ἔτι μένειν ἐπὶ γῆς ἐπιτρέπουσι τοιοῦτον κάλλος, χάριν ἔχωμεν τοῖς Διὸς ἀετοῖς.* Aperte vero res iudicatur ex iis, quae Ioannes Antiochensis scripta reliquit ap. Tzetz. schol. Exeg. in Il. p. 133, 13. *ὑπονοήσασα μοιχᾶσθαι τὴν Ἀντιόπην ἡ Δίρκη παρὰ τοῦ ταύτης ἀνδρὸς, ἀποδημοῦντος ἐν ἐκστρατείαις αὐτοῦ, στρατιώταις δοῦσα τὴν Ἀντιόπην προσέταξε ταύροις ἀγρίοις δήσαντας παρὰ τὸ τῆς Ἐρασθαίας χωρίον διασπάσαι, — οἱ δὲ — τὴν μητέρα λύουσι τῶν δεσμῶν — αὐτὴν δὲ τῷ τῆς μητρὸς θανάτῳ ἔμελλον διαφθεῖραι* et Scholiasta Eurip. Phoen. 102. p. 30. *παρέ-*

δωκεν αὐτοῖς τὴν Ἀντιόπην ἐπὶ τῷ διὰ ταύρων διασπάσαι· οἱ δὲ γνόντες αὐτὴν μητέρα αὐτῶν αὐτῆς μὲν ἐφείσαντο, τὴν δὲ Δίρκην ὑπὸ τῶν ταύρων διέσπασαν et Statii Achill. l. d. Scholiasta Dommerichii p. XII., qui cum poenae genus notissimum et Herculis exemplo, ut colligitur ex Plutarch. Parallel. VII. p. 416. Vol. VIII., quasi sancitum esset hoc, ut equi in diversum iter concitati hominem discerperent, aut, si diis placet, memor Ganelonis illius cyclico carmine celebratissimi, in istiusmodi supplicii cogitationem incidit: „Tunc Amphion filius Antiopae novercam suam Dircen ligavit ad caudas indomitorum equorum". Utrum placet, sumatur; utique acerbissima morte Dirce a fratribus affecta est.

Duplex inde fama est; alii Dircae corpus vagis bovis discursibus foede lacceratum et cruore fluens in fontem eiusdem nominis solutum esse ferunt (quemadmodum Marsyae cruorem dicunt fluvium manasse Libanius *διηγ.* Vol. IV. p. 1104. scriptor de fluv. X. 1. p. 449. Scholiasta in Plat. Min. p. 336. et Conviv. p. 377. et Remp. p. 401. *ὁ Μαρσύας μετέδωκε κλήσεως τῷ ποταμῷ τῆς αὐτῆς τῷ ἀπὸ τῆς ῥοῆς τοῦ αἵματος αὐτοῦ γεγονότι*), ut Statius Theb. III. 204. „verso quod sanguine fluxit In subitos regina lacus" et Hyginus fab. VII. p. 24. „ex cuius corpore-fons est natus, qui Dircaeus est appellatus" Lactantiusque in Achill. I. 12. p. 547. C. „in fontem mutata est" et Mythographus I. fab. 97. p. 37. (32, 31.) „Dircaeus vero Amphion a Dirce fonte appellatus, quia matrem eius dii in fontem mutaverunt" et Lactantius in Stat. Theb. III. 205. p. 126. C. sive Mythographus II. fab. 74. p. 111. (100, 9.) „de cuius sanguine natus est fons, ex nomine ipsius Dircaeus appellatus" et I. fab. 97. p. 36. (32, 25.) „de cuius sanguine palus Dirce-facta esse dicitur". Qua in re non veremur (dicam enim quod dicere sane minutioris sit curae), ne quis suo acumine nos compungat nimirum hoc expiscatus, reginae sanguine, dum per campos taurus fugit, conceptum augescentemque fontem quasi secundissimo flumine una decurrisse. Alii funus ab Zetho et Amphione abiectum esse in eum fontem, qui postea Dirce diceretur, ut Apollodorus III. 5, 5. p. 196. *τὴν δὲ Δίρκην θανοῦσαν ῥίπτουσιν*

εἰς κρήνην τὴν ἀπ' ἐκείνης καλουμένην Δίρκην, vel iuxta eum fontem iacuisse ruptis tandem vinculis humo illisum auctores sunt, ut Malalas II. p. 48, 13. *λαβόντες τὴν Δίρκην ἔδησαν εἰς τὸν αὐτὸν ἄγριον ταῦρον καὶ συρεῖσα ὑπὸ τοῦ ταύρου ἡ Δίρκη ἀπώλετο. Ὁ δὲ ταῦρος ἐκ τῆς ἐλασίας ἐδίψησε καὶ εὑρὼν πηγὴν ἔστη πιεῖν καὶ κοπεῖσα ἡ σχοῖνος εἴασε πλησίον τῆς πηγῆς τὸ λείψανον τῆς Δίρκης· καὶ ἐκλήθη ἡ αὐτὴ πηγὴ ἐξ ἐκείνου ἕως τῆς νῦν ἐν τῇ χώρᾳ ἐκείνῃ ἡ Δίρκη* et Lactantius in Stat. Theb. IV. 74. p. 163. B. „Dircaeus: gener Polynices est, de fonte Boeotiae sic nominatus, qui ex Dircaeo funere, cuius corpus iuxta eum, quo (amplector enim quod superscriptum inveni in cod. Monac.) taurus traxit, inventum est, inde nomen accepit". Ioannes Antiochensis denique l. d. p. 133, 20. suam narrationem ab Apollodoro ad eum modum separavit, ut Dircen traderet supplicium voluntaria morte praevertisse *αὐτὴν δὲ τῷ τῆς μητρὸς θανάτῳ ἔμελλον διαφθεῖραι· ἡ δὲ Δίρκη αἰτεῖ πιεῖν ὕδωρ ἐκ τῆς παρούσης πηγῆς καὶ εἶτα συρῆναι· ἐπικύψασα δὲ τῇ πηγῇ ὡς πιομένη ἐρρίψεν ἑαυτὴν καὶ ἀπεπνίγη· καὶ ἡ πηγὴ ἐκ ταύτης Δίρκη ἐκλήθη.* In re ancipiti Apollodoro satis certo auctore propterea posse stari videtur, quod sepulcrum Dirces accepimus celebratissimum sanctissimumque apud Thebanos fuisse, quod quidem neminem ab eo ipso fonte credo disiuncturum esse. Ceterum eius sepulcri situm, quum ignorarent cives Thebani, omnes Thebanorum semper praefecti equitum compertum habebant. Erat enim hoc in more institutoque positum, ut qui eo magistratu abiturus erat et a quo succedebatur illuc nocte silentio procederent et sacra, quae non adhibito igne fiunt, peragerent, vestigiis subinde sacrorum diligenter obrutis, priusquam dies illucesceret, diversi discederent. Proditum id memoriae est a Plutarcho de Gen. Socr. V. p. 306. Vol. X. *ἐπανελθὼν δ' ἐκεῖθεν (Ἀγησίλαος) οἷός ἐστι τὸν Δίρκης ἀναζητεῖν τάφον, ἄγνωστον ὄντα τοῖς Θηβαίοις, πλὴν τῶν ἱππαρχηκότων. ὁ γὰρ ἀπαλλαττόμενος τὸν παραλαμβάνοντα τὴν ἀρχὴν μόνος ἄγων μόνον ἔδειξε νύκτωρ καί τινας ἐπ' αὐτῷ δράσαντες ἀπύρους ἱερουργίας, ὧν τὰ σημεῖα συγχέουσι καὶ ἀφανίζουσιν, ὑπὸ σκότος ἀπέρχονται χωρισθέντες.* Tantam sanctitatem illi loco cur tribuerint, expromam, nec tamen

ut certa sint et fixa quae dixero, sed probabilia coniectura sequens. Videntur autem Thebani Dircen auguste venerati esse et coluisse ut rerum futurarum fatorumque Thebani populi interpretem religioseque servasse, si quid mutationis eius fontis superficies traxisset manaretque pro aqua limpida cruor, quo extrema regni discrimina civiumque foedas caedes portendi crederent. Velut sub Alexandri adventum cum aliae res inciderunt atrociores et a peritis in omen imminentium cladium versae tum illud, ut purissimi fontis color turbaretur. Auctor est Diodorus XVII. p. 167, 78. *χωρὶς δὲ τούτων ἦκόν τινες τοῖς ἄρχουσιν ἀπαγγέλλοντες τὴν ἐν Ὀγχηστῷ λίμνην μυκήματι παραπλήσιον φωνὴν ἀφιέναι, τῇ δὲ Δίρκῃ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ὕδατος αἱματοειδῆ φρίκην ἐπιτρέχειν· ἕτεροι δὲ ἦκον ἐκ Δελφῶν μηνύοντες ὅτι ὁ ἀπὸ Φωκέων ναὸς ὃν ἱδρύσαντο Θηβαῖοι ῥηματωμένην ἔχων τὴν ἀροφὴν ὁρᾶται. οἱ δὲ περὶ τὴν τῶν σημείων διάκρισιν ἀσχολούμενοι σημαίνειν ἔφασαν — τὸ ἐν πλείοσι τόποις φαινόμενον αἷμα φόνον πολὺν κατὰ τὴν πόλιν ἐσόμενον*, qui locus fugerat Hasium, quum in Laurent. Lyd. de Ostent. XIX. p. 78. A. *εἰ ἡ σελήνη αἱματοειδὴς φανῇ* hoc proiiceret p. 308. D. „num *αἱματώδης*? certe *αἱματοειδής* nusquam alibi reperi". Ecquid ergo intelligis, quanto ad huius caussae explicationem momento sit illud, quod a nuncio illud prodigium defertur ad magistratus? Quo quidem nuncio non ita opus erat, si fontis Dircaei fidem introspicere et explorare licuisset omnibus aut impressa futurae cladis signa in amne fuissent, qua is urbis moenia interfluit. Quippe unus quilibet civium istos rivulos sanguinis tam belle oculis usurpasset, quam statuarum sudorem per forum dispositarum aut telam araneae in Cereris templo expansam. Quare parum explorate scripsit Aelianus Var. Hist. XII. 57. p. 187. *ἡ δὲ — περὶ αὐτὰ τὰ τείχη ῥέουσα κρήνη καλουμένη Δίρκη καθαρῷ καὶ ἡδεῖ ῥέουσα ὕδατι παρὰ πάντα τὸν πρόσθεν χρόνον, ἄφνω καὶ παρ' ἐλπίδα αἵματος ἀνεπλήσθη. Μακεδόσι δὲ ἐπίστευον Θηβαῖοι ἀπειλεῖν τὸ δαιμόνιον.* Statius etiam et Seneca, quorum peccatis alio loco commodabo animadversionis severitatem, apte tamen et scienter eius portenti religionem carmine amplexi sunt, quorum hic in Thebana civitate

passim animalia aliud alia peste, Oedipi scelere nondum expiato, absumi scribens ait Oedip. 171.: „Quin Taenarei vincula ferri Rupisse canem fama et nostris Errasse locis; mugisse solum; Vaga per lucos simulacra virum Maiora viris; bis Cadmeum Nive discussa tremuisse nemus; Bis turbatam sanguine Dircen: Nocte silenti Actaeonios (vid. Coroll. VIII.) ululasse canes", ille Theb. IV. 374. facit Thebanis Argivi belli fama perculsis ingentium periculorum metum portendi ex his ostentis: „Tyrios sudasse lares et sanguine Dircen Irriguam foetusque novos iterumque locutam Sphynga petris, cui non et scire licentia passim Et vidisse fuit?", ubi Lactantius p. 182. C. „Dirce est fons Thebanorum. Utrumque monstravit, ut Virgilius, Aeraque sudant nec puteis manare cruor cessavit"; neque enim umquam veteres his rebus non religiosissime animum adiecerunt. Lucan. VII. 176. „Ire per Ossaeam rapidus Boebeïda sanguis". Oudendorp. in Iul. Obseq. c. CXII. p. 170. Denique clarissimo res lucet testimonio Scholiastae Hom. Il. XVI. 459. p. 457. sq. *πολλάκις ἐν μεταβολαῖς τῶν μεγάλων πραγμάτων ἱστοροῦσι τεράστια τῷ βίῳ συμφέρεσθαι καὶ σημεῖα ποταμῶν τε καὶ πηγαίων ναμάτων αἱμοφορύκτοις νάμασιν ἐκμαινομένων (ἐκμαινομένων) ὡς ἐπ' Ἀσωποῦ τε καὶ Δίρκης παραδιδόασιν οἱ πάλαι μῦθοι*, quo in loco quin Asopus pro Ismeno commemoratus sit vix videtur dubitari posse. vid. huius libri cap. IV. Lucet autem res? Immo si quis est, qui Martis perpetuas fuisse iras interfecti serpentis reminiscatur simul et illud cogitans, persaepe Dircaeum et Martium fontem mixtos a scriptoribus esse, is facile neget et neget haud incommode, ut in re non plana et aperta, verum strictim indicata a scriptoribus et quae narrationis ambiguitate confusior sit, notabilem Dirces naturam fuisse, sed Martium fontem illam malorum significationem habuisse. Vel quod in libro de Fluv. II. 1. p. 433. sq. scriptum est *Κάδμος τὸν κρηνοφύλακα Δράκοντα τοξεύσας καὶ εὑρὼν ὥςπερ πεφαρμακευμένον φόνου τὸ ὕδωρ περιήρχετο τὴν χώραν ζητῶν πηγήν.* Conf. hui. libr. cap. II. extr. Hoc igitur, cuicuimodi est, fortasse aliquis coniectura iudicet. De reliquo non praeteriit Senecam sancte cultam a Thebanis Dircen fuisse, apud quem Hercules haec Amphi-

tryoni Herc. Fur. 915. „Tu conditores urbis et silvestria Trucis antra Zethi, nobilis Dircen aquae, Laremque regis advenae Tyrium coles" atque Oedipus in Phoen. 124. universos mentem advertere iubet „quisquis Assyrio loca Possessa regi scindis et Cadmi nemus —, sacra quo Dirce latet, Supplex adoras". Quae verba corruperunt Ian. Rutgersius Var. Lectt. III. 2. p. 197. sq. et Bothius scribendo: „sacra quod Dirce lavit" aut „sacra quo Dirce scatet". conf. Quintilian. Declam. XIII. p. 234. Obr. „iam etiam devios saltus et silvas vasta solitudine horridas occupant, tot aquae inter paucorum umbram latent." Hunc autem situm atque hanc illorum locorum naturam fuisse intelligitur, ut passim speciem ostentarent rupibus undique praeruptis asperrimam et arborum vetustarum frequentia et densitate ramorum aliorum alios protegentium umbrosam neque amoenitatem quandam prae se ferrent aut securitatem, verum moestitiam ac formidinem. Qualis ea pars fuit, qua manes durae mortis limine elicuisse Tiresias dicitur a Statio Theb. IV. 419. 443. „Sylva capax aevi validaque incurva senecta, Aeternum intonsae frondis stat pervia nullis Solibus. — Subter opaca quies vacuusque silèntia servat Horror et exclusae pallet mala lucis imago. — Stygiis accommoda quippe Terra sacris multoque placent sola pinguia tabo. — Ingemuit Dirce moestusque Cithaeron Et nova clamosae stupuere silentia valles" et a Seneca Oedip. 530. „Est procul ab urbe lucus ilicibus niger Dircaea circa vallis irriguae loca. — Medio stat ingens arbor atque umbra gravi Silvas minores urget. — Tristis sub illa lucis et Phoebi inscius Restagnat humor, frigore aeterno rigens. Limosa pigrum circuit fontem palus". Conf. Pacuv. Antiop. fr. 8. p. 104. „loca horrida" et quae infra in cap. II. posita sunt. Dircaea quidem quae loca dicantur aut qui campus a Statio Theb. VI. 907., nec obscurum est et planum faciunt Scholiasta Statii Dommerich. in Achill. I. 12. p. XII. „Dircaeus ager sive in quo Dirce mutata fuit" et Eurip. Phoen. 102. p. 30. *καὶ ὁ τόπος ἔνθα ἐσύρη Δίρκης καλεῖται καὶ ἡ κρήνη*, ubi reparandam duxi esse eam loquendi formulam, quam explanarunt Munckerus et Staverenius in Albric. VII. (p. 310.) p. 911. Munckerus in Anton.

Liberal. XXXII. p. 137. sive Albric. VII. p. 310. et Staverenius p. 911. Lactant. in Stat. Achill. I. 13. p. 547. C. „in fontem mutata est, qui Dirces nominatur". Spartian. Pesc. Nigr. 12. p. 675. „domus — quae appellatur Pescenniani". Plutarch. vit. Galb. XXVII. p. 378. Verum Euripides eo vocabulo omnem Thebani campi longitudinem designavit Phoen. 1026. *μιξοπάρθενον δάϊον τέρας — Διρκαίων ἅ ποτ' ἐκ τόπων νέους πεδαίρουσ' ἄλυρον ἀμφὶ μοῦσαν — ἔφερες ἄχεα πατρίδι φόνια,* quamquam Scholiasta in v. 806. p. 180. *Σφίγξ ἐν Κιθαιρῶνι ἐτρέφετο τῷ ὄρει.* In quo notanda est interpretatio versuum Euripidis 1026. et 809. *ἅ ποτε Καδμογενῆ — Τείχεσι χριμπτομένα φέρεν αἰθέρος εἰς ἄβατον φῶς Γένναν* ab Eustathio Opusc. XVIII. p. 157, 16. facta in hanc sententiam: *ἡ δὲ Θήβηθεν ἐκείνη Σφίγξ τοὺς ἐκ τῶν ἀμφόδων ἀνάγουσα ἐθοινᾶτο ἐπὶ τῶν τειχέων.*

Ergo in monte Cithaerone Dircen fuisse quum omnis de Dirce regina narratio simillimum vero facit, tum ut olim Barthius in Stat. Theb. IV. 8. T. II. p. 876. ita ego auctoritati do Hygini fab. VII. p. 24. „Dircen vita privaverunt; ex cuius corpore in monte Cithaerone fons est natus, qui Dircaeus est appellatus" atque Statii Cithaeronem appellantis „Dircaeum montem" Theb. IX. 679. conf. Schol. p. 1056. et „Dircaeum verticem" XII. 789. et Schol. p. 1558. Quod autem in Anthol. Lat. I. 25, 2. p. 13. positum est „Non tibi vina placent, o insanabilis hospes, Nec mens est Thebana tibi, licet aggere celso Dircaeae rupis dicas fluxisse parentes. Vertice de Nysae per rura et nostra Lyaeus Transiit", id, ut spero, plerique de Cadmea rupe (vid. I. 1. p. 11.) dictum interpretari malent, quam de Cithaerone. Conf. Senec. Herc. Oet. 168. „Thessalicos aggeres". Passerat. in Propert. I. 21. p. 241. Burmann. in Grat. Cyneg. 63. Add. Coroll. IX. Dircaeum eum fontem vocavit non Hyginus solus, sed etiam Mythographus II. fab. 74. p. 100, 10. „de cuius sanguine natus est fons ex nomine ipsius Dircaeus appellatus" et Vibius Sequester p. 21. „Dircaeus Boeotiae" et Scholiasta Lucani IV. 550. p. 299. „Dircaea. Thebana a fonte Dircaeo". Qua in re strictim commoneo et de librariorum temeritate formas eus et aeus fere commiscentium et de subtili, quum alii in hoc genere parum curiosi sint, Munckeri diligentia, qui

Hygino tribuit quod verum est. Serv. in Virg. Aen. III. 85. p. 191. „Tymbraeus. Sane quia Graece *Τύμβρη* facit; in derivatione *η* in diphthongum mutat ut *Αἴτνη* Aetnaeus, *Δίρκη* Dircaeus". Argutius enim et inutiliter disputaret, si quis formam Dirceus propterea legitimam esse diceret, quod in Thebanorum ore fuerit *Θειβῆος*, *Θειβεῖος*, *Ταναγρεῖος* auctoribus quum Salmasio in Vopisc. Carin. 19. p. 844. Theognosto Canon. p. 51,18. *τὸ παληὸς, ἀρχηὸς, Ἀχηὸς Βοιώτιά ἐστιν κατὰ τροπὴν τῆς αι διφθόγγου εἰς η*, tum Boeckhio Corp. Inscr. Vol. I. P. V. 1,5. p. 721. 8. p. 722. Dirce vocabulum autem (Arcad. p. 106,26. *δίρκη, κίρκη, νάρκη, βάρκη*) haud sane inter Graecos usitatum nec ferme ulli genti frequentatum praeterquam Boeotis. Cognominem tamen huic Thebano fontem iuxta Pharas in Achaia Peloponnesi locari a Strabone VIII. p. 388. adnotavit Oberlinus in Vib. Seq. p. 229. *ἔστι δ' ἐν τῇ Φαραϊκῇ Δίρκη κρήνη ὁμώνυμος τῇ ἐν Θήβαις* T. III. p. 314. Nam quae proferre succurrit nomina *Δέρκη* ex Cantacuzeni libr. III. 81. p. 499,1. et 84. p. 518,20. et *Δίρκου* ex Athanasii rescripto ap. Bandur. Comm. in Antiqq. Constantinop. libr. VIII. p. 971. *τοῦ Ἀρχιεπισκόπου Χριστουπόλεως καὶ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου Δίρκου*, rectene sint ita scripta an secus, disquirat alius. Atque haec de eo nomine, cuius notationem evidentem illam et cum miro acumine a grammaticis hominibus animadversam aliud in tempus reiiciam, paucis dixisse satis sit.

Iam vero hoc attendendum est, Dircen, quem fontem esse dicunt plerique (Plinius Nat. Hist. IV. 12. p. 56., Solinus c. VII. p. 17. E., Hesychius p. 1008., Suidas I. p. 609. *Δίρκη· ἡ πηγή*, auctor lex. schedogr. v. 130. Boiss. Vol. IV. p. 372. *Δίρκη δέ ἐστιν ἡ πηγή*, Lactantius in Stat. Theb. II. 142. p. 74. A. et 322. p. 87. B., Probus in Virg. Ecl. II. 24. p. 350., Scholiasta Lucani III. 175. p. 198.), in fluviis numerari a Pausania IX. 25,3. p. 87. *διαβάντων δὲ ποταμὸν καλούμενον ἀπὸ γυναικὸς τῆς Λύκου Δίρκην* (*ὑπὸ ταύτης δὲ ἔχει λόγος Ἀντιόπην κακοῦσθαι καὶ διὰ τοῦτο ὑπ' Ἀντιόπης παίδων συμβῆναι τῇ Δίρκῃ τὴν τελευτήν*) et Scholiasta Pindar. Olymp. XI. 94. p. 255. et Schol. Eurip. Phoen. 825. p. 185. *οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ δύο ποταμοὶ ἥ τε Δίρκη καὶ Ἰσμηνός*. Ex qua discrepantia cavendum est ne quis coniecturam faciens modicam magnitu-

dinem Dirces informet existimetque eam ut fluvii dignitate inferiorem fuisse, ita fontium tamen comparationem amplitudine vicisse. De ea enim opinatione interdicit Scholiasta Eurip. Phoen. 102. p. 30. *καὶ ὁ τόπος ἔνθα ἐσύρη Δίρκης καλεῖται καὶ ἡ κρήνη καὶ ὁ ποταμός* et Schol. Soph. Antig. 103. p. 76. *Δίρκη κρήνη καὶ ποταμὸς Θηβῶν* et, quo usus est Barthius in Stat. Theb. II. 142., Moschopulus *Δίρκη ὄνομα πηγῆς καὶ ποταμοῦ*. Quid enim? illi loci cum consideratissima vocum finitimarum distinctione scripti nonne apertissimo documento sunt extitisse apud Thebas et fontem et fluvium Dirces reginae nomen ferentes? Id quod quam maxime clarum et testatum est per Scholiastam Eurip. Phoen. 825. p. 185. *ἡ ὁμωνύμως τῇ πηγῇ καλουμένη Δίρκη* et 643. et 645. p. 142. et 730. p. 161. *Δίρκη δὲ ποταμὸς Θήβης ὁμώνυμος τῇ πηγῇ*. Etenim quum fontes fluviique aquarum continuatione cum fontibus coniuncti appellationis discrimine ut separarentur saepius usu venisset — uno defungar Enipei exemplo, de quo Strab. VIII. p. 356. T. III. p. 142. *ἡ δὲ Σαλμώνη πλησίον ἐστὶ τῆς ομωνύμου κρήνης, ἐξ ἧς ῥεῖ ὁ Ἐνιπεύς* —, ea igitur de caussa a veteribus adnotatum diligenter est, si qui fons ad amnem perferret nomen suum, velut Lerna (Strab. VIII. p. 368. T. III. p. 210. *τὸ χωρίον δι' οὗ ῥεῖ ποταμὸς ἡ Λέρνη καλουμένη ὁμώνυμος τῇ λίμνῃ*), aut Silas (Excerpt. ap. Boisson. Anecd. I. p. 419. sive Ruhnk. in Antig. Caryst. CLXI. p. 206. *ὅτι ποταμὸς ἔστιν ἐν τῇ Ἰνδικῇ ὁ καλούμενος Σίλας διὰ τὸ ἀπὸ κρήνης ὁμωνύμου ῥέειν*. Diodor. II. p. 151, 96. *περί τινα τῶν κατὰ τὴν Ἰνδικὴν ποταμῶν τὸν ὀνομαζόμενον Σίλλαν, ῥέοντα δὲ ἔκ τινος ὁμωνύμου κρήνης*). Hoc consulto et exquisito commode potest praescribi, ne indigniore iudicio existimetur de iis, qui fontem aliquem ad fluviorum aequalitatem provexerunt alternaruntque vices utriusque appellationis, id quod in Merrhae nomine contigit Boisson. in Theodor. Hyrtac. Vol. I. Anecd. p. 261. et Tiasae Casaub. in Athen. Animadvv. IV. 6. p. 260, 51. atque Amymones Hessel. in Vib. Sequestr. p. 80. sq. (et Nelei Ceronisque Meurs. et Niclas. in Antig. Caryst. LXXXIV. p. 132. Inopi Ilgen. in hymn. Apoll. 18. p. 194. Siebelis. in Pausan. II. 5, 2. adnott. p. 175. et Coroll. V.), neve asperius et implacabiliter exagitentur qui de fluvio Thebis vicino loquuti non recesserunt tamen a fontis vocabulo, Tzetza Chil.

X. 388. p. 379. ὁ Ἰσμηνὸς ὁ ποταμὸς Θηβῶν τῶν ἑπταπύλων καὶ ἡ πηγὴ ἡ Δίρκη et Aelianus Var. Histt. XII. 57. p. 187. ἡ δὲ περὶ — αὐτὰ τὰ τείχη ῥέουσα κρήνη καλουμένη Δίρκη, cuius culpae affinis videtur esse auctor libelli de fluviis c. 10, 1. p. 449. ὁ θεὸς δαψιλὲς ὕδωρ ἀνέτειλε. κορεσθέντων δὲ τῶν Φρυγῶν Μίδας τὸν ἐκ τῆς κρήνης καταῤῥέοντα ποταμὸν Μίδου πηγὴν ἐκάλεσε. Contra Statius quo loco diximus p. 83. fluvium Dircen meminit, ubi de fonte verba fieri verum erat. Quoniam vero Scholiasta Lucani III. 175. p. 198. et Mythographus I. fab. 97. p. 32,25. „de cuius sanguine palus Dirce facta esse dicitur", Dircen paludem nominarunt, etiam hoc subiiciam, liberiore quodam modo scriptores graecos latinosque usos esse hoc vocabulo, quod etiam fluviis tamquam signum appositum esse ab Dioscoride et Suida docuit Io. Bodaeus a Stapel in Theophrast. Hist. Plant. IV. p. 408. Sunt igitur, qui Lernam, perennis aquae fontem fluviumque, paludem esse perhibeant (Muncker. in Hygin. fab. CLXIX. p. 241. et Spanhem. in Callimach. h. in Pallad. 46. p. 580.) eademque ratione si modo id valuerunt alii comminuerunt honorem bene fluentis Metopae, siquidem φασὶ τὴν Μετώπην οἱ μὲν λίμνην, οἱ δὲ ποταμὸν Schol. Pindar. VI. 144. p. 150. (Theognost. Canon. p. 116,17. Μετώπη ὁ ποταμός. Aelian. Var. Histt. II. 33. p. 113. οἱ δὲ βοῶν εἶδος αὐτοῖς (ποταμοῖς) περιέθηκαν· βουσὶ μὲν οὖν εἰκάζουσιν οἱ Στυμφάλιοι μὲν τὸν Ἐρασῖνον καὶ τὴν Μετώπην) conf. Hagen. de Asop. lib. p. 9. sq. et Indici cuiusdam fontis Ctesias Beckmann. in Antig. Caryst. CLXV. p. 210. sq. Conf. Serv. Virg. Aen. VII. 801. p. 445. Sed fontis Dircaei memoria retinenda et frequentanda ut homines docti penitus assuefierent, inde factum est, quod per animos fere omnium (velut Casauboni, Perizonii in Aelian. l. d. p. 113. not. 2.) opinio pervasit, fluviis proprium dicatum esse genus masculinum. Videlicet diligentissime observandum erat praeceptum Ioannis Diaconi Allegor. in Hesiod. Theog. 333. p. 569,4. ἀῤῥενικῶς δὲ οἱ ποταμοὶ εἴρηνται διὰ τὸ σφοδρὸν τῆς κινήσεως τῶν ἐν αὐτοῖς ὑδάτων καὶ ἐνεργέστερον καὶ δραστικώτερον. Αἱ δὲ πηγαὶ θηλυκῶς ὀνομάζονται διὰ τὸ θηλύτερον καὶ οἷον ὡς ὑφειμένον τῆς τῶν ἐν αὐταῖς ὑδάτων ἀναβλύσεως (inducenda enim in hunc locum vox fuit a Bastio Epist. Crit. p. 57. et Schaefero ad Ad-

dend. p. 277. sq. et Lobeckio in Phrynich. p. 427. illustrata). Quid? quod ita in illa opinione adhaesit Hagenius de Asop. lib. p. 10., ut in cogitationem Scholiastae Pindar. Olymp. VI. 140. p. 149. *θηλυκῶς οὕτω ποταμὸς ἐν Ἀρκαδίᾳ Μετώπη* nulla ex parte insinuaret effutiretque peracute dicta haec: „neque illud definire audeo, quid Pindari Scholiasta sibi voluerit, nisi *Μετώπην* a *μέτωπον* distinguit, quod acumine horum grammaticorum non indignum". At dudum tamen fraudem indagaverat Palmerius Exercitt. in Auctt. Graec. p. 497. contra Casaubonum Animadvv. in Athen. l. d. disputans in hunc modum: „Quod addit: nam de fluvio dixisset *τὸν* non *τὴν*" quasi fluviorum nomina non invenirentur feminini generis, id non est semper verum, sed tantum *ὡς ἐπὶ τὸ πολύ*. Nam aliquando etiam inveniuntur, ut *Ἤλεκτρα* apud Pausaniam in Messenicis (c. 33, 6. p. 289. et Ptolemaeum ap. Meurs. Cret. II. 6. p. 91.), *Βάλυρα ἡ* ibidem (33, 3. p. 287.), *Λευκασία* ibidem (p. 288.), *Περοή ἡ* apud eundem in Boeoticis (4, 3. p. 16.), *Λίρκη* cognominis fonti in Boeotia Euripidi et Pindaro. Sed quod rarius est *Καύκων* Elidis fluvius in terminatione masculina feminini tamen est generis, ut notat Strabo lib. VIII. (p. 342. T. III. p. 58. sq.)". In quibus exemplis, quum latius hoc genus diffusum sit, ego annumerem Phelliam Pausan. III. 20, 3. p. 103. *ἀπὸ τῆς Φελλίας* (*ποταμοῦ*), Hercynam IX. 39, 4. p. 146. *ὁ ποταμός ἐστιν ἡ Ἕρκυνα*, Nedam Strab. VIII. p. 348. T. III. p. 99. sq. Meinek. Euphor. fr. CXIX. p. 166., Arsinoen Bosch. Anthol. Gr. Vol. IV. p. 166., Arganthonen Simonid. ap. Etym. M. p. 135, 30. Burmann. in Propert. I. 20, 33. p. 191., Melissam Varr. Antiqq. Hum. X. ap. Prob. in Virg. Bucol. p. 348., Probatiam Theophrast. Hist. Plant. IV. 11, 8. p. 157. *καθ' ὃ ἡ Προβατία καλουμένη καταφέρεται. Τοῦτο δ' ἐστὶ ποταμὸς ῥέων ἐκ Λεβαδίας* (Pleth. p. 369. *περὶ τὴν Ὀξεῖαν Κάμπην, ἥ ἐστι συμβολὴ τοῦ τε Κηφισοῦ καὶ Προβατίου ποταμοῦ τοῦ ἀπὸ Λεβαδείας ῥέοντος*). Quem locum ideo exscripsi, ut lucem inde afferri docerem inscriptioni 1569. C. Corp. Vol. I. p. 746., cuius haec verba ponam v. 4. (14. 16.) *ἐν τὰν προβασίαν καὶ προβασίη ἐν τὸ[..ρ..ἐ]ν τὰν ἐπὶ Λεβαδέων. τὰ πρόχωμα τό...*" ubi Boeckhius „*προβασία* videtur *προβατεία* (pascuum h. l.)". Ergo fluvius Dirce Dircaeo fonte or-

tus defluebat ad urbem Thebas (Schol. Eurip. Phoen. 643. p. 142. ἐμφαίνει δέ τινα ποταμὸν ὑπὸ τῆς Δίρκης ἀποτελεῖσθαι ὁμωνύμως καλούμενον), ut in expedito sit rationem animo comprehendere, qua Dircen fontem proxime a Thebis abfuisse a plerisque proditum sit, velut a Scholiasta Eurip. Phoen. 101. p. 30. Διρκὴ πηγὴ καὶ ποταμὸς παρὰ ταῖς Θήβαις (Schol. Pindar. Olymp. XI. 94. p. 255. ποταμὸν τὸν παρὰ ταῖς Θήβαις) et Solino VII. p. 17. E. „apud Thebas — fons Dirce" et Scholiasta Lucani III. 175. p. 198. „Dirce est palus iuxta Thebas" et IV. 549. 550. p. 299. atque a Strabone VIII. p. 388. T. III. p. 314. Δίρκη τῇ ἐν Θήβαις et Scholiasta Callimach. h. in Del. 76. et Pindar. Olymp. XI. 101. p. 256. Δίρκη πηγὴ ἐν Θήβαις et in Isthm. V. 108. p. 549. ἡ δὲ Δίρκη ἐν Θήβαις. Quare in omni pravitate et in summa opinionis perversitate Cellarius versatur, qui verbis Scholiastae Pindari Olymp. l. d. sic temere assentiens in Thebanorum urbe Dircen fuisse pronunciavit in Notit. Orb. Antiq. T. I. p. 1146. Nam qui idem narravit Mannertus Geogr. Graec. et Rom. Vol. VIII. p. 226. quam coeco impetu argumentationem concluserit, taedet exponere. Sed quid ego hac via porro insistam, ut deleam istius opinionis commentum? Siccine, sic Cellarii animo excidere potuit, quod inculcatum erat a Casaubono Animadvv. in Athen. II. 5. p. 88,35. et in Polyb. I. p. 98. sq. ed. Argentorat. 1654. percrebuitque frequentissima doctorum hominum cognitione, ut Binkershoekii ad leg. Rhod. de iactu c. 3. p. 24. Perizonii in Aelian. Var. Hist. II. 25. p. 96. et XII. 57. p. 186. D'Orvillii in Chariton. p. 206. Wesselingii in Diodor. IV. p. 321,78. et XII. p. 482,69. Gavelli in Misc. Obss. Nov. T. V. p. 453. Sturzii in Hellanic. p. 140. (add. huius libri cap. V.) Gailii Philol. III. p. 407., aliorum, urbium nominibus non urbes, sed agrum circumiacentem etiam designari? I nunc et narra Thebas Asopo interflui (Schol. Pindar. Olymp. VI. 140. p. 149. Ἀσωποῦ τοῦ ἐν Θήβαις ποταμοῦ. Hesych. p. 594. Ἀσωπὸς ποταμὸς ἐν Θήβαις τῆς Βοιωτίας) aut Syracusas Anapo (Schol. Theocrit. I. 68. p. 836. Kiessl. ὁ δὲ Ἄναπος ποταμὸς ἐν Συρακούσαις) aut Xantho Troiam (Artemidor. V. 5. p. 401. Ξάνθον τὸν ποταμὸν τὸν ἐν τῇ Τροίᾳ) et Lerna Mycenas (Schol. Eurip. Phoen. 125. p. 37. Λέρνην τὴν ἐν Μυκήναις πηγήν). Neque hic verba

valent Mythographi I. fab. 97. p. 32,25. „Dirce quae est Thebis"; nam latina graecis nihilo certiora. Testes do Perizonium l. d. et Oudendorpium in Iul. Obseq. LXXXV. p. 92. et CX. p. 163. et in Lucan. VIII. 862. Quam ancipiti igitur in re vides quam caute versere oporteat; fallax enim et captiosum illud grammaticorum dicendi genus. Quo accessit altera quaedam res, ut in errorem Cellarius induceretur. Quae res qualis sit aperiam disquirendo de fonte Thebarum Aretiade.

CAPUT II.

DE FONTE ARETIADE.

A Cadmo mihi quaestionis exordium est. Qui quum erraret (quid enim non repetam ab Hygino fab. CLXXVIII. p. 250. narrata?), Delphos devenit: ibi responsum accepit, ut à pastoribus bovem emeret, qui Lunae signum in latere haberet, eumque ante se ageret; ubi decubuisset, ibi fatum esse, eum oppidum condere et ibi regnare. Cadmus sorte audita cum imperata perfecisset et aquam quaereret, ad fontem — venit, quem Draco Martis filius custodiebat, qui cum socios Cadmi interfecisset a Cadmo lapide est interfectus; dentesque eius Minerva monstrante sparsit et aravit, unde Sparti sunt enati". Quem serpentem ut a Marte prognatum ita custodem ei fonti, qui etiam ipse Marti sacer esset atque cognominis, additum fuisse plurimi consentiunt, de quibus fere meminerunt Munckerus in Hygin. l. d. Barthius in Stat. Theb. X. 606. T. III. p. 1217. Valckenarius in Eurip. Phoen. 661. p. 253. et homo doctus in Misc. Obss. Vol. II. T. I. p. 67. sq. Nomen ei fonti dixerunt *Ἀρείαν κρήνην* Apollodorus III. 4,1. p. 184. *πέμπει τινὰ τῶν μεθ' ἑαυτοῦ ληψόμενον ἀπὸ τῆς Ἀρείας κρήνης ὕδωρ* et Scholiasta Eurip. Phoen. 660. p. 146. *λέγει περὶ τῆς Ἀρείας οὕτω καλουμένης πηγῆς* et non usurpatus Valckenario in Phoen. p. 684. Photius p. 120,19. sive Etymol. Gud. p. 593,27. *Κάδμος ἀνελὼν τὸν τὴν Ἀρείαν κρήνην τηροῦντα δράκοντα* (de quo vid. Corollar. X.) et Stephanus Byz. v. *Ἄρεια* p. 76,5., cuius locus Gavello in Misc. Obss. Nov. T. V. p. 439. hac descriptione esse reficiendus

videtur; Ἀρεία κρήνη vel Ἀρεῖα καὶ κρήνη καὶ τόπος ἐν Θήβαις, ὃν οἱ κατοικοῦντες Ἄρειοι καλοῦνται. Hoc legentem tenet insolentia nominis ab uno Stephano, ut existimant, in litteras relati. Agnosco tamen, praeterquam quod illorum murus Areus, τεῖχος Ἄρειον, fuisse videtur (vid. I. 3. p. 28.), expressum eius gentis vestigium apud Tzetzam schol. ad Exeg. in Iliad. p. 132,22. Δίρκη καθά φησιν Ἰωάννης ὁ Ἀντισχεὺς γυνὴ ἦν Λύκου τοῦ βασιλέως Ἀργείων· — Θεοβόων δέ τις — παρθένον οὖσαν τὴν Ἀντιόπην διαφθείρας ἐποίησεν ἔγκυον· Νυκτεὺς δὲ ὁ τῆς Ἀντιόπης πατὴρ τοῦτο μαθὼν καὶ Ἀργεῖον εἰδὼς τὸν φθορέα οὐκ ἠθέλησεν αὐτὸς τοῦτο δικάσαι, ἀλλ' ἔπεμψε τὴν ἐνάγουσαν Ἀντιόπην περὶ τὸν τοῦ ἐναγομένου Θεοβόωντος φόρον τὸν Ἄργος, ὥστε δικάσασθαι παρὰ Λύκου τοῦ βασιλέως et Exeg. in Iliad. p. 9,18. ἰστέον γὰρ ὅσα ὑπὸ τὸν ἥλιον πελάγη καὶ ποταμοὶ καὶ κρῆναί εἰσι νάουσαι ἔτι δὲ χῶραι καὶ πόλεις καὶ λόφοι καὶ φάραγγες ἐξ ἀνθρώπων τὰς προσηγορίας ἢ ἐκ τῆς θέσεως ἢ ἑτεροίως πως ἔσχηκεν ὡς τὸ Ἀτλαντικόν τε καὶ τὸ Ἰκάριον πέλαγος καὶ ὁ Ἀσωπὸς ποταμὸς τῶν Θηβῶν καὶ ἡ Δίρκη κρήνη τοῦ Ἄργους — ἀπὸ τῆς Δίρκης τῆς βασιλίδος τῆς γυναικὸς Λύκου τοῦ βασιλέως Ἀργείων. Quamquam non latet iam antiquitus Argivis concessisse Areos, qui et obscurioris famae et subiecti essent sub librariorum libidinem. Saepe enim numero litteram γ ex ductu calligraphico, ut ait Iacobsius in Aelian. Hist. Anim. p. 607., natum esse cum aliis tum Wernsdorfio in Himer. Orat. I. 2. p. 325. atque Bastio et Iacobsio, quibus locis dicit Walzius in Menandr. περὶ ἐπιδ. p. 170., animadversum est. Inde Argivi nominis depulsio quam difficultatem nullam apud Tzetzam, tam ne dubitationem quidem habet neque apud Eustathium in Hom. Iliad. IV. 407. p. 490,8. Κάδμος ἀνελὼν τὸν τὴν Ἀργείαν κρήνην τηροῦντα δράκοντα neque apud Palaephatum VII. p. 51. sive Eudoc. Viol. p. 381. ἡ Σφίγξ πείσασα τοὺς πολλοὺς τῶν πολιτῶν συναπᾶραι αὐτῇ — ἐπολέμει τῷ Κάδμῳ· ἐνέδρας δὲ ποιουμένη καθ' ἑκάστην ὥραν ἀνῄρει· οὓς δὲ ἁρπάσασα ᾤχετο. Καλοῦσι δὲ οἱ Καδμεῖοι τὴν ενέδραν αἴνιγμα. Ἐθρύλλουν δὲ οἱ πολῖται λέγοντες, Σφίγξ ἡμᾶς ἡ Ἀργεία (Pierson. in Moer. p. 395. ἀγρία, de quo conf. Blomfield. in Aesch. Agam. 797. p. 79.) αἴνιγμά τι λέγουσα διαρπάζει, nec in Etym. M. v. ἐπωμαδόν p. 368,

40. *διπλα* (*σίων γὰρ ἡ πέτρα* Schol. Apoll. Rhod. I. 741. p. 56.) *ἠκολούθει, τῇ Ἀμφίονος κιθάρᾳ κρουούσῃ* (*κρουσθείσῃ*) *εἵπετο καὶ ἀπῄει, τῆς βασταζομένης ὑπὸ Ζήθου. Ζῆθος γὰρ καὶ Ἀμφίων ἐτείχισαν τὰς Θήβας ὅτι Ἀργεῖοι*, nam *ΚΡΟΥΟΥΣΗΙ* et *ΚΡΟΥΘΕΙΣΗΙ* (Wernsdorf. in Himer. Eclog. XVII, 4. p. 258.) forma parum differunt. Verumenimvero istud Argos (quid enim in magna disputationis probabilitate dissimulem, si quid refragari videatur? quidquid id est, certe quidem non reclamat), ambiguum istud Argos, inquam, furtivae possessionis perpetuitate haud dubium locum apud quosdam Tzetzae simillimos tenet, insideatque posthac licet in volentium scriptorum libris vitium augustum scilicet vetustate sua, non repugno; namque Malalas II. p. 45, 19. *ὁ αὐτὸς δὲ Θεόβοος ὁ συγκλητικὸς κατὰ τάγμα ἐλθὼν ἐκ τοῦ Ἄργους — ἑωρακὼς τὴν ἱέρειαν Ἀντιόπην εὐπρεπεστάτην οὖσαν καὶ εὐμήκη ἐβλήθη εἰς ἔρωτα αὐτῆς* et Cedrenus p. 24. D. *τῆς δὲ Ἀντιόπης παρὰ τῇ Δίρκῃ φυλαττομένης ἐπὶ τὸ τιμωρηθῆναι διὰ τὸ παρανομῆσαι ἐπεὶ πόλεμος ἐν τῇ Ἀργείων ἐκινήθη χώρᾳ τοῦ Λύκου χρονίζοντος ἐκεῖσε ἡ Δίρκη τὸν Νυκτέα θωπευτικῶς ἠρώτα ἀπολῦσαι Ἀντιόπην.* Postremo de Tzetza hoc omnes monitos etiam atque etiam volo, ne illa *ἡ Δίρκη κρήνη τοῦ Ἄργους* in loco ita retineant, ut cogitationem ad Dircen vere Argivam, quam contestatus est Strabo, intendant, neve in animum inducant Argivis successorem dare Martem sic scribendo: *Δίρκη κρήνη τοῦ Ἄρεος*. Quod quidem quum per se in nullam prorsus deliberationem cadat, tum commendabile videtur esse exemplo ipsius Tzetzae Chil. X. 401. p. 379. *δράκων φύλαξ τῆς κρήνης Ἄρεος* et Euripidis Suppl. 662. *Πάραλον ἐστολισμένην δοφὶ κρήνην παρ' αὐτὴν Ἄρεος*. Pausan. IX. 10, 5. p. 37. *τὴν κρήνην ἥντινα Ἄρεώς φασιν ἱερὰν εἶναι καὶ δράκοντα ὑπὸ τοῦ Ἄρεως ἐπιτετάχθαι φύλακα τῇ πηγῇ.* Lactant. Narr. Fab. III. 4. p. 205. sive Mythogr. I. fab. 149. p. 48, 8. II. fab. 77. p. 101, 2. „cum ad fontem Martis socios aquatum misisset" et in Stat. Theb. II. 289. p. 85. C. „draconem Martis qui fontem custodiebat occidit" (Lindenbr. ms. lib. p. 722. A. „draconem qui antrum Martis custodiebat"). Reliqui eum fontem proprio nomine dixerunt Aretiadem, quod idem nomen Areae Colchorum insulae imposuerunt Apollonius et Arrhianus ap. Is. Voss.

in Pompon. Mel. II. 7. p. 200. et Abresch. in Aeschyl. T. I. p. 87., Hellanicus ap. Schol. Il. II. 494. p. 80,7. fr. XXVI. p. 69. πέμπει τινὰς τῶν μεθ' ἑαυτοῦ λησομένους χέρνιβα ἀπὸ τῆς Ἀρητιάδος κρήνης et Apollonius Rhod. III. 1180. Ἀονίοιο δράκοντος ὃν Ὠγυγίῃ ἐνὶ Θήβῃ Κάδμος — πέφνεν Ἀρητιάδι κρήνῃ ἐπίουρον ἐόντα Scholiastaque Aesch. Sept. c. Theb. 101. p. 149. et p. 150. καλεῖται δὲ ἐνταῦθα καὶ Ἄρειον τεῖχος καὶ Ἀρητιὰς κρήνη, ἣν ὁ Ἄρης τηρεῖ καὶ ἐπισκοπεῖ atque, ut ego arbitror, Plinius Nat. Hist. IV. 12. p. 56. „Praeterea fontes in Boeotia Oedipodia, Psamathe, Dirce, Epicrane, Aretias" et qui a Plinio sua deprompserunt, Solinus VII. p. 17. E. „apud Thebas — fontes Aretias, Oedipodia, Psamathe, Dirce" et Marcianus Capella VI. p. 210. „Nec Athenis cedunt (Thebae) Boeotiae, in quibus Epigrane, Aretias, Hippocrene, Aganippe, Gargaphie", in quibus locis summota Aretiade librarii substituerunt in vicem Arethusam, quae procul a Boeotiae finibus abest; fuit enim in Chalcidensium agro Steph. Byz. p. 75,29. Eustath. in Dionys. Perieg. 473. p. 189. sq. Plutarch. fr. XXXIV. p. 307. et de Sollert. Anim. XXIII. p. 180. Vol. XIII. Athen. VIII. p. 331. F. Porphyr. de Abstin. III. 5. p. 225. Phot. p. 577,20. Gronov. in Aelian. Hist. Anim. VIII. 4. Marx. Dicaearch. Vit. Graec. p. 193. De forma autem eius nominis conferantur Suid. v. Ἄρης p. 711,17. κλίνεται δὲ Ἄρης Ἄρου καὶ Ἄρης Ἄρητος καὶ Ἄρης Ἄρεως. Maittair. p. 361. C. Theopomp. fr. 160. p. 93. et Steph. Byz. p. 76,28. Ἄρης Ἄρητος ὡς Μένδητος χωρίου Εὐβοίας. Etym. M. p. 140,36. ἔστι δὲ καὶ Ἄρης Ἄρητος ὄνομα ἥρως· οὗ μέμνηται ὁ ποιητής. Anecd. Cram. Vol. II. p. 346,17. et Herodian. περὶ παραγωγ. γενικ. Vol. III. p. 233,15. Ἄρης Ἄρητος ἐξ οὗ πατρωνυμικὸν Ἀρητιάδης. Eustath. in Od. III. 414. p. 1474,33. Anecd. Cram. IV. p. 336,4. τὸ δὲ Ἄρης καὶ ὡς ἰαμβικὸν μὴ ἔχον ἐπ' εὐθείας τό τ' Ἄρητος ἐκλίθη καὶ ὡς σπονδειακὸν Ἄρου καὶ Ἄρεος — καὶ Ἄρεως ἀπὸ Ἀρεύς· εὑρέθη δὲ παρὰ Ἀλκαίῳ. Eustath. in Dionys. Perieg. 680. p. 231,5. τὸ δὲ Ἀρητιάδης ἀπὸ τοῦ Ἄρης Ἄρητος ἰαμβικοῦ γίνεται· πάσχει γὰρ καὶ τοιαύτην ἰαμβικὴν κλίσιν ὁ Ἄρης, ubi Bernhardyus p. 933. „vellem illud de Ἄρητος commentum posse demonstrari, quod Choeroboscus Bekk. Anecd. p. 1188. sq. ignoravit".

His occurrit atque obsistit celeberrimus auctor Euripides, qui Aretiadis fontis notitia, ut diximus, instructus Dircen tamen a serpente illo custoditam exponit Phoen. 931. *θαλάμαις, οὗ δράκων ὁ γηγενὴς Ἐγένετο Δίρκης ναμάτων ἐπίσκοπος.* Cui accedit Seneca Phoen. 125. „Cadmi nemus Serpente notum, sacra quo Dirce latet" et Nonnus, qui cur Dircen finxerit serpente coronatam, adeo non cepit mens et intelligentia Moseri; ut nott. in libr. VIII. 239. p. 180. sq. *Ξυνώσας γέρας ἶσον ἐχιδνοκόμῳ παρὰ Δίρκῃ* alucinationem necteret huiusmodi: „Bacchus ipse dicitur a poetis *ἐχιδνοκομος*, quod utrinque ad eum spectat sive scribas *ἐχιδνόκομος*, ut sit serpentibus comae implicatis, sive *ἐχιδνοκόμος*, qui viperas alit et curat —. Itaque Dirce tamquam Baccha est sive *ἐχιδνοκόμος* sive *ἐχιδνόκομος*". Nam haec perindo argumentatus ille, quasi obscure rem Nonnus memoraverit in libr. IV. 357. p. 134,20. *Καὶ πόδας ἐστήριξε δρακοντοβότῳ παρὰ Δίρκῃ· Στῆ δὲ ταφὼν ὅθι λοξὰ φανεὶς ὀφιώδεϊ δεσμῷ Ἄρεος αἰολόνωτος ὄφις μιτρήσατο πηγὴν καὶ στρατὸν ἐπτοίησεν ὅσος πολὺς ἕσπετο Κάδμῳ* et 398. p. 134,29. *οὐ φονίῃ παρὰ Δίρκῃ Ῥύσεται ἑρπυστῆρα φυλάκτορα χάλκεος Ἄρης* et V. 4. p. 140,2. *Φαιδρύνας ἑὰ γυῖα δρακοντοβότῳ παρὰ Δίρκῃ* et XIII. 520. p. 382,12. *τὸν πρόμος ἡγεμόνευε λιπὼν ὀφιώδεα Δίρκην* (conf. XXV. 207. p. 652,29. *ὀφιώδεα Λέρνην*). Accedunt praeterea Scholiasta Hom. Il. IV. 407. p. 138,12. *καθ' ὃ (τεῖχος) Ἄρεος ἦν ἱερὸν ὡς καὶ Δίρκη*, unde Dircaei cognomentum Marti Nonnus fecit II. 677. p. 80,31. *Ἄρεα μὲν Διρκαῖον ἀεὶ πεφύλαξο χαλέψαι*, et Scholiasta Eurip. Phoen. 657. p. 145. *παρὰ τῇ Δίρκῃ δεινὸς ἦν δράκων — φύλαξ ὑπὸ τοῦ Ἄρεος κατασταθεὶς τῆς Δίρκης* et 1043. p. 223. *τοῦ ἐν Δίρκῃ δράκοντος*, Palaephatus VI. p. 41. *ὁ Κάδμος ἀποκτείνας τὸν ἐν Δίρκῃ δράκοντα*, Eustathius in Dionys. Perieg. 391. p. 169,12. sive Eudocia Viol. p. 78. *Κάδμος τὸν Ἄρεος ἀνεῖλέ ποτε ἐν Θήβαις δράκοντα τὸν τῆς Δίρκης φύλακα*, Tzetza in Lycophr. 1206. *ἀνελὼν τὸν φίλον τοῦ Ἄρεος δράκοντα φύλακα τῶν τῆς Δίρκης ὑδάτων ὑπάρχοντα.* Atque eandem in rationem loqui videntur, qui Dircaeos agros Spartorum natale dixerunt solum esse, Claudianus de Cons. Stilich. I. 319. „Dircaeis qualis in arvis Messis cum proprio mox bellatura colono Cognatos

strinxit gladios", Seneca Oedip. 587. „saeva prosiluit cohors Et stetit in armis omne vipereum genus Fratrum, catervae dente Dircaeo satae" et Lucanus IV. 550. „Sic semine Cadmi Emicuit Dircaea cohors ceciditque suorum Vulneribus dirum Thebanis fratribus omen". Itaque nisi satis credis, ut Delrius in Senec. Oedip. 714. Ciofanus in Ovid. Met. III. 102. Fischerus Palaeph. ind. v. *Δίρκη* conf. Prolus. I. p. 18., hanc discrepantiam deprehensam esse et denotatam, eligendum est, utrum alterorum sententiam falsam esse et inanem an neutros contemni malis; patet enim necesse esse alterutrum. Confundere autem utrumque haudquaquam difficile est. Namque ubi reputaveris, quod posuerunt Micyllus in Ovid. Met. III. 32. et Valckenarius in Eurip. Phoen. 645. p. 246., Dircen, a qua fonti nomen factum, posteriorem Cadmo fuisse, nihil negotii erit de controversia sic decidere, ut Dircaeum fontem eundem atque Martium fuisse cum Marklando in Eurip. Suppl. 653. p. 134. et Hermanno Quaest. Oedip. III. p. 104. sentias idemque te suasorem praebeas approbatoremque iudicii a Millino Monum. Antiq. Ined. T. II. p. 211. facti, nomen ex illato Dirces reginae funere mutatum fuisse Euripidemque, qui in rebus Cadmi narrandis Dirces interposuerit appellationem, ex eventu hoc fecisse. Quid igitur? quod quaestionis ratio ab Millino explicata est dilucide et congruenter atque invidiosum est de amplissimorum testium fide velle detrahere, nihilne ea valebunt? Nihil sane; quoniam Aretiadem a Dirce disiunctissimam fuisse et maxime diversam, testimonio licet coarguere, quod ut perspicuitate excellit ita omnem dubitationis caussam a se procul habet. Pausaniam enim auctorem habeo ultra Ismenum fluvium, qua subipsis Cadmeae moenibus solum assurgebat, conspicuum fuisse fontem Aretiadem IX. 10, 5. p. 37. *ἀνωτέρω δὲ τοῦ Ἰσμηνίου τὴν κρήνην ἴδοις ἂν ἥντινα Ἄρεώς φασιν ἱερὰν εἶναι.* Certum est enim atque exploratum et locorum situm a Pausania declarari secundum iter, quo Thebas Plataeis accesserit, et *Ἰσμήνιον* hic fluvium dici, non templum dei Ismenii. vid. huius libri cap. IV. Unde colligitur, ad numerum eorum, qui Aretiadis et Dirces delectum habuerunt nullum, adscribendum esse Ovidium Metam. III. 28. „Silva vetus stabat, nulla violata securi; Est specus in medio, virgis ac vimine densus, Efficiens humilem

lapidum compagibus arcum, Uberibus foecundus aquis. Hoc conditus antro Martius anguis erat", cum quo Statium Theb. IV. 419. et Senecam comparare succurrit Oedip. 530. „Est procul ab urbe lucus ilicibus niger Dircaea circa vallis irriguae loca", de quibus verbis rationis minime est illud recolere, quod Salmasius in Epictet. p. 145. et Rhoerius in Porphyr. de Abst. I, 36. p. 59. sq. atque Ouwensius Noctt. Hag. III. 8. p. 415. testatum fecerunt: „procul saepe ferme idem esse ac propinquo in loco". Add. Oedip. 725. „Tempore ex illo nova monstra semper Protulit tellus, aut anguis imis Vallibus editus annosa supra Robora sibilat supraque pinus Supra Chaonias celsior arbores Caeruleum erexit caput, Cum maiore sui parte recumberet, Aut foeta tellus impio partu Effudit arma". Hoc vèro usi initio et fundamento nostrae iudicationis id consectarium habemus, ut alios quicunque excitari possunt testes in contrariae sententiae auctores interrogemus. Excitari autem possunt fere ii, qui Menoecei mortem pro patria oppetitam commemorarunt subtilius. Namque is quum a Thebanis Argivo bello circumsessis cladem atque extrema mala non averti posse Tiresias monuisset, nisi si unus de Spartorum genere ortus Marti se mactaret Thebano nomini etiamtum a serpentis sui caede infestissimo, tum Menoeceus civium vitae largitus suum sanguinem letali ictu transfossum se de moenibus in serpentis lustrum praecipitavit. Auctores sunt Statius Theb. X. 756. 774. „At pius electa murorum in parte Menoeceus Iam sacer adspectu solitoque augustior ore — Constitit exempta manifestus casside nosci — insignemque animam mucrone corusco Dedignantem artus pridem moestamque teneri Arripit atque uno quaesitam vulnere rumpit. Sanguine tunc spargit turres et moenia lustrat" et v. 845. „Hac, ait, in Thebas, hac me iubet ardua virtus Ire, Menoeceo qua lubrica sanguine turris" et XI. 265. „Nulla patri requies: illum quaeritque tenetque, Illum sanguineos proflantem pectore rivos Aspicit et saeva semper de turre cadentem" et Hyginus fab. LXVII. p. 117. et CCXLII. p. 297. „Tum Menoeceus — se de muris praecipitavit" et fab. LXVIII. p. 118. „Menoeceus cum vidit se unum civium salutem posse redimere, muro se praecipitavit". Quibus illustrius huic caussae patrocinium

praebet ipse, mirum, Euripides Phoen. 931., *δεῖ τόνδε θαλάμαις οὗ δράκων ὁ γηγενὴς Ἐγένετο Δίρκης ναμάτων ἐπίσκοπος, Σφαγέντα φόνιον αἷμα γῇ δοῦναι χοὰς Κάδμου παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων Ὃς γηγενεῖ δράκοντι τιμωρεῖ φόνον.* 1009. *ἀλλ' εἶμι· καὶ στὰς ἐξ ἐπάλξεων ἄκρων Σφάξας ἐμαυτὸν σηκὸν ἐς μελαμβαθῆ Δράκοντος, ἔνθ' ὁ μάντις ἐξηγήσατο, Ἐλευθερώσω γαῖαν.* 1090. *ἐπεὶ Κρέοντος παῖς ὁ γῆς ὑπερθανὼν Πύργων ἐπ' ἄκρων στὰς μελάνδετον ξίφος Λαιμῶν διῆκε τῇδε γῇ σωτήριον* (Triclin. in Soph. Antig. 1303. *ὁ ἐν τῇ χειᾷ τοῦ δράκοντος ἀποσφαγείς*). v. 1315. *ὃν ἄρτι κρημνῶν ἐκ δρακοντείων ἑλὼν Αὐτοσφαγῇ δύστηνος ἐκόμισ' ἐν χεροῖν* et qui in Euripidis auctoritate delitescit Philostratus Imagg. I. 4. p. 9, 18. p. 768. *λόγιον γάρ τι Τειρεσίας λέγει τεῖνον ἐς Μενοικέα τὸν Κρέοντος ὡς ἀποθανὼν ἔνθα ἡ χειὰ τοῦ δράκοντος ἐλευθέρα ἡ πόλις ἐκ τούτου εἴη. — ἐφέστηκε δὲ τῇ χειᾷ τοῦ δράκοντος ἕλκων τὸ ξίφος καὶ ἐνδεδυκὸς ἤδη τῇ πλευρᾷ.* Ex quibus abunde emergit, fuisse lustrum serpentis sub ipsis urbis moenibus, id quod Iacobsius in Philostr. p. 231. adnotavit (Schol. Phoen. 1010. p. 216. *ὡς τοῦ σηκοῦ πλησίον τοῦ τείχους ὄντος* et 1009. p. 216. *ἐξ ἐπάλξεων (τῶν τειχῶν)· ἐνταῦθα γὰρ ἦν ὁ σηκὸς τοῦ δράκοντος*), et modico disiunctum intervallo a fossa, qua Thebas circumdatas diximus I. 3. p. 29. Videor enim eidem Scholiastae v. 1315. p. 273. *ὡς τοῦ Μενοικέως παρὰ τὸν τάφον ἔνθα ἦν ὁ δράκων κατακρημνίσαντος ἑαυτόν* cum pristino scribendi genere perspicuitatem sic posse reddere: *παρὰ τὴν τάφρον — κατακρημνίσαντος ἑαυτόν;* nec ferme quidquam harum permutatione vocum frequentius usu venit, de qua notasse satis habeo Diodor. Exc. Vatic. XXV. 4. p. 64, 21. Lycurg. c. Leocr. XI. 16. p. 162. Plutarch. de Ser. Num. Vind. II. p. 217. Vol. X. Theophil. ad Autolyc. I. 13. p. 85. C. Erotian. gloss. Hippocr. p. 218. Schol. Soph. Ai. 1389. p. 214. Hemsterh. in Lucian. Contempl. 23. p. 411. Vol. III. conf. Bast. Epist. crit. p. 186. Nam quod alter Scholiasta ad v. d. minutius et scrupulosius rem scrutatus protulit, Menoeceum cum facinore virum magnificum tum facinoris ostentatorem haud minorem in summis muris constitisse, quum in pomoerio iste specus pateret: *δεῖ νοεῖν ἔσω τῶν τειχέων τὸν σηκὸν τοῦ δράκοντος εἶναι. πῶς γὰρ εἶχε τὸ σῶμα*

ἀναλαβεῖν ὁ Κρέων τῶν πολεμίων παρακαθημένων; ἀπὸ δὲ τοῦ τείχους ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν ὁ παῖς εἰς ἐπίδειξιν τῆς ὑπὲρ τῆς πατρίδος προθυμίας conf. 1091. p. 229. ἐπ' ἄκρων δὲ πύργων πρὸς τὸ πᾶσι τὴν πρᾶξιν καταφανῆ γενέσθαι, totam eam ex vano opinionem esse vel Statius vincit Theb. X. 777. „Sanguine tunc spargit turres et moenia lustrat. Seque super medias acies nondum ense remisso Iecit et in saevos cadere est conatus Achivos. — Iamque intra muros nullo sudore receptum Gaudentes heroa ferunt. abscesserat ultro Tantalidum venerata cohors" et Apollodorus III. 6,7. p. 211. Μενοικεὺς ὁ Κρέοντος ἑαυτὸν πρὸ τῶν πυλῶν ἔσφαξε. Denique vas nuper in Neapolitanorum finibus repertum, cuius notitia nos impertivit Millinus T. II. Tab. XIX., serpentem illum habet excubantem in antro, supra quod a postica parte eminet murus polygoniis saxis constructus, quem Cadmeae murum esse vere coniecit Dodwellus Itin. Vol. I. P. II. p. 60. Qualis sit specus effictus exponit Millinus p. 211. sq. „La grotte elle — même présente, non pas une espêce d'architecture, mais une sorte de construction grossière. Ce sont des pierres annoncelées, dont les faces se sont naturellement iointes. C'est ainsi que l'on construissoit les plus anciens mures, en posant les unes sur les autres des pierres énormes et ayant soin de les ajuster le plus convenablement possible d'après leurs différentes surfaces. Tels étoient les murs d'Argos, tels étoient ceux de Sicyone, qu'on disoit avoir été bâtis par les Cyclopes. Ovide dit que l'entrée de cette grotte étoit naturellement formée en voûte; c'est ce qu'on n'observe pas sur notre monument". Quibus ita explanatis audacter dico, non temere confirmo, de Aretiade loqui Dicaearchum eo loco, quo aquam narrat per fistulas a Cadmo factas delabi ex Cadmea Vit. Graec. p. 189. (Boettig. Amalth. II. p. 319. not.) φέρεται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς Καδμείας ὕδωρ ἀφανὲς διὰ σωλήνων ἀγόμενον ὑπὸ Κάδμου τὸ παλαιὸν, ὡς λέγουσι, κατεσκευασμένων, quae secus accepit Barthelemyus salientes in urbem ductos fuisse autumans Itin. Anach. Vol. III. p. 239. Et nitidissimi quidem ac perlucidi ad imum stagni, gelidissimas aquas profundentem fuisse Martium fontem infra intelligetur cap. VI. Fontium igitur scatebris — nam in ea quoque Cadmeae parte, quae ad Caurum vergit,

fontem esse antro inclusum testis est Dodwellus Itin. Vol. I. P. II. p. 60 — fontibus igitur bene riguus ille collis fuit, cui similem accepimus naturam arcis Corinthiae fontibus scatentis, ut ait Livius XLV. 28. (add. Wernsdorf. in Himer. Eclog. XIII. 22. p. 222. Aristid. Rhod. I. p. 540,11, *τὴν ἀκρόπολιν πηγιδίων καὶ ἀλσῶν μεστήν*, quod malim legere pro *πεδίων*), vel Alexandrinae (Aphthon. Progymn. XII. p. 108,3.) atque Cecropii montis, qui quum apertum non evergeret rivum, occultos continuit latices, quorum venae in campum Phlegraeum permanarent Schol. Arist. Lysistr. 912. *ἔχει δὲ τὰς ῥύσεις Κλεψύδρα ὑπὸ γῆν φέρουσα εἰς τὴν Φλεγρεωδη λειμῶνα.* Hesych. p. 276. *Κλεψύδρα κρήνη* (*ἐν ἀκροπόλει* Schol. Aristoph. Av. 1700. p. 507,24. sive Istri fragm. p. 63.) *ἥτις τὸ πρότερον Ἐμπεδῶ προσηγορεύετο. — ἔχει δὲ τὰς ῥύσεις ἀνατελλούσας εἰς τὸν Φαληρέων δῆμον.* Quod nomen illustrat Pausanias IV. 33,1. p. 286. Vol. II. *ἐς δὲ τὴν κορυφὴν ἐρχομένῳ τῆς Ἰθώμης, ὃ δὴ Μεσσηνίοις ἐστὶν ἀκρόπολις, πηγὴ Κλεψύδρα γίνεται* et 31,5. p. 278. *Μεσσηνίοις δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ — Ἀρσινόη κρήνη —: ὑπορρεῖ δὲ ἐς αὐτὴν ὕδωρ ἐκ πηγῆς καλουμένης Κλεψύδρας.* Ergo non amplius latet, cuius fontis aquam afferri Pentheus apud Nonnum XLV. 348. p. 1178,16. iubeat, cum regia videretur incendio rapi *Καί σέλας αὐτοέλικτον ἰδὼν βρυχήσατο Πενθεύς· Κέκλετο δὲ δμώεσσιν ἄγειν ἀλκτήριον ὕδωρ, Ὄφρα κατασβέσσωσιν ἀναπτομένην φλόγα πυρσοῦ Δῶμα περιῤῥαίνοντες ἀλεξικάκοισι ῥεέθροις· Καὶ γλαφυρῶν γυάλων ἐφάνη γυμνούμενον ὕδωρ Καὶ μεγάλη περ ἐοῦσα ῥόον τερσαίνετο πηγὴ, Ἄγγεσι νηρίθμοισιν ἀφυσσομένου ποταμοῖο* conf. Eurip. Bacch. 581. *ὁ δ' ὡς ἐςεῖδε δώματ' αἴθεσθαι δοκῶν Ἥισσ' ἐκεῖσε κᾆτ' ἐκεῖσε δμωσὶν Ἀχελῶον φέρειν Ἐννέπων*, nec si quid ego recte video in loco quem nemodum curiosius introspexit, in deliberationem cadit ab Euripide Hippol. 555. *ὦ Θήβας ἱερὸν Τεῖχος, ὦ στόμα Δίρκας* verbo Dircen, re Aretiadem declarari; nisi vero si quis est, qui verba Scholiastae Aeschyli supra posita I. 2. p. 28. *καλεῖται δὲ ἐνταῦθα καὶ Ἄρειον τεῖχος καὶ Ἀρητιὰς κρήνη* ad comparationem insigniter apta esse non putet. Quaerenti autem quid sit illud *στόμα* nolo hercule illa Eustathii in Iliad. XI. 495. p. 858,63. *τόπος ἔνθα τὸ ποτάμιον ὕδωρ εἰς θάλασσαν ἐρεύγεται — καὶ*

στόμα ποταμοῦ καὶ στόμιον λέγεται et XIV. 35. p. 965,55. et Odyss. V. 441. p. 1545,11. Serv. in Virg. Aen. III. 694. p. 243. sq. et intpp. Veron. p. 316. venditare, vel *στόμα πόντου* Himer. Orat. XIV. 28. p. 658. *στόμα λίμνης* Nonn. XXXIII. 199. p. 832,6. Coluth. 207. vel quae prostant apud Blomfieldum in Aesch. Pers. 882. gloss. p. 178. et Klotzium in Tyrt. II. 25. p. 98; immo haec potius suggerenda sunt, quo pateat non effluvium, sed fontis exortum excursumque vel hiantem patentemque exitum, quo aqua effunditur fontisque, ut verbo dicam, os faucesque (Plin. Epist. IV. 30,5.) vel hiatus (Ovid. Met. III. 162.), id est specum sub ima Cadmea situm, unde Aretias primum emicat, recte hic intelligi, talia potius suggerenda sunt, quale est illud Mariani Scholastici Epigr. III. 4. Anth. Gr. T. III. p. 212. *χλωρὸν ὅπου πλατάνων αὐτόῤῥυτον ἐς μέσον ὕδωρ καλὰ πολυκρούνων ἐκπροῤῥεῖ στομάτων*, Nonni XXIII. 282. p. 618,1. *Ὠκεανὸς — ῥόον ἀενάων στομάτων κρουνηδὸν ἰάλλων* et III. 160. p. 94,9. *πηγὴ δίστομος*, Alexandri Aetoli ap. Parthen. XIV. p. 373. Anthol. Gr. T. I. p. 209. v. 24. *Γαῦλός μοι χρύσεος φρείατος ἐκ μυχάτου Ἄρτι γ' ἀνελκόμενος διὰ μὲν καλὸν ἤρικεν ὄγκον Αὐτὸς δ' ἐς Νύμφας ᾤχετ' ἐφυδριάδας — ἀλλ' εἴ μοι (ἐπεὶ καὶ πᾶσιν ἀκούω Ῥηϊδίην οἶμον τοῦδ' ἔμεναι στομίου) Ἰθύσας ἀνέλοιο, τότ' ἂν μέγα φίλτατος εἴης* explicatum a Piersono in Moer. p. 194. vel Heliodori I. 29. p. 52. et Excerpt. de Antiqq. Constantinopol. Lib. VI. p. 124. E. *ἐκεῖσε δέ ἐστι τὸ Ἄορνον στόμα*, id est *τῆς πέτρας ῥῆγμα*, ut ait Philostratus Vit. Apollon. II. 10. p. 58., et Eurip. Herc. Fur. 24. *Ταινάρου στόμα* atque auct. Mirab. Auscult. LIII. p. 109. *ἐν τοῖς περὶ Λυδίαν μετάλλοις — κατέφυγον οἱ ἐργαζόμενοι ἐπ' αὐτὰ· τοῦ δὲ στομίου ἐποικοδομηθέντος ἀπεπνίγησαν*, Zonar. Annal. IV. 9. p. 185. C. *τῷ στομίῳ τοῦ φρέατος*, Schol. Gregor. Naz. p. 54. Gaisf. *Πολύφημος λίθον μέγαν περὶ τὸ στόμα τοῦ ἄντρου κυλίων*, alia quae sunt apud Blomfieldum in Aesch. Choëph. 794. p. 179. Eumen. Paneg. Constantin. 22,1. p. 418. Iaeg. „Apollinis lucos et sacras aedes et anhela fontium ora circumeat". Heins. in Ovid. Met. XV. 274. Denique de verborum delectu a Pausania habito, qui ubi Martis tamquam puteum ultra Ismenum comparere Plataeis adventanti docuit, fontis olim custodem addit serpentem fuisse p. 37. *ἀνωτέρω*

δὲ τοῦ Ἰσμηνίου τὴν κρήνην ἴδοις ἂν ἥντινα Ἄρεώς φασιν ἱερὰν εἶναι καὶ δράκοντα ὑπὸ τοῦ Ἄρεως ἐπιτετάχθαι φύλακα τῇ πηγῇ — πρὸς ταύτῃ τῇ κρήνῃ τάφος ἐστὶ Κάνθου, nihil praetermittendum est, quin enucleate perscribatur. Namque haec duo verba, quae maxime paria esse nonnullis visa sunt, utique sic tum coniunguntur, ut ab Aristide Smyrn. p. 232, 9. κρῆναι δὲ καὶ πηγαί, Artemidoro II. 27. p. 190. πηγαὶ δὲ καὶ κρῆναι καὶ πίδακες, Himerio Or. I. 8. p. 336. ποταμοὶ καὶ λίμναι, ἔτι δὲ κρῆναι καὶ πηγαὶ καὶ φρέατα, tum separantur, ut πηγαὶ sint scaturigines, κρῆναι aquarum quaedam quasi collectiones et receptacula vel fontes arte facti, ut scientissime expedivit Siebelisius in Pausan. I. 14, 1. adnott. p. 44. Pausan. II. 3, 3. p. 213. λέγουσιν ὡς ἡ Πειρήνη γένοιτο ὑπὸ δακρύων ἐξ ἀνθρώπου πηγή. — κεκόσμηται δὲ ἡ πηγὴ λίθῳ λευκῷ καὶ πεποιημένα ἐστὶν οἰκήματα σπηλαίοις κατὰ ταὐτὰ, ἐξ ὧν τὸ ὕδωρ ἐς κρήνην ὕπαιθρον ῥεῖ et IV. 31, 5. p. 278. Vol. II. ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐστιν — Ἀρσινόη κρήνη. — ὑπορρεῖ δὲ ἐς αὐτὴν ὕδωρ ἐκ πηγῆς καλουμένης Κλεψύδρας. Liban. μονῳδ. ἐπὶ Νικομ. Vol. III. p. 342, 25. ὦ πλήθη ναμάτων — ἐπὶ ποίας κρήνας ῥεῖτε; ἀπερρώγασι μὲν ὀχετοὶ καὶ πολυσχιδεῖς τῶν ὑδάτων ὁδοί· φέρεται δὲ τῶν πηγῶν ἡ χορηγία κατὰ τὸ εἰκὸν χαράδρας τε ἐργαζόμενον καὶ ἐν τοῖς κοίλοις λίμναζον. Qua ratione auctor libelli de fluviis II. 1. p. 433. serpentem illum appellavit τὸν κρηνοφύλακα Δράκοντα, quod nomen quorum magistratuum proprium fuerit constat vel per Iungermannum in Polluc. VIII. 112. p. 935. (conf. Niclas. in Geopon. XV. 2, 4. p. 1058.). Add. Dicaearch. Vit. Graec. p. 193. ἡ τῶν Χαλκιδέων πόλις ὕδωρ ἔχουσα ὑγιεινὸν καὶ ψυχρὸν τὸ ἀπὸ τῆς κρήνης τῆς καλουμένης Ἀρεθούσης, ῥέον ἱκανὸν ὡς δυναμένης παρέχειν τὸ ἀπὸ τῆς πηγῆς νᾶμα πᾶσι τοῖς τὴν πόλιν κατοικοῦσιν. Etym. M. p. 138, 18. Ἀρέθουσα· ἡ πηγή· παρὰ τὸ ἄρδω τὸ ποτίζω· ἵν' ᾖ ἡ ποτίζουσα ἄρδην πάσας τὰς κρήνας καὶ τοὺς ποταμούς. lib. Bandinii II. p. 290. κρῆναι καὶ λίμναι καὶ πηγαὶ καὶ ποταμοὶ ὅσοι θαυμάσιά τινα ἐν ἑαυτοῖς ἔχουσι. Caesar. Dial. I. Interr. 20. Resp. p. 13. E. ἡ ἐκ τῆς θείας κρήνης πηγὴ ἀέναος. Conf. II. cap. I. p. 100. Non de nihilo igitur κρήνην interpretatur Hesychius p. 345. ὕδωρ ἀγώγιμον, aut πηγὴν ab hoc saliendi argumento dictum esse volunt Scholiasta Eurip. Phoen. 1296.

p. 270. *κατὰ πάθος μεταβληθέντος τοῦ γ εἰς τὸ δ, ὡς ἐν τῷ Δημήτηρ, πηγὴ, πηδὴ παρὰ τὸ τὸ ὕδωρ πηδᾷν ἄνω* et Moschopulus *περὶ σχεδ.* p. 86. *πηγή· πηδῶ* et Etym. M. p. 669, 16. *πηγή· παρὰ τὸ πηδῶ ῥῆμα* conf. p. 671, 21. Anecd. Cram. I. p. 419, 4. *πηγή· πηδὴ γὰρ ἦν καὶ γάμος ἀπὸ τοῦ θάμος* et auct. lex. schedogr. v. 662. Boiss. Vol. IV. p. 399. *πηδῶ, πηγήδιον (πηγίδιον) καὶ πηγιμαῖον ὕδωρ.* Sed enim mediocriter ferendum est, si qui horum vices verborum alternarunt ac permutarunt, ut Himerius Orat. XXVII. 3. p. 832. *κρήνη τῶν προποδῶν αὐτοῦ ἐκδίδωσιν, ἣν — πηγὴν ταύτην καλοῦσιν Αἰθίοπες*, Libanius Antioch. Vol. I. p. 302, 15. *κρήνην ἐκδοθῆναί φασι Πηγάσου τῷ ποδὶ τὴν πέτραν πλήξαντος· τοσούτῳ δὲ τοῦτο θαυμαστότερον, ὅσῳ μᾶλλον εὔλογον πηγὴν ἐκ γῆς ἐκπηδᾷν*, Caesarius Dial. I. Interr. 76. p. 44. A. *οὐκ ἀνηλώθη τὸ πηγαῖον ὕδωρ*, sed Respons. *τὸ μὲν κρηναῖον οὐκ ἀπολήγει* et Interrog. 77. p. 44. C., sed Resp. *κρηναῖον ὕδωρ*, Anecd. Bachm. I. p. 448, 10. *κρήνη γὰρ ἡ πηγή.*

Restat ut Hygini caussa cognoscatur ac suscipiatur. Is enim Castalii fontis custodem perhibet ab Cadmo interemptum fab. CLXXVIII. p. 250. „Cadmus sorte audita cum imperata perfecisset et aquam quaereret, ad fontem Castalium venit, quem Draco Martis filius custodiebat" et VI. p. 23. „Cadmus — draconem fontis Castalii custodem occiderat". Quod quamvis imperite dictum esse videri possit, ut visum est Heynio in Apollod. p. 554., et Millino l. d. p. 211., Hermanno Quaest. Oedip. III. p. 104., dignum tamen est quod diligentius consideretur. Atque erunt, qui tam miram narrationis discrepantiam maiori cuidam assignent scribentis imprudentiae, qua factum sit, ut in aliam partem, ac dicta erant, acciperet verba velut Senecae Oedip. 711. „Castalium nemus Umbram Sidonio praebuit hospiti Lavitque Dirce Tyrios colonos" (conf. Ovid. Met. III. 14. Nonn. IV. 310. p. 130, 7.) aut Euripidis Phoen. 222. *Καδμείαν δ' ἔμολον γᾶν — Ἴσα δ' ἀγάλμασι χρυσοτεύ – κτοις Φοίβῳ λάτρις ἐγενόμαν. Ἔτι δὲ Κασταλίας ὕδωρ Ἐπιμένει με* aut alius cuiuspiam. De qua quidem componendae caussae ratione iis, qui volent istam, gratiam facio. Equidem haud incertam inter auctores rem habeo in medium afferre. Invenio enim in scholiis grammatici cod. Leid. in Eurip. Phoen. 1007. p. 215., (cuius quam

obiurgavit Valckenarius p. 721. inscitiam qua compensabimus honoris significatione?) Delphinii serpentis dentes a Cadmo sparsos fuisse: *ἐν Θήβαις ταῖς ἑπταπύλοις τῆς Βοιωτίας λέγεται ὅτι Κάδμος ἢ ἄλλος τις λαβὼν τοὺς τοῦ Δελφικοῦ δράκοντος ὀδόντας ἔσπειρεν εἰς τὴν γῆν.* Quae quid conceperint vitii manifestum reddit Nonnus Narr. XVIII. p. 93. *ἐν Θήβαις τῆς Βοιωτίας λέγεται ὅτι Κάδμος ἢ ἄλλος τις λαβὼν τοὺς τοῦ Δελφινίου δράκοντος ὀδόντας ἔσπειρεν εἰς τὴν γῆν* et Schol. Clark. Greg. Naz. p. 45. *θῆρες δέ εἰσι καὶ θηρομηγεῖς οἱ ἐκ τοῦ δελφινου δράκοντος ὑπὸ Κάδμου σπαρέντες ὀδόντες ἐξ ὧν ἀνεδόθησαν ἄνδρες ἔνοπλοι δρακοντοειδεῖς οἱ καὶ ἑαυτοῖς ἐχρήσαντο ἑστηκότες.* Itaque nonnulli, in quibus essent reconditiores quaedam litterae, serpentem a Cadmo necatum appellarunt Delphinium sive Delphinen; eius dentes enim non aliunde et nullo periculo acceptos, sed caede monstri partos a Cadmo in agrum iactatos fuisse dandum Hygino est. Meruit autem non minus eo nomine appellari Boeotius serpens, quam Python, ut qui etiam ipse pro specu excubaret. Utor enim in hac re, nec quidquam melius mihi est, arbitro et disceptatore Bernhardyo in Dionys. Perieg. 442. p. 637. qui „quid vetat, inquit, Sicula glossa *δελφύα* uti (et usus erat Salmasius Plin. Exerc. p. 238. E.), unde vocis *Δελφύνη* originem cognoscamus? quae cum uterum significaret perinde ac *δελφινία* teste Etym. M. p. 254. extr., tum doctis hominibus potuit aptissima videri ad naturam *γυάλων* declarandam id est sancti terrarum hiatus, cui Pythone deiecto penetralia templi superstructa sunt"? Eius igitur nominis communio sive ultro subnata sive arcessita in utriusque serpentis confusionem vertit, ut quem draconem inter astra conspicuum plerique omnes obtinerent esse ab Apolline sublatum, eum essent tamen qui signo esse vellent victoriae ab Cadmo reportatae auctore Scholiasta Arati Phaenom. 45. p. 23. *Δράκων δὲ οὗτος ὃν ἀνεῖλε Κάδμος· — ὡς δὲ ὁ πολὺς λόγος ὁ ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀναιρεθεὶς Πύθων* (sic Munck. Hygin. Poet. Astr. I. 4. p. 362.); mitto enim de Ladone Typhonis et Echidnae progenie et beatissimi horti custode (Spanhem. de Us. et Pr. Num. Diss. VI. 5. p. 332. Pherecyd. fr. XXX. p. 134. Theon. l. d. Muncker. Hyg. l. d. p. 361.) ac serpente a Gigantibus Minervae obiecto (Hygin. l. d. p. 362. Schol. Ger-

manic. 48. p. 41. Serv. Virg. Georg. I. 244. p. 208.). Quin in, eam quoque partem suam isti facile intenderunt eruditionem, ut de Thebano serpente, qui proxime ab eo loco, ubi postea Ismenii Apollinis delubrum conditum est, excubias haberet, similiter existimaretur atque de Pythone, per quem, ut habebatur serpentium natura ad vaticinandum instructissima (Spanhem. de Us. et Pr. Num. Diss. IV. p. 212. et in Callim. h. in Del. 91. p. 394. Rhoer. in Porphyr. de Abstin. p. 221. Reiff. in Artemidor. IV. 68. p. 483.), haud levia Delphico oraculo adiumenta importata esse crederentur et ab iis, quos in lucem evocavit Bernhardyus in Dionys. l. d. p. 637. sq. et ab Euripide Iphig. Taur. 1210. *Παρνάσιον κορυφὰν, Ὅθι ποικιλόνωτος οἰνωπὸς δράκων Σκιερᾷ κατάχαλκος εὐφύλλῳ δάφνᾳ, Γᾶς πελώριον τέρας, ἄμφεπε — μαντεῖον χθόνιον* et Niceta Choniata p. 591,18. *εἰσὶ δ' οἳ καὶ πνεύματι Πύθωνος κάτοχοι εὐστόχως εἰρήκασιν, οἷς ἐθέμην μάλιστα καὶ αὐτός.* Sed quid ego haec ita, quum Delphos paene totos Thebae quibusdam videri potuerint insigni quadam similitudine exscripsisse. Nimirum quem Delphi incolam habuerunt Daphnaeum Apollinem, eum Thebani quoque dixerunt suum esse neque aut ille his artem suam invidit aut hi patrium oraculum umquam omiserunt tripodum apparatu reddere opulentissimum; quo de subtilius et copiosius disseretur loco suo. Quodque decori fuit Delphis Delphusa fons (Stephan. Byz. p. 150,6. *ἔστι καὶ Δελφοῦσα τοῦ τόπου κρήνη*), non ita procul a Thebis abfuit Telphusa Tiresiae sepulcro nobilis Stephan. p. 409,19. 25. *Τέλφουσσα πόλις Ἀρκαδίας ἀπὸ Νύμφης λεγομένης Τελφούσσης θυγατρὸς Λάδωνος· — ἔστι καὶ Βοιωτίας Τίλφωσσα κρήνη καὶ ὄρος.* Schol. Iliad. XXIII. 346. p. 613. b. 19. *Ποσειδῶν ἐρασθεὶς Ἐρινύος — ἐμίγη κατὰ Βοιωτίαν παρὰ τῇ Τιλφούσᾳ κρήνῃ.* Schol. Par. Lycophr. 562. p. 133. *Ὀρχιεὺς Τελφούσιος ἐπώνυμα Ἀπόλλωνος παρὰ Βοιωτοῖς* Ruhnk. Epist. Crit. I. p. 17. Mueller. Orchom. p. 47. et 480. Clinton. Fastt. Hell. p. 415. not. t. Siebelis. in Pausan. VIII. 25,1. p. 274.; haec duo enim verba ut scriptura discrepant, ita re unum sonant iudice Muellero Orchom. p. 148. et 480. et Welckero de Cret. Col. p. 45. not. 103. atque Lobeckio Paralip. p. 47. not. 54. Stephan. Byz. p. 150, 10. *ἔστι καὶ Δελφουσία πόλις Ἀρκαδίας, ὡς Ἀνδροτίων ἐν β'.*

Ἀτθίδος. Lobeck. Aglaoph. p. 1183. hymn. Hom. in Apoll. 244. 377. sq. Reiz. ap. Ilgen. p. 295. sq.; serpentem autem illum parentes habuisse Martem et Tilphosam Erinnyn proditum est ab Scholiasta Soph. Antig. 127. p. 78. ἐγεγόνει ὁ δράκων ἐξ Ἄρεως καὶ Τιλφώσσης Ἐριννύος. Conf. Lactant. in Stat. Theb. VI. 85. p. 261. B. „serpens (qui interemit Archemorum) fuisse Martis filius credebatur". Ad hoc Corycium antrum non in Parnaso solum (Barth. in Stat. Theb. VII. 348. Gronov. in Cebet. Tab. p. 51. Ilgen. h. in Apoll. 186. p. 318. Beckmann. in Antig. Caryst. CXLI. p. 190. Siebelis. in Pausan. X. 32, 5. p. 285.), verum in Cithaerone etiam extitit. Testis est auctor de fluv. II. 1. p. 434. Κάδμος τὸν κρηνοφύλακα Δράκοντα τοξεύσας καὶ εὑρὼν ὥςπερ πεφαρμακευμένον φόνου τὸ ὕδωρ περιήρχετο τὴν χώραν ζητῶν πηγήν· γενόμενος δὲ κατὰ τὸ Κωρύκαιον ἄντρον (antrum Corcyraeum, si diis placet, apud Natal. Comit. IX. 14. p. 1008. conf. var. lectt. Caes. Bell. Civ. III. 78.) κατὰ πρόνοιαν Ἀθηνᾶς τὸν δεξιὸν πόδα βαθύτερον ἐς πηλὸν ἤρεισεν· ποταμοῦ δ' ἀναδοθέντος ἐκ τοῦ τόπου ὁ ἥρως βουθυτήσας, cuius memoriam nihil recordatus est vera per errorem scribens Oberlinus in Vib. Sequestr. p. 312. „Corycium antrum habuit et Cilicia et Boeotia". Idem fortasse licet exemplo Aeschyli confirmare, quo Scholiasta affert Pentheum dici in Parnaso discerptum in Eumenid. 26. p. 407. νῦν φησιν ἐν Παρνασσῷ εἶναι τὰ κατὰ Πενθέα, ἐν δὲ ταῖς Ξαντρίαις ἐν Κιθαιρῶνι (fr. 157.), cum in Cithaerone id accidisse omnes contestentur, ut Pausanias IX. 2, 3. p. 8. καθότι δὲ τοῦ Κιθαιρῶνος Πενθεῖ τῷ Ἐχίονος ἐγένετο ἡ συμφορὰ — οἶδεν οὐδεὶς et, qui Pausania fuisse a doctrina instructior videtur, Strabo IX. p. 408. (p. 438.) Σκῶλος δ' ἐστὶ κώμη τῆς Παρασωπίας ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι — καὶ τὸν Πενθέα δὲ ἐνθένδε καταγόμενον διασπασθῆναί φασιν et Schol. Lucan. VI. 359. p. 453. Iacobs. Philostr. I. 18. p. 317. Commemorabit aliquis, puto, hoc loco etiam illud grammaticorum commentum, quod prodidit Servius in Virg. Aen. X. 167. p. 558. „Parnassus mons est Thessaliae iuxta Boeotiam, qui in duo finditur iuga Cithaeronem Liberi et Heliconem Apollinis et Musarum" et VII. 641. p. 435. „Parnassus mons Thessaliae dividitur in Cithaeronem Liberi et Heliconem Apollinis" et in Georg. III. 43. p. 269. „Cithae-

ron pars Parnassi" et 291. p. 277. „per Parnasi ardua Heliconem et Cithaeronem montes Musis dicatos significat", Scholiasta Stat. Achill. I. 10. p. XI. Dommerich. „Aonia est regio in qua fuit mons Parnasus, qui fuit divisus in duo cacumina sive in Heliconem" conf. Steph. Byz. p. 415,32. *Θορaία πόλις Βοιωτίας — ἔστι δ' ἐν τῇ ἄκρᾳ Παρνασσοῦ.* Schol. Aristid. p. 65,25. *Κασταλικὴ — Βοιωτίας εἶπε.* Variare igitur ex solito aliquid videntur, qui ut in Cithaerone sic in Parnaso scirent extitisse antrum Corycium Bacchicis sacris nobilissimum conf. Wyttenbach. in Plutarch. de Ser. Num. Vind. 22. p. 115. Moser. in Nonn. Dionys. IX. 102. p. 225. Iacobs. in Philostrat. Imagg. p. 293. Hoc vero postquam exquisitum est et pensitatum, ars et scientia eorum dilucere coepit, qui apud Statium Theb. VII. 348. „qui Parnason utrumque Aut Cirrham tauris Anemoriamque supinant Coryciumque nemus propellentemque Lilaeam Cephisi glaciale caput, quo suetus anhelam Ferre sitim Python amnemque avertere ponto" Corycio antro Ogygium mutaverunt, de quibus sic Lactantius p. 330. A. „quidam Ogygium legunt, quia post Cadmum Ogygius Thebas rexit: quo vocabulo antiqui Thebanos intelligi volebant; post etiam nemori est hoc nomen impositum". Postremo quid vehementius mirere Castaliam in Thebano agro collocatam? Antiochiae quidem certe, quae etiam ipsa Delphorum instar affectaverat, non deerat Castalius fons, de quo loquuti sunt Valesius in Euagrii Hist. Eccles. I. 16. p. 62. Casaubonus in Spartian. Vit. Hadrian. 2. p. 21. Bochartus Chan. I. 16. p. 466. sq. Gavellus Misc. Obss. Nov. T. VII. p. 785. Oberlinus in Vib. Sequestr. p. 226. Olearius in Philostr. Vit. Apollon. I. 16. p. 19. not. 6. Gregor. Naz. carm. LXI. 256. p. 145. A. *Κασταλίη τε Δάφνη τε, δρυὸς μαντεύματα κείσθω.* Scholiasta Eurip. Phoen. 222. p. 66. *Κασταλία ὄνομα πηγῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ· ἔστι καὶ τὸ ἐν Δελφοῖς ὕδωρ.* Elias Cretensis in Gregor. Nazianz. Orat. IV. p. 466. sq. „Castalia vero fons quidam erat in Antiochia cum iucundissimo quodam susurro ac spiritu manans, de quo bibentes qui susurrum illud sentiebant daemonis opera et afflatu vaticinia edebant". Nonnus p. 47. Gaisf. *ἔστι τις ἐν Ἀντιοχείᾳ πηγὴ Κασταλία λεγομένη ἐν ᾗ λέγεται τὸν Ἀπόλλω παρεδρεύειν καὶ μαντείας καὶ χρησμοὺς τοῖς ἐρχομένοις περὶ τὸ ὕδωρ λέγε-*

σθαι· λέγεται δὲ ὅτι ἡνίκα τις ἐμαντεύετο αὔρας λεπτὰς καὶ πνοὰς τὸ ὕδωρ ἀνεδίδου.

CAPUT III.

DE ISMENO FLUVIO.

Veniam ad Ismenum Boeotiae vel, quod alii maluerunt, Thebarum fluvium. Schol. Dionys. Perieg. 391. p. 349,19. Ἰσμηνὸς δὲ ποταμὸς Βοιωτίας· οἱ δὲ λέγουσι τῶν Θηβῶν. auctor de fluv. c. II. 1. p. 433. Ἰσμηνὸς ποταμός ἐστι τῆς Βοιωτίας κατὰ πόλιν Θήβας. Schol. Apoll. Rhod. I. 537. p. 378. Phavorin. p. 390. Stephan. Byz. p. 223,30. Ἰσμηνὸς ποταμὸς Βοιωτίας. Schol. Aesch. Sept. c. Theb. 258. p. 169. et Eurip. Phoen. 101. p. 30. et Callimach. h. in Del. 77. p. 104. Ἰσμηνὸς ποταμὸς Θηβῶν. Tzetz. in Lycophr. 1211. Ἰσμηνὸν Θηβῶν ποταμὸν et Chiliad. X. 388. p. 379. ὁ Ἰσμηνὸς ὁ ποταμὸς Θηβῶν τῶν ἑπταπύλων. His quidem litteris id nomen locis ut plerisque omnibus ita iis, quos posuit Siebelisius in Pausan. IX. 9,1. p. 32., consignatum extat, praeterquam quod Dicaearchus Descr. Graec. 103. p. 208. eo correpto usus est hoc versu: Ποταμοὺς δ' ἔχει τὸν μὲν λεγόμενον Ἰσμενόν. Et usus est Dicaearchus solus, tamen etsi eam formam Spanhemius in Callimach. h. in Del. 77. p. 375. aliubi inveniri haud abnuat. Quam formam quod Casaubonus duriusculam esse iudicaverat ad v. 81., Gailius in Geogr. Gr. Min. Vol. II. p. 159. hanc habuit rationem: „priscis temporibus utramque syllabam eodem signo expressam fuisse et inde Dicaearchum etiamnunc sibi indulsisse, ut longum η corriperet in ε". Neque decrevit hoc falso; verum ille modus, unde ortum est hoc aut talia ut Θέβαι, Ἀθεναῖοι, quantumvis frequenter in nummis veteribus monumentorumque titulis appareat, in manuscriptis libris certe aut numquam, id quod omnino dicit Wassius in Thucyd. I. 10. p. 304. et II. 3. p. 397. Vol. II., aut patet perraro. At enim exscriptum olim fuit Ἰσμενίου apud Arrhian. Exp. Alex. II. 15,3. tenentque Ἰσμενὴν codex Oxoniensis Malalae II. p. 52,11. et Ἰσμενίας codd. Nicephor. Basil. Progymn. VII. 11. p. 491,6. et Scholiast.

Aristid. Panath. p. 83, 3. et 5.; verum *Ἰσμένιον*, quod ex Plutarch. vit. Lysandr. XXIX. p. 172. Vol. III. affert Lobeckius in Phryn. p. 371. et, quod ex Tzetzae Chiliade prima Chilmeadus in Malal. p. 508., *Ἰσμενίας* operarum errorem fatentur. Equidem ne parum Dicaearchus sit sine iusta quadam excusatione purgatus, illud reputari volo, quod Boeckhius docuit Corp. Inscr. Vol. I. P. V. c. 1, 5. p. 720. sq.: „ubi Dores et Aeoles vulgo etiamsi non constanter retinent *η* et ubi id ex *ε* natum est, Boeoti id mutant in *ει*; sic *μεῖλον*, *Θειβεῖος*, *Ἰσμεινίας*". Sequitur ut disceptatio et cognitio fiat alterius formae *Ἰσμήνιος*, quotiescunque sermo de illo fluvio inciderat, toties usurpatae ab Pausania IX. 9, 1. p. 33. *γενομένης δὲ πρὸς τῷ Ἰσμηνίῳ μάχης ἐκρατήθησαν οἱ Θηβαῖοι τῇ συμβολῇ* et 10, 2. p. 35. *ἔστι δὲ λόφος ἐν δεξιᾷ τῶν πυλῶν ἱερὸς Ἀπόλλωνος· καλεῖται δὲ ὅ τε λόφος καὶ ὁ θεὸς Ἰσμήνιος παραῤῥέοντος τοῦ ποταμοῦ ταύτῃ τοῦ Ἰσμηνίου* et 5. p. 37. *Ἀνωτέρω δὲ τοῦ Ἰσμηνίου τὴν κρήνην (Ἄρεως) ἴδοις ἄν*. Quam quidem formam adnotasse ut animadversione dignam satis habuerunt Ortelius in Thes. Geogr., Pirkheimerus ad Ptolem. p. 54. Harduinus in Plin. Nat. Hist. IV. 12. Vol. II. p. 56. Barth. in Theb. Stat. IX. 417. p. 1003. Berkelius in Stephan. Byz. p. 833. ed. Dind. Davisius in Maxim. Tyr. Diss. XLI. p. 274. Siebelisius in Pausan. Vol. IV. annott. p. 32., verum ut adulterinam correctione castigarunt quasi suo iure Spanhemius in Callimach. h. in Del. 80. p. 377. Hermannus in Eurip. Suppl. 681. p. 47. Augustus Matthiae Eurip. T. VII. p. 281. 282. Ellendtius Lex. Soph. p. 845. Et id tolerabile est; quid enim dicam hac rei a nullodum in lucem prolatae atque explanatae obscuritate? Quocirca mihi aliqua in illum locum disserenda sunt simul ut quaestionem supra I. 3. (Coroll. IV.) inchoatam ad exitum adducam. Occursat autem hic ultro turba illa nominum a scriptoribus in nullo positorum discrimine, quam tetigit Lobeckius Paralip. p. 305., *Λύκος* et *Λύκιος* Hemsterh. in Aristoph. Plut. 627. p. 207. *Ἴασος* et *Ἰάσιος* Spanh. Callim. h. in Dian. 216. p. 275. *Ξάνθιος* (Schol. Plat. Symp. p. 376. Suid. p. 642. Vol. II. et v. *Ἀπατούρια* p. 533, 1. al.) et *Ξάνθος* (Schol. Aristid. p. 42. 111. Syncell. p. 335, 1. Frontin. II. 5, 41. Etymol. M. p. 119, 3.) Biset. schol. ad Aristoph.

Acharn. 146. p. 174. Dan. Heinsius in Apostol. III. 74. p. 295. Tzschuck. in Strab. T. IV. p. 288., *Ἄστερος* et *Ἀστέριος* Bachmann. in Lycophr. 1300. p. 264., *Μαίανδρος* et *Μαιάνδριος* Valcken. in Herod. III. 123. p. 123., Thasus et Thasius Burm. in Ovid. Ib. 480., Armenus et Armenius id. Catalog. Argon. p. CII., *Σάμος* et *Σάμιος* Iacobs. Anthol. Graec. Vol. XIII. p. 949., *Εὔοδος* et *Εὐόδιος* Coteler. ad Constit. Apost. VII. cap. XLVI. p. 194. C., *Πίερος* Etym. M. 671, 35. et *Πιέριος* Munck. Hyg. CCXXV. p. 294., *Ὄλυμπος* et *Ὀλύμπιος* Has. Lyd. de Ostent. XXII. p. 313. C., *Τερμέριος* Nonn. XIII. 398. p. 374, 22. Atque Icarius dictus est non solum Icarus Erigonae pater (de quo Muncker. in Hygin. fab. CXXX. p. 197. Hemsterh. in Lucian. Dial. Deor. XVIII, 2. Vol. II. p. 298. et XXII. 1. p. 317. Iacobs. in Achill. Tat. II. 2. p. 493. conf. Nicol. Soph. Prog. IX. 3. p. 343, 22. *Ἴκαρος*, sed Menandr. *περὶ ἐπιδεικτ.* p. 144, 6. *Ἰκάριος*), verum Icarus etiam Daedali filius velut ab Eunapio vit. Prisc. p. 66. et Hesychio II. p. 36. et cod. Niceph. Blemmid. Collect. Vatic. Orat. VI. p. 663. Quam formam Atticae consuetudinis esse tradit Tzetza schol. ad Exeg. in Iliad. p. 130, 10. *περὶ δὲ τοῦ Ἴκαρος καὶ Ἰκάριος δεῖ γνῶναι ὑμᾶς ὡς οὐκ ἔχουσιν οὐδεμίαν διαφοράν. τὸ γὰρ Ἰκάριος καὶ Μενέσθιος καὶ τὰ τοιαῦτα Ἀττικά εἰσι καὶ ὥςπερ ἔστο κ. ρ.*. (id est *ἐς τὸ ὑποκοριστικὸν*) *τοῦ Ἴκαρος καὶ Μενέσθης καὶ τῶν ὁμοίων. Μενέσθιος* autem et *Μενέσθης*, de qua forma exposuit Frommelius in Schol. Aristid. p. 181. conf. Huschk. comm. in prooem. Agath. p. LXIV. sq., eadem ratione inter se contineri videntur, qua *Λαέρτης* et *Λαέρτιος* Hemst. Ar. Plut. 312. p. 97. *Τυνδάρης* Etym. M. 175, 32. et *Τυνδάριος*, quod adnotatum mihi est ex Malal. IV. p. 82, 12. 18. p. 83, 2. et V. p. 135, 8. et Nonno XXVIII. 112. p. 726, 20., atque Ogyges Varr. de Re Rust. III. 1, 2. 3. p. 271. et Ogygius usurpatum Augustino de Civ. D. XVIII. 8. et Hieronymo, quem attulit Goarus ad Iul. African. Chronogr. fr. XII. p. 367. E. not. 1. T. II. Gall., Lactantio in Stat. Theb. II. 586. p. 103. C. vet. Schol. in X. 539. p. 1206. Barth., ut immerito *Ὠγύγιον* apud Photium v. *Ὠγύγιον* suspectarit Muellerus in Tzetz. schol. in Lycophr. 1206. not. 3. et Theoclius (conf. Valcken. in Adoniaz. 140. p. 411. C. Bast. Comm. Pal. p. 717.) ap. Vopisc. (cod. Pal.) vit.

Aurelian. VI. p. 426. Casaubonus et Salmasius. Etenim omnino dici vix potest quanta inclinatione libri manuscripti ad rariorem istum nominum exitum propendeant, veluti Labdacium tenent libri aliquot Lactantii in Stat. Theb. III. 286. p. 131. A. sollicitatum tamen a Munckero in Hygin. fab. LXVI. p. 115., et *Ἰτώνιος* libri Pausaniae IX. 34, 1. p. 124. et *Πινδάριος* Corinn. fragm. p. 51. Wolf., quod cum aliis Bockhius Pindar. Vol. II. P. II. p. 17. et Corp. Inscr. nr. 1564. p. 737. et p. 720. §. 4. et 724. §. 10. in *Πίνδαρος* convertit. Contra *Πίνδαρος* in Schol. Dionys. Thrac. p. 790, 23. 26. mutandum in *Πινδαρίωνα* esse Fabricio ad Sext. Empir. adv. Grammat. 202. p. 259. idem Boeckhius dedit ad Pind. fragm. 189. p. 654., non item Lobeckius Aglaoph. p. 996. sq., quem sequutus est Ritschelius comment. de Oro et Orion. 3. p. 4., recordatus ille, ut puto, Hemsterhusii in Aristoph. Plut. l. d. et Verheykii in Anton. Liberal. XXXVIII. p. 167., qui parum inter se differre Icarum, Icarium, Icarionem; Iasum, Iasium, Iasionem; Eurytum et Eurytionem docuerunt. Sed *Πινδάριος* vocabulum cur recte habere credamus, firmissimum hoc afferri videtur, quod in Vratisl. vit. Pind. p. 10. et ab Eustathio prooem. Pindar. p. 16. in Pindari obitum proditum est epigramma huiusmodi: *Ἡ μάλα Πρωτομάχα τε καὶ Εὔμητις λιγύφωνοι Ἔκλαυσαν πινυταὶ Πινδάρου θυγατέρες· Ἀργόθεν ἧμος ἵκοντο κομιζούσ' ἐνδόθι κρωσσοῦ Λείψαν' ἀπὸ ξείνης ἀθρόα πυρκαϊῆς.* Cuius epigrammatis secundus versus ut aperte respuit — signo est enim testium consensus — medelam a Gerhardo, Boeckhio, Tafelio deinceps factam *Πινδάρου ἔκλαυσαν θυγατέρες πινυταί*, qua feliciorem vel Schneiderus praef. ad Nicandr. Ther. p. XXI. putandus est adhibuisse curationem hanc *ἔκλαυσαν πινυταὶ Πίνδαρον αἱ θύγατρες*, ita unice desiderat refici in hunc modum: *ἔκλαυσαν πινυταὶ Πινδαρίου θύγατρες*. Quae mutatio si cui minus probabitur, is amet hanc: *Πινδάριαι θύγατρες*. Utram eligis, recte facis; facis hoc enim contempto Schneidewinio ad Eustath. l. d. not. 5. Quippe is „poetae *ἐπιδεικτικῷ* non admodum vetusto illud condonavit in quo conspirent testes, ne non tam librariorum vitia tollere quam ipsum poetam ad sanam mentem revocare velle videretur". No-

mini *Πινδαρίων* autem sive id deminutum habetur, cuiusmodi est *Γοργυθίων* et *Ἡφαιστίων* Etym. M. p. 243, 49. *Καρίωνας καὶ Ξανθίωνας* Liban. Vol. IV. p. 363, 24., a Reiskio male correctum in *Σαννίωνας*, alia ap. Boisson. Anecd. Vol. III. p. 324., sive credere libet Burmanno Catal. Argon. p. CXVIII. et ad Grat. Cyneg. v. 103. patronymicum, rectissime comparatur *Πινδάριος* et propter Tzetzae memoriam et quod ea Boeotorum fuit consuetudo, ut *Κλεοπολέμιον*, *Καφισοδώριον*, *Διώνιον* dicerent Cleopolemi, Cephisidori, Dionis filium et, ut Aeoles, *Πηληϊάδιον* Achillem teste Schol. Oppian. Hal. I. 386. p. 39. (*ὁ εἰς άδιος αἰολικῶς Πηληϊάδιος*) et Tzetza Exeg. in Iliad. p. 59, 18. A quo genere neque abhorruerunt Sophocles Oed. R. 267. *τῷ Λαβδακείῳ παιδί* et Euripides Iph. Taur. 1. *Πέλοψ ὁ Ταντάλειος*. id. ap. Elmsl. Bacch. 181. p. 30. *τῆς Τυνδαρείας παιδός* et Androm. 1011. *Ἀγαμεμνόνιος κέλωρ* neque alii. conf. Theocrit. Idyll. XV. 110. XVI. 104. Staver. in Hygin. fab. LXXXI. p. 156. et CXCI. p. 316. Bachmann. in Lycophr. 98. p. 30. Eum usum quum indagasset et praeclare edisseruisset Boeckhius Corp. Inscr. I. nr. 1574. p. 758., non tam arcte tenuit tamque diligenter tuitus est, ut eo tamquam temperamento usus sententiam mitigaret suam, qua illud *Πινδάριος* corrigendum edixit repudiata eorum opinione, qui „iota ante vocalem a Boeotis iniici sibi videbantur demonstrare posse formis *προξένιος, τιούχαν, δαφνηφόριος*", quae reperiuntur nr. 1564. p. 737. et nr. 1595. p. 777. Quibus addo *εὐωνύμιος*, de quo v. Boeckh. p. 720. (*ἐπωνύμιος* Theodor. Hyrtac. Epist. XV. p. 735. T. V. Not. et Electt. Mss. Reg.). Sed ad Ismenium me revoco. Cum quo nomine longe aptissime componitur *Καΰστριος*, quod Homeri Il. II. 461. Herodoti V. 100. Leonis I. 2. p. 5, 5. et Hesychii II. p. 211. exemplis confirmavit Hasius nott. ad Leon. Diacon. p. 401. immemor tamen ille et Scholiastae Aristoph. Acharn. 68. *Καΰστριος ποταμός* et Eustathii in Iliad. l. d. p. 255, 2. *δοκεῖ ὁμώνυμος εἶναι ὁ ῥηθεὶς ποταμὸς ἥρωι Καΰστρῳ —, ὥςπερ δὲ κάπρος κάπριος κατὰ παραγωγὴν, οὕτω καὶ Κάϋστρος Καΰστριος* (Anecd. Cram. I. p. 235, 25. *Καΰστριος ὡς κάπριος – τὰ γὰρ εἰς ος διὰ τοῦ ιος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σημαινομένου παραλαμβάνεται* conf. p. 199,

28. 307, 31. 308, 12.) et II. 278. p. 220, 8. ὡς δὲ ὁ πτολίπορθος καὶ πτολιπόρθιος λέγεται πεντασυλλάβως, ἑτέρωθι φανεῖται παρὰ τῷ ποιητῇ· οὕτω δὲ καὶ οἱ Δάρδανοι Δαρδάνιοί που λέγονται παρ' αὐτῷ, ἔνθα σημειωτέον ὡς Δαρδάνιος μὲν τὸ τοπικὸν διὰ τοῦ ῑ γράφεται, Δαρδάνειος δὲ ποταμὸς ἐν διφθόγγῳ et IV. 399. p. 488, 33. ὁ δὲ Αἰτώλιος διφορεῖται ὁμοίως τῷ Δάρδανος Δαρδάνιος, κάπρος κάπριος, Κάϋστρος Καΰστριος, ἔκτοπος ἐκτόπιος — ἔγχωρος — ἐγχώριος conf. in Odyss. XXI. 98. p. 1902, 40. Il. IX. 568. p. 775, 19. et XI. 293. p. 845, 11. et XII. 42. p. 892, 2., quibus exemplis grammatici tralaticiis videntur usi esse, velut apud Apollonium de adverb. p. 597, 12. est παράγεται μὲν ἡ φωνὴ, οὐ μὴν τὸ σημαινόμενον, ὡς ἐπ' ὀνομάτων ἔχει τὸ· ἀναγκαίη γὰρ ἐπείγει καὶ· παρθενικῇ εἰκυῖα καὶ τὸ Αἰτωλός — Αἰτώλιος, κάπρος — κάπριος et in Etymol. Magn. p. 32, 17. sive Anecd. Cram. I. p. 199, 28. λέγει δὲ ὁ τεχνικὸς ὅτι ὥςπερ ἀπὸ τοῦ Αἰτωλὸς γίνεται Αἰτώλιος κατὰ παραγωγὴν, τοῦ αὐτοῦ σημαινομένου φυλαττομένου καὶ ἀπὸ τοῦ κάπρος κάπριος· οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ αἰζηὸς αἰζήιος conf. Etym. Gud. p. 1222, 30., apud Stephanum Byzant. p. 452, 9. v. φῦλον. — σύνθετον ἔμφυλος καὶ ἐμφύλιος, ὡς Βοιώτιος καὶ κάπρος (male scriptum nunc extat Κάπρος) κάπριος καὶ Πάμφυλος Παμφύλιος, de quo v. Schweighaeus. Appian. praef. p. 114. et B. Civ. II. p. 749. et Has. in Lyd. de menss. IV. 44. p. 213. Eiusdem Eustathii verba autem mihi memoriam afferunt illius loci, quem tamquam ex Suida v. Ἀμνισὸς p. 279, 15. sumptum Bastius Epist. crit. p. 153. e cod. Paris. nr. 2551. vulgavit: Ἀμνισός· ποταμὸς Κρήτης διὰ τοῦ ῑ. Τὰ εἰς ος τρισύλλαβα ἐπὶ ποταμῶν ὀξύτονα εἰ μὲν καθαριεύουσι διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφετει· οἷον Ἀλφειός, Ἀλμειός· εἰ δὲ μὴ διὰ τοῦ ῑ· οἷον Ἀμνισὸς, Κηφισσὸς, Ἴλισσός· πρόςκειται ὀξύτονα διὰ τὸ μηνίος· τὸ δέ Δαρδανειὸς ὄνομα ποταμοῦ καὶ ὑπὸ (εἰ καὶ ὑπὲρ Bast., κᾷν L. Dindorf. in Stephan. Thesaur. p. 904. C. Vol. II.) τρεῖς συλλαβὰς, ἀλλ' οὖν ὀξυνόμενον, ἠκολούθησε τῷ Ἀλφειός· πρόςκειται τρισύλλαβος (— βα Bast.) διὰ τὸ Σαγγάριος (conf. Choerobosc. Orthogr. p. 172, 12. Ἀμνισός· διὰ τοῦ ι γράφεται· τὰ γὰρ εἰς ος τρισύλλαβα πλὴν ὀνομάτων ποταμῶν διὰ τοῦ ι γράφεται· οἷον Ἀμνισὸς, Κιφισὸς, Ἴλισός·

ἐπὶ δὲ ποταμῶν διὰ τῆς ει διφθόγγου οἷον Ἀλφειὸς, Πηνειὸς, Σπερχειὸς, Ὀλμειός et p. 210, 11. τὰ γὰρ διὰ τοῦ ειος κύρια ὀξύτονα τρισύλλαβα διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται· οἷον Πηνειός· Ἀρνειός· Ἀλφειός· Σπερχειός· Ὀλμειός· Δεινειός· οὕτως καὶ Ἐπειός. Eustath. in Iliad. III. 196. p. 403, 42. et V. 543. p. 580, 43.). Cui loco simillima et maxime gemina Bastius animadvertit legi apud Philemonem et Phavorinum haec: Ἀλφειὸς διφθογγίζεται. τὰ γὰρ διὰ τοῦ ειος τρισύλλαβα ὀνόματα ἐπὶ ποταμῶν ὀξύτονα ὄντα δίφθογγον ἔχει οἷον Πηνειὸς, Σπερχειός. κεῖται (προσκεῖται malim) ὀξύτονα διὰ τὸ Μηνιὸς, ὅπερ διὰ τοῦ ι γράφεται, τρισύλλαβα δὲ διὰ τὸ Σαγγάριος. Errorem tamen in his doctus homo commisit duplicem. Quorum alter in eo positus est, quod „adnotatio de Δαρδανειός ei falsa esse visa est. Verosimile est, inquit, grammaticum errasse, cum pro substantivo haberet adiectivum Δαρδάνειος vel potius Ἰαρδάνειος (Sturz. fr. Pherecyd. p. 228.). Dixere Ἰαρδάνης, Ἰαρδάνειος, ut Χοάσπης, Χοάσπειος". At patet caussa et per Eustathium, quem supra appellavi, et per Arcadium p. 44, 20. τὰ εἰς ειος τρισύλλαβα κύρια καὶ τὰ πλείω ὀξύνεται Σπερχειὸς, Ἀλφειὸς, Πηνειὸς — · τὸ δὲ Ἀρνεῖος καὶ Δαρεῖος προπερισπῶνται. τὸ δὲ Δαρδανειὸς ὀξύνεται et, si cui vere coniectasse Δαρδανειὸς apud eundem p. 44, 17. Goettlingius de Accent. p. 181. videtur, Ὀλμειὸς, Ὀρνειὸς, Σπερχειὸς, Σπονδειὸς, Δαρειὸς ὡς κύρια ὀξύνεται, denique per auctorem libelli περὶ ποσοτ. Cram. II. p. 292, 24. Δαρδάνειος ὄνομα ποταμοῦ. Deinde vero idem Bastius quod antiquitus fuisse illis locis non Μήνιος, sed Μίνιος (Strab. III. p. 153. T. I p. 410. Pompon. Mel. III. 1.) consignatum existimavit, id putandus est dixisse sine probabili aliqua coniectura et ratione. Equidem quoniam fluvium remotissimae orae non perinde celebratum Graecorum scriptis carminibusque reperio, ab illis grammaticis credo satis esse factum potissimum Theocrito, in cuius Idyll. XXV. 15. sic extat: Μηνίου ἄμ μέγα τῖφος. Nam quae dudum constituta opinio est manetque ab Heynii (nott. ad Apollod. II. 5, 5. p. 362.) tempore ferme ad unum omnium firma consensio, sustentata nuper Puillon-Boblayo Recherch. géograph. sur les ruin. de la Morée p. 121., et

apud Theocritum et apud Strabonem VIII. p. 337. T. III. p. 32. et p. 347. p. 90. (libr. *Μηνειὸς*, *Μινειὸς*, *Μιντήϊος*, *Μιννήϊος*) et Diodorum IV. p. 259, 97. (*Πηνειός* conf. Wesseling. in Hierocl. Synecd. p. 644. et Diodor. IV. p. 264, 16. et Roules. in Ptolem. Hephaest. p. 119.) et Pausaniam V. 1, 7. p. 312. Vol. II. (*τοῦ Μιννηΐου*, sed lib. Paris., Vindob., Mosq., alii plurimi, quos recognovit Schubartus, *Μηνίου*) locum Peneo deberi, eam opinionem et Muellerus in Gotting. litt. indice, quo de Boblayi libro existimavit Fasc. CXXXVI. p. 1345.—1347., iudicio suo revicit, quo tot librorum praestantiae hoc tribuendum censuit, ut apud Theocritum, Pausaniam, Diodorum Menius fluvius retineretur, et vero movent et moliuntur, quorum doctrinae copiam fecimus, veteres grammatici, cum quibus conspirat scriptor *περὶ ποσοτ.* p. 248, 28. *τὰ διὰ τοῦ ειος ὀνόματα ποταμῶν δίφθογγον ἔχει Πηνειός· Ἀλφειός· Σπερχειός· πλὴν τοῦ Μήνιος* et auctor *λεξ. τῆς γραμμ.* in Bachmann. Anecd. I. p. 443, 17. *Πηνειὸς ποταμὸς Θεσσαλίας. Ἀλφειὸς ποταμὸς Ἤλιδος. Σπερχειὸς ποταμὸς Παμφυλίας. Μηνιός· ὄνομα ποταμοῦ*, pro quo *Μιννειός* legi optavit Bachmannus. Nec praetermittendum est de Peneo Elidis fluvio nec Scholiastae Aristid. Panath. p. 214, 3. quidquam innotuisse *ἰστέον ὅτι δύο Πηνειοί εἰσιν· ὁ μὲν γὰρ διὰ τῶν Θετταλικῶν Τεμπῶν ῥέει —· ὁ δὲ ἐν Μασσαλίᾳ ἐστὶ, περὶ οὗ νῦν λέγει.* Ceterum si vocalem *ῑ* positam in ipso vocum principio intercipere premendo liceret vetusto vulgatoque exemplo, id quod licuit in verbo *ἰσμῆναι· θῆκαι* (scribendum crederes *Ἰσμήνιαι Θῆβαι*), *ἀκόλουθοι* (Theognost. Canon. p. 14, 25. *ἰσπίλαι ἀκόλουθοι*) Hesych. p. 74., *σμῆναι·* — *θῆκαι* p. 1229. aliisque ap. Salmas. in Spartian. Hadrian. XXVII. p. 219. Muncker. in Fulgent. Expos. Serm. Antiq. p. 176. Grot. in Marcian. Capell. VI. 621. p. 512., possem, fateor, velle rescribere *Σμήνιος*. In quam quidem opinionem me deduxit Theognostus Canon. p. 65, 29. *Ῥῆνος, ὄνομα ποταμοῦ· Σμῆνος ὄνομα ποταμοῦ, Γλῆνος ὄνομα πόλεως Κρητικῆς· Μῆνος· Θρῆνος.* Certe nomen illud *Μηνιός* in cod. bibl. Matrit. LXXXIV. p. 343. col. 1. *ἰδοὺ τοῦ παραδείσου οἱ τέσσαρες, ἑ Τραναΐς, ς Μηνιός· ζ Ἀχλὺς, ἡ Ἀσσωπὸς* et in Chronico Anonymi qui sub Alexandro vixisse perhibetur

Sect. VIII. p. 281. D. Gall. (ap. Cang. in Chron. Pasch. p. 61, 16.) „Indos, Nilus, Tigris, Eufrates, Iordanis, Cefisos, Tanais, Menos, Erimanthus, Alys, Asopus", a me merito et optimo iure reformari in *Ἰσμήνιος*, Ismenos vel Ismenius, ut invenio in Excerptis barbaro-latinis Scalig. p. 64. „Ciphissus, Faneus, Isminius, Erymanthus, Alyus, Assopus", maxime perspicuum et evidentissimum fiet eo loco, quo de ostio Ismeni fluvii disceptabitur (libr. II. cap. 5.). Quo tamen nunc bonam ei correctioni colligam gratiam, vitiorum illud genus, quo tamquam robigine, ut Lobeckius ait in Soph. Aiac. 814. p. 350. sq., vocabulorum apices depascuntur, quum pateat latissime certoque cognoscatur vel his exemplis *Πήρα πόλις Πισιδίας*, Rehd. *Συδίας* Steph. Byz. p. 348, 14. *γυναικὸς δὲ Κιμώλου* Rehd., al. *δὲ Μώλου* p. 376, 32. *Ἀνδροτίων* p. 291, 21. Perus. *Ὀτίων*. *Σιπύλῳ* Aristid. Smyrn. p. 229, 12. ed. Iunt. *πύλῳ*. *ταῦρος* pro *σάτυρος* Nicephor. Progymn. VII. 5. (in Corollar. VI.) *Ἀταλάντην τὴν Οἰνέως* Nicol. Prog. 2. p. 272, 1. et Nicephor. Prog. p. 450, 18. (*Σχοινέος* rec. man.). *Χαλίας* Anecd. Cram. I. p. 327, 11. pro *Οἰχαλίας*. *Καρεὺς* pro *Μακαρεύς* Boisson. Planud. Met. p. 611. *Σιδὼν, σίᾳ* pro *Ποσειδὼν, θυσίᾳ* Lobeck. Aglaoph. p. 1094. Chistae pro Alcestae, Stymia pro Isthmia Lindenbrog. in Lactant. in Stat. p. 727. C. p. 728. C., tum multifariam pertinuit ad Ismeni nomen, velut apud Appulei. de deo Socr. II. p. 169. pro Ismenias in libro Leidensi reperitur Smenias, in Harlem. aliisque Menias; apud Nonium Marcell. p. 172. v. scaturex pro Ismenias in ed. Parm. ann. 1480. Menias; apud Ovidium Metam. IV. 561. pro Ismenides libri Nic. Heinsii Meneides, Menides, Planudes p. 169. *Μινηϊάδες* praebet et pro Ismenius apud eundem XIII. 682. Graevianus Imeneius; apud Lucianum denique Dial. Mort. XXVII. 2. p. 223. pro *Ἰσμηνόδωρος* Poli liber *Μηνόδωρος*. Teneant ergo Ismenium suum Matrit. index fluviorum et Anonymi Chronicon non minus firmiter, quam Pausanias et Scaligeri Excerpta et Solinus (c. VII. p. 17. E.) ap. Cellar. Not. Orb. Ant. T. I. p. 1146. „amnis Ismenius" et Lactant. Stat. IV. 415. p. 184. C. „amnis Hismenii", recipiatque idem Plutarchus de Gen. Socr. VIII. p. 311. Vol. X. *ἐκεῖνον νυκτερεύσαντα περὶ τὸν τάφον τὸν Λύσιδος ἦγεν*

Ἐπαμεινώνδας πρὸς τὸν Ἰσμήνιον ἀπολουσόμενον amissum et perditum culpa primum librariorum, deinde Xylandri et Wyttenbachii, quibus pro Ἰσμηνίαν vulgari placuit Ἰσμηνόν. Quo eodem vitio video contactum Varronis versum Satir. Menipp. fr. p. 273., de quo alias dicetur explicatius, et Libanii locum Demosth. Apol. Vol. IV. p. 315, 19. sic emaculandum οὐ μὴν ἔμελλον ἔγωγε τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Ἰσμήνιον ἱκετεύειν. Contra apud Dion. Chrysost. Orat. XLIX. p. 251. ἔφη δέ τις τῶν ὀλίγῳ πρότερον φιλοσόφων οὐ φαύλων τὸν Ἰσμηνὸν τοῦτο μάλιστα ἀγανακτεῖν rectissimo Valesii praecepto Emendd. II. 22. p. 74. et ad Ammian. Marc. p. 37. et Perizonii, ut narrat Burmannus Addend. ad Vales. Emendd. p. 225., redintegrandum est Ἰσμηνίαν. Add. Corollar. XI. His ita declaratis Caystrio nomini, quod formae similitudine coniunctissimum cum Ismenio supra composui, subiungere libet quod apud Antigonum Caryst. XCII. p. 141. est περὶ δὲ τὸν Ὑπάνιον ποταμὸν („Hypanciusamnis" Licent. ad August. 62. Wernsd. T. IV. 2. p. 528.), pravo instituto a Bastio Epist. Crit. p. 88. in Ὕπανιν mutatum, et quod una littera deminui voluerunt Meursius et Bentleius Callimach. fr. LXXV. 7. p. 329. et Nic. Heinsius in Claudian. de Rapt. Pros. II. 56. Κριμίσιος ap. eundem CXLVIII. p. 195. Eodemque ex numero sunt Lyncestius Vib. Sequestr. p. 13. conf. Hessel. p. 137. (Herbesius Solin. V. ap. Hessel. p. 127.), Amenanus (Nic. Heins. in Ovid. Met. XV. 279. et Fast. IV. 467. Lobeck. Paralip. p. 303.), Ἀρεθουσίᾳ τῇ πηγῇ (Tzetz. Schol. ap. Cram. Anecd. III. p. 368, 6.) atque Ῥηβαῖος (Apollon. Rhod. II. 789. Stephan. Byz. p. 24, 13. Petr. Gyll. de Bosp. Thrac. III. 1. p. 315. C.) et Himeraeus (Solin. V. p. 15. A.) adnotata a Salmasio Plin. Exercitt. p. 80. a. D. et p. 341. a. D., iterum ab Eberto Nymphodor. fr. XIII. p. 204., quorum tantam vides raritatem esse, quanta nominum Σαγγάριος et Τιταρήσιος frequentia est prae altera forma Σάγγαρος (Asclepiad. Myrlean. ap. Schol. Apollon. Rhod. II. 722. p. 184. Schol. Hesiod. Scut. 178. p. 628, 5. Μόψον τὸν Τιταρήσιον ἀπὸ Τιταρησίου ποταμοῦ, sic enim legendum est pro τόπου, conf. Hessel. Vib. Seq. p. 187. et Creuzer. Fragm. Histt. p. 173. sq.) et Τιταρησός (Nicol. Progymn. II. p. 269, 12. et

Lucan. VI. 376.). Quod restat, qui in Ismeni sive fluvii seu dei commemoratione versantur poetae latini, Graeco quam vernaculo sono id nomen maluerunt proferre, ut Statius IX. 404. „residens Ismenos in antro" et Seneca, de quo Gronov. in Herc. Fur. 334. conf. ad Thyest. 116. Nic. Heins. in Claudian. in Rufin. I. praef. 10. et II. 457. al.; neque in Lactantii Narrat. Fab. p. 231., cuius verba ad Ovidii exemplaria (Metam. VI. 224.) castiganda omnino sunt, formam Ismenon repudiare debebat Munckerus. Neque hoc tacitum relinquo, in eiusdem Lactantii libris velut ad Theb. I. 40. „in Hismeneta", ubi al. Ismenonta, Ismenone" (ut IX. 447. et Scheftlar. lib., quem ego introspexi, IX. 451. 462. 464. 481., sed 469. Ismenus), II. 307. IV. 415. „Hismenii", IX. 319. „Hismenis fluvii", al., hoc vocabulum adspirationis notam praeferre. Quippe eius notae eruperat olim nimius usus, ut vitiose tum adiiceretur tum detraheretur, id quod perstrinxerunt Tiraquellus in Alex. ab Alex. Gen. D. II. 5. Vol. I. p. 273. Munckerus in Hygin. fab. LXIX. p. 119. et XII. p. 31. et Fulgent. I. 16. p. 51. Surita et Wesselingius in Antonin. Itin. p. 52. 53. 308. al. Quamquam Spanhemius — nec dissentiunt ab eo Berkelius in Steph. Byz. p. 833. ed. Dind. et Ciceronis loco usus Verr. IV. 42. Eckhelius D. N. II. p. 197. — aliter existimavit sic quidem argumentatus Diss. II. de P. et U. N. p. 95. „In Boeotiae oppidi Ismenes nummo *ΗΙΣΜΕΝ* apud Goltzium tab. XVII., in nummis vero posteriorum temporum et sub Commodo Imp. cusis sine eadem vetere adspirationis nota *ΙΣΜΕΝΕΙΩΝ*. E quo priori autem nummo adspirandam hanc vocem Ἱσμήνης, non ut vulgo apud Pausaniam, Stephanum aliosque cum levi efferendam olim iam erat a nobis monitum. Adde insuper quod in eadem veteri nummi illius epigraphe *ΗΙΣΜΕΝ*. *E* ibi in postrema syllaba litterae *H* seu ἦτα nondum scilicet a Simonide inductae vicem praestitit; prout Ἱσμήνη et Ἱσμήνιος cum η̄ legitur apud auctores". Quod quamvis ille commode videatur constituisse et praescripsisse, idem tamen si Servii illud in Virg. Aen. VII. 695. ab eo positum in Diss. II. p. 107. sq. „posteritas in multis nominibus *F* pro *H* posuit" (conf. Salmas. in Inscript. Herod. p. 78. sq. Spanhem. p. 107.) probe reputasset, aucto-

ritatem suam haud dubie coercuisset et in angustum deduxisset. Quod enim *Φοικία* in inscriptione ap. Boeckh. p. 720. a. manet, quis ideo scribendum ubique esse edicat *οἰκία*? Itaque ut in lapidum titulis ista nota duravit, ita a scriptorum monumentis abfuit aberitque in reliquum, quemadmodum „in Athenarum regis Thesei nomine *ΘΕΣΕΥΣ* in nummo ab insulanis Phaestiis percuso et in priscis praeterea Thebanorum nummis etiam post litteram *H* iam in Graecorum alphabeto receptam, qui *ΘΕΒΗ* pro *ΘΗΒΗ* sunt inscripti, *ε* retentum" vidit Spanhemius Diss. II. p. 115. Quo accedit, quod et apertum definitumque de eo nomine praeceptum est in Valckenarii lexico *περὶ πνευμ.* p. 230. *τὸ Ι πρὸ τοῦ Σ εἰ μὴ τὸ Τ ἐπάγοιτο ψιλοῦται ἀεί:* — *ἰσίδωρος, ἰσμηνίας* et sciendi argumento (*ἴσμη — σύνεσις, φρόνησις* Hesych. p. 74. Vol. II. Lobeck. Paralip. p. 395. adnot. 7.) dictus Ismenus videtur, ad quam sententiam quibus uti liceat auctoribus, instituam in libro quarto exsequi. Ultima nominis *Ἰσμηνός* observatio est per tenorem. Apparet autem id vocabulum non gravi, sed acuto sono a Boeotis finitum esse, conf. Arcad. p. 65, 6. *τὰ εἰς ηνος ὑπερδισύλλαβα ἁπλᾶ ἢ παρασύνθετα ὀξύνεται.* „Non enim omnia vocabula apud Aeoles fuisse barytona exceptis solis monosyllabis rectissime animadvertit Osannus Syll. p. 183. Primum enim dubitationem iniiciunt tot nomina propria Boeotia in communi lingua oxytona, quorum accentum a ceteris Graecis mutatum esse non videatur probabile. *Κνωπός* quidem et *Ἐρχομενόν* ut propria nomina distinguerent ab iisdem non propriis, etiam Boeotii dixerint; magis haesitaveris in aliis, quae ad vulgarem rationem potuerunt ab Atticis et ceteris Graecis deflecti, ut *Ἰσμηνὸς, Ἀσωπὸς, Ἑλικὼν, Κιθαιρών* (sicut *οἰνὼν, ἀμπελών*)". Sic quidem de ea re loquutus est Boeckhius Corp. Inscr. I. P. V. cap. I. 4. p. 718., cuius dubitationem imminuit certus omnium librorum consensus, praeterquam quod apud Hesychium est p. 75. *Ἰσμῆνος· ποταμός* et apud Diodorum IV. p. 316, 36. Vindob. (idem *Ἰσμῆνον* in Dion. Chrys. Or. XLIX. pro *Ἰσμηνίαν* Elmenhorstius in Appul. Flor. I. 4. p. 16. edidit), quod falso proditum esse docet Dicaearchus l. d., et apud Steph. Byz. p. 223, 30. *Ἴσμηνος* cod. Rehd., deinde *Ἀσώπου* in Schol. Paris. Apoll.

Rhod. II. 953. p. 197. et Theon. in Arat. Phaen. 223. p. 58. *Αἰσώπῳ* Schol. Greg. Naz. p. 55. Gaisf. et *Τεύμησος* Etym. M. p. 755, 50. et *Κιθαίρων* cod. A. Planud. Metam. p. 55. *Κιθαίρωνα* Pal. Thucyd. III. 24. teste Poppone p. 547. Vol. III. P. II., invitis Arcadio p. 67, 17. *τὰ μὲν οὖν κύρια ἀπὸ φύσει μακρᾶς ἀρχόμενα ὀξύνεται, ἰνωπὸς, ἀσωπὸς, ὠρωπός* et Etymol. M. p. 513, 29. *τὸ Κιθαιρὼν ὀξύνεται τοπικὴν ἔχον ἔννοιαν* et Niceta de Grammat. v. 69. Boiss. Vol. III. p. 326. *Τῶν ἐθνικῶν μὴ ὄντα πάντ' ὄγκον φέρει· Βουβῶν, Ἑλικῶν καὶ Χιτῶν, ξενῶν ἅμα, Νυμφῶν, Κιθαιρῶν τἆλλα πλὴν κανὼν μόνος Ἀσυνδετήσας ἐξ ἁπάντων εὑρέθη.*

Unde dictus sit fluvius discrepant scriptores, dum alius alio modo vocabuli originem illustrare rebusque Thebarum antiquissimis referre studet. Diodorus igitur ex Ismeno, Asopi Phliasii et Metopae filio, qui in Boeotiam habitatum concesserit, fluvium nomen invenisse refert IV. p. 316, 34. *Ἀσωπὸς δὲ ἐν Φλιοῦντι κατοικήσας ἔγημε Μετώπην τὴν Λάδωνος, ἐξ ἧς ἐγένοντο δύο μὲν υἱοὶ Πελασγὸς καὶ Ἰσμηνός* (teste etiam Apollod. III. 12, 6. p. 252.)· — *τούτων δ' Ἰσμηνὸς μὲν εἰς Βοιωτίαν ἐλθὼν κατῴκησε περὶ τὸν ποταμὸν τὸν ἀπ' ἐκείνου τὴν ὁμωνυμίαν λαβόντα.* Quae exscribere non fastidio fuit, ut pateret Moseri levitas et inconsiderantia, qui in commentario mythologico in Nonn. Dionys. p. 186. haec perscripsit „Ismenus Boeotiae fluvius ab Ismeno Pelasgi filio nomen ducens" et cum his pugnantia, sed rectiora tamen perturbate posuit p. 259. Cum Diodoro vero ita discrepat Sostratus ap. auct. de fluv. II. 1. p. 434., ut Ismeni Amphione et Niobe prognati (Ovid. Met. VI. 224. sive Lactant. Narr. Fab. p. 231. Tzetz. Chil. IV. hist. 141. p. 136. Cuper. Obss. III. 17. p. 339.) memoriam huc revocet *μετὰ δέ τινα χρόνον Ἰσμηνὸς Ἀμφίονος καὶ Νιόβης παῖς ὑπ' Ἀπόλλωνος τοξευθεὶς καὶ ἀλγηδόνι συνεχόμενος ἑαυτὸν ἔβαλεν εἰς τὸν προειρημένον ποταμὸν ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἰσμηνὸς ὠνομάσθη.* Rursus ab Ismeno, Apollinis et Meliae filio eodemque, puto, Lini patre Pausan. IX. 29, 3. p. 104., appellationis rationem repetit Pausanias, hoc quoque loco optimus formae *Ἰσμήνιος* vindex, IX. 10, 5. p. 37. sq. inexploratus Hagenio de Asopi liberis p. 36. *Ἀπόλλωνι δὲ παῖδας ἐκ Μελίας γενέσθαι λέγουσι Τήνερον καὶ Ἰσμήνιον· Τηνέρῳ*

μὲν Ἀπόλλων μαντικὴν δίδωσι· τοῦ δὲ Ἰσμηνίου τὸ ὄνομα ἔσχεν ὁ ποταμός. Denique ex Ismeno Oceani filio et fratre Meliae nomen amni additum fuisse coniecit Staverenius eo in loco, quo scriptorum super huius vocabuli origine declaravit dissensum, in Hygin. Genealog. p. 6. inductus Tzetzae in Lycophr. 1211. verbis his: *ὁ δὲ Τήνερος υἱὸς ἦν Ἀπόλλωνος καὶ Μελίας τῆς Ὠκεανοῦ μὲν θυγατρὸς Ἰσμηνοῦ δὲ ἀδελφῆς. Αὕτη γὰρ ἡ Μελία ὑπ' Ἀπόλλωνος φθαρεῖσα τὸν Τήνεον τοῦτον γεννᾷ, ᾧ τὴν μαντικὴν Ἀπόλλων χαρίζεται.* Quid vero? huncne Ismenum, quem praeter Tzetzam Hyginus p. 5. „ex Ponto et Mari-Oceanitides-Melie- et flumina Strymon-Ismenus" et Scholiasta Pindar. Pyth. XI. 5. p. 417. *ἡ δὲ Μελία Ἰσμηνοῦ ἀδελφὴ ὑπὸ Ἀπόλλωνος φθαρεῖσα καὶ γεννήσασα Τήνερον* et *Μελία Ὠκεανοῦ θυγάτηρ* Meliae habent fratrem, atque eum, quem Apolline natum perhibet Pausanias, ego arbitrer diversos esse? Nimirum dixerunt, qui Oceani ex filia nepos erat, Oceani filium. Atque hoc illud est, quod et observatum est a Burmanno Catal. Argon. v. Erginus p. CXIV., Heynio Exc. Virg. Aen. VIII. T. III. p. 166. sq., Verheykio in Anton. Liberal. XXXVIII. p. 167., atque a Sturzio Pherecyd. p. 79. 106. 155. 162. 196. 206. et Hellanic. p. 74. „saepe in genealogiis antiquis inter se permutari avum et patrem, filium et nepotem, filiam et neptim" et confirmari exemplis licet paene innumerabilibus. Veluti Hippomedontem Talai filium, non nepotem fecit Sophocles (Palmer. Exercitt. p. 436. Valcken. in Phoen. 425. p. 158.) Lycurgoque modo Martem modo Dryantem patrem assignat Nonnus, inconstantiae nomine reprehensus ab Schradero Animadvv. ad Mus. c. XVI. p. 279. Quoniam ergo re concinere, verbis discrepare Pausanias videntur et Scholiasta Pindari Tzetzaque, probent Phliasii aliis de Ismeno suo, nos Thebanorum famam a Pausania narratam pleneque contestatam esse haud temere credimus, et in ea sententia vel inde sumus firmiores, quod prope Thebas fuisse accepimus Meliam fontem et campum Tenericum. Nam Ismenum Niobidam, quem Burmannus in Ovid. Met. III. 169. dixit unum aptissime in hanc caussam commemorari, non errabis si ab fluvio patrio nomen duxisse statuis. Inveniuntur enim nomina satis multa, quae hominibus sunt commu-

nia cum urbibus ac fluviis, de quibus est Scamandrus ap. Plutarch. Quaest. Graec. XLI. Vol. VIII. p. 401., Maeandrus, quod supra annotavimus, Hermus Eckhel. Doctr. Numm. II. p. 561., Lapethus ap. Nonn. XIII. 433. p. 376, 24., alia apud Silium et alios Wesseling. Probab. c. III. p. 26. Gronov. Obss. IV. 18. p. 733. Koen. praef. in Greg. Cor. p. VI. sq. Id ipsum autem nomen, de quo loquimur, praeterea legitur in Incert. Epigr. VIII. 4. Anth. Gr. T. IV. p. 120. *Ἄλλοτε γὰρ Δήμωνι πυρούμενος, ἄλλοτε λεύσσων Ἴσμηνὸν δολιχοὺς αἰὲν ἔχω καμάτους.* Verum, si Sostrato fides est, anteaquam Ismeni cognomentum cepisset fluvius appellatus fuit Cadmi pes idcirco, quod quum Cadmus Martio serpente obtruncato aquam sacrificio peragendo quaereret et circa Corycium antrum non sine Minervae numine dextrum pedem in limum altius defixisset, amnis derepente exortus est. Fabula ea, commemorata ab Burmanno in Ovid. Metam. III. 169., apud auctorem de fluviis est c. II. 1. p. 433. sq. *Ἴσμηνὸς — ἐκαλεῖτο τὸ πρότερον Κάδμου ποῦς ἀπ' αἰτίας τοιαύτης. Κάδμος τὸν κρηνοφύλακα Δράκοντα τοξεύσας καὶ εὑρὼν ὥςπερ πεφαρμακευμένον φόνου τὸ ὕδωρ περιήρχετο τὴν χώραν ζητῶν πηγήν· γενόμενος δὲ κατὰ τὸ Κωρύκαιον ἄντρον κατὰ πρόνοιαν Ἀθηνᾶς τὸν δεξιὸν πόδα βαθύτερον εἰς πηλὸν ἤρεισεν· ποταμοῦ δ' ἀναδοθέντος ἐκ τοῦ τόπου ὁ ἥρως βουθυτήσας Κάδμου πόδα προςηγόρευσεν αὐτόν.* Quem quum minime abnuam hic quoque ficta et commenticia narratione quaesivisse legentibus delectationem, veto tamen vehementius accipi propterea, quod eius potissimum modi nomen fluvio imposuit. Neque enim „prorsus insolens est, ut ab hominum membris nomina locis veniant, sicuti *Γραίας στῆθος* in Thebanorum finibus apud Xenophont. Hellen. V. p. 449. indicio est". Verba haec sunt Wesselingii in Anton. Itin. p. 168. eo posita loco, quo de Peo Artemidis disserit. Quibus alia subiungerem, ut *Γραίας γόνυ* in *σταδιασμῷ τῆς θαλασσ.* cod. Matrit. CXXI. p. 486. col. 1. et *Σκέλος*, de quo Ioannes Siceliota p. 231, 13. *Πυλῶν αἱ νῦν Σκέλος λέγονται* et Anecd. Boiss. I. p. 427. et cod. Bandur. in Constant. de Themat. p. 11., et *Τάρσος* Nonn. XVIII. 288. p. 504, 17. Cramer. Schol. Iuven. III. 117. p. 90., ni viderer longe convenientissime defungi commemoratione fontis, cui nomen erat *Ἑρμοῦ*

πτέρνα, de quo Schol. Lycophr. Paris. 835. p. 181. sive Anecd. Bachm. II. p. 248, 12. φασὶ δὲ ὅτι ἐν Αἰθιοπίᾳ Ἑρμῆς φυλάττων κατὰ βουλὴν τοῦ Διὸς τὴν Ἰώ, ἵνα μὴ βλαβῇ ὑπὸ τῆς Ἥρας καὶ διψήσας ἐλάκτισε τὴν γῆν καὶ ἀνέδωκεν ὕδωρ· ὅθεν καὶ Ἑρμοῦ πτέρνα καλεῖται, ὡς Πηγάσου κρήνη, ad quae Tzetza addit καὶ Σκάμανδρος ποταμός. Nam omitto fluvium qui Χείρ nominatur a Basilio in Anecd. Boiss. III. p. 439. (Εἴρ Lobeck. Paralip. p. 75. Artemidor. in Anecd. Cram. I. p. 440, 5. conf. Bekk. Anecd. III. p. 1200. addit. ad p. 992, 14. et Lex. Reg. Ms. ap. Albert. Hesych. I. p. 1112. not. 32. Theognost. Canon. p. 133, 18. et Choerobosc. Orthogr. p. 274, 1. Gir Barth. in Claudian. Stilich. I. 252. p. 214. sq.). Ceterum aliquid odoratus est, neque invideo, et pervestigavit Bochartus, quippe cui Boeotiae quoque plurima loca sapere viderentur Phoeniciam originem. „Fabulantur, inquit Chan. I. 16. p. 464. B., Ismenum appellasse veteres Κάδμου πόδα —. Nempe apud Syros RIGLO pes et RAGELO torrens aut amnis iisdem scribuntur literis. Quin et Arabice RIGLA est decursus aquarum. Hinc factum ut pro torrente vel amne Cadmi Cadmi pes appellaretur Ismenus". Fallitur autem Ortelius, qui Ismenum antea Asterium dictum fuisse in Thes. Geograph. tradit; id enim nomen Cithaeroni monti a Bocoto inditum fuit, Neptuni filio, teste Leone Byzantio ap. auct. de fluv. II. 2. p. 434. Fama etiam est amni ab initio Ladonis nomen fuisse, quam ex Thebanorum ore acceptam Pausanias consignavit in libro IX. c. 10, 5. p. 38. οὐ μὴν οὐδὲ τὰ πρότερα ἦν ἀνώνυμος· ἤδη καὶ Λάδων ἐκαλεῖτο, πρὶν Ἰσμήνιον γενέσθαι τὸν Ἀπόλλωνος. Lustra iam Arcadiam, quam singulari quodam fabularum aliquot concentu atque consensu coniunctam fuisse cum Boeotiis Thebis alio loco exponam; non te latebit Lado fluvius eius terrae celebratissimus, qui quum alia plura cum Thebano amne habeat communia, tum illam gerit cognationis notam, quod Ogygii cognomen habebat, ab Eustathio, ut Barthius docuit in Stat. Theb. V. 518. T. III. p. 252., explanatum in Dionys. Perieg. (416. p. 174, 23.) ὠγύγιον δὲ τὸν Λάδωνα λέγει διὰ τὴν περὶ αὐτοῦ ἀρχαιολογίαν. μῦθος γὰρ βούλεται πρώτην ἄνθρωπον ἐξ αὐτοῦ καὶ γῆς γενέσθαι τὴν Δάφνην. ὠγύγιος γάρ, ἤτοι παλαιὸς, ὁ τὴν πρώτην γεννήσας ἄνθρωπον. Cuius rei noti-

tiam semel professus mihi non tempero, quin ex Hagenii imprudentia meam petam occasionem. Is enim de Asopi lib. p. 7. sq. denunciat haec: „In transcursu suppetias feram Nicephoro Blemmidae (not. 124. Br.), ubi Bredowius: *Κράθις* sic codex et *ὁ Γύγιος*: fortasse excidit *καὶ ὁ Λάδων*; quum enim Lado *Ὠγύγιος*, i. e. *ἀρχαῖος* diceretur, novum flumen inde ortum *ὁ Γύγιος* ob errorem Blemmidae". Equidem cum nihil caussae videam cur Ladon potissimum *ὠγύγιος* appelletur, quinque fluvios sic restituo geographo: *τοῦ Ἐρυμάνθου ὅπου ὁ Ἐρύμανθος* (nam hoc nomen et ob fluvii magnitudinem necessarium est et ob repetitionem facile potuit excidere) *καὶ ὁ Μέλας καὶ ὁ Κράθις καὶ ὁ Λάδων* (Iaonem non novi) *καὶ ὁ Τράγος*; sed pro hac voce si quis meliorem invenerit libenter assentior". Quibus quid potuit dici imperitius? Nempe benigne, non gravate hominem in poetarum graecorum carminibus plurimum vero volutatum venia donamus et impunitate, quod in indigni scriptoris verba (p. 411, 27. Bernh. *ὅρους τοῦ Ἐρυμάνθου ὅπου ὁ Μέλας καὶ ὁ Κρᾶθις καὶ ὁ Ἰάων καὶ ὁ Γύγιος οἱ πέντε οὗτοι ποταμοὶ ῥέουσι*) coniectura grassantem eum casu et fortuito fugit relegere aut Dionysium, in cuius auctoritate Nicephorus latet totus v. 416. (conf. Paraphr. p. 379, 10. et Bernhardy. p. 628.), aut Callimachum h. in Iov. 22. De scriptura *ὁ Γύγιος* autem, ut alia reticeam, memini apud Theophilum ad Autolyc. III. 29. p. 138. D. Gall. extare *Ἀττικῆς ἧς ὁ Γύγος τότε ἦρξε*. Eodem igitur, quo Ladonem, praedicatum vocabulo fuisse Ismenum, videor mihi colligere ex verbis Lactantii in Stat. Theb. II. 85. p. 70. B. „Ogygii, Thebani ab Ogyge rege aut amne" et Nonni XLVI. 21. p. 1180, 18. *ἀρχέγονος δὲ Ἰσμηνός με φύτευσε* (sic Wernick. in Tryphiod. 351. p. 264.) *καὶ οὐ τέκεν ὑγρὸς Ὑδάσπης*. Namque ab Nonno *ἀρχέγονος* dictas reperio Aegyptias Thebas XLI. 270. p. 1068, 8., quas plerique dixerunt Ogygias. Add. Coroll. XII.

CAPUT IV.

DE ORIGINE ET CURSU ISMENI ET DIRCES FLUVIORUM.

Ismenum in arcano antro residere Statius Theb. IX. 404. videtur verissime finxisse, quatenus hominum, qui his temporibus in rerum Thebanarum versati explicatione Ismeni fontes investigare studuerunt, omnium labor magnus fuit et inutilis. Quorum libros si legeris lectosque inter se contenderis, Nili, credo, naturam reminisceris, quem in abditis ignoratisque locis caput suum aiunt occuluisse. Quoniam autem putidae foret diligentiae, singulas deinceps opinationes recensere, examinare, redarguere, perscribam eas summatim breviterque. Quem igitur in occidentali Thebarum parte collocavit Barbie - Bocagius in St. Crucei Hist. Alex. Censur. p. 224. quemque Ismenum habet Sponius Voyag. II. p. 54., eum fluvium in orientali parte delabi dicunt Whelerus Voyag. p. 376. et qui eum sequitur Hobhousius Iourn. Vol. I. p. 279.; at Hollando Trav. p. 332. uno milliario ab urbe Ismeni fontem abesse affirmanti adversatur Turnerus Iourn. p. 316.; in alia omnia abit Gellius Itin. of Gr. p. 110. 140. sq.; denique Dodwellus modo dubitans ille videritne Ismeni an Dirces alveum p. 57. Ismenum oriri tradit ex fonte Martio p. 59. Vol. I. P. II., quem fontem evicimus fuisse sub ipsis moenibus Cadmeae. Postremo Spanhemius in Callimach. h. in Del. 80. p. 377. „inde, quod Melie Oceani filia ac Ismeni ad Thebas fluvii soror et fons ei cognominis ad Ismenii Apollinis templum fuisse dicitur", explicat Pausaniam, „a quo ex hac Melie Nympha et Apolline genitus traditur Ismenus fluvius; nempe qui ortum duceret ex fonte illius tractus *Μελίῃ* a *μελιῶν* seu fraxinorum ibi proventu, ut videtur, dicto". Verum enim vero eo loco Pausanias neque Meliam fontem, sed Aretiadem loquitur neque Ismenum fluvium perhibet a Melia genitum, nimirum aliquanto priorem Ismenio Apollinis filio. Adstipulatus tamen Spanhemio est Forchhammerus in Hellenicis p. 113. et Odofr. Muellerus Orchom. p 48. not. 4. p. 487. et in Encycl. Doctr. T. XI. p. 254. Meliam ratus eum fontem esse, quem

Hollandus visit. In eadem sententia, siquidem eius mentem ego satis assequutus sum, est Krusius Hellad. Vol. II. P. I. p. 484. 486. 566., qui quam singulariter in interpretandis locis Pausaniae et Aeschyli nott. 427. 428. erraverit, piget referre. Ut in pauca conferam, Ismenum de Cithaerone monte excurrere docet Statius Theb. IX. 446., ubi Ismenus deus insolenti Hippomedontis obviam iturus ferociae „sponte furentibus undis Signa dedit: mittit gelidus montana Cithaeron Auxilia antiquasque nives et pabula brumae Ire iubet", idemque docet auctor de fluv. II. 2. p. 434., cui a Cithaerone Ismenus non longius abesse visus est (*παράκειται δ' Ἰσμηνῷ Κιθαιρὼν ὄρος*), quam aut Pactolus a Tmolo VII. 5. p. 444. *παράκειται δ' αὐτῷ (Πακτωλῷ) ὄρος Τμῶλος* aut a Berecynto Marsyas X. 4. p. 450. aut Scamandrus ab Ida XIII. 3. p. 454. In Cithaerone autem nasci etiam ipsam Dircen supra firmis comprobavimus argumentis, ut quam ex verbis Strabonis IX. p. 408. T. III. p. 439. *Ἄσωπὸς καὶ Ἰσμηνὸς διὰ τοῦ πεδίου ῥέουσι τοῦ πρὸ τῶν Θηβῶν. Ἔστι δὲ καὶ ἡ Δίρκη κρήνη καὶ Ποτνιαί· — καὶ ὁ Κιθαιρὼν δὲ οὐκ ἄπωθεν τῶν Θηβῶν τελευτᾷ*) coniecturam cepit Dodwellus Vol. I. P. II. p. 61., fontem Dirces apud Potnias fuisse, ea tota sit falsa, quum per se sit temeraria, quandoquidem Strabo cogitationem a Dirce Thebisque iam aversam intendit ad fontem illum, unde qui bibisset in furorem agi solebat, ut Philargyrius ait in Virg. Georg. III. 266. p. 337., *Ποτνιαὶ ἐφ' ὧν μυθεύεται τὰ περὶ τὸν Ποτνιέα Γλαῦκον τὸν διασπασθέντα ὑπὸ τῶν Ποτνιάδων ἵππων τῆς πόλεως πλησίον*. conf. Salvagn. in Ovid. Ibid. 557. Aelian. Hist. Anim. XV. 25. Bandin. Catalog. Bibl. Laur. II. p. 291. *κρήνη ἐν Ποτνίαις περὶ Θήβας ἐξ ἧς οἱ ἵπποι πίνοντες μαίνονται*, quae verba sunt Isigoni a Sotione ap. Meurs. Cypr. II. 30. p. 165. tradita. Quo accedit, quod Pausanias, si quidem extitit apud Potnias fons Dirce, id tacitus nullo pacto praeterire potuit IX. 8. p. 29. sq. Quodsi porro urgues, id ipsum sequitur, quod scire in hoc loco caput est. Ex eodem enim, quo Dircen, fonte nasci Ismenum fluvium testis est Scholiasta Eurip. Phoen. 825. p. 185. *δύο γὰρ ποταμοὶ διαιροῦνται ἀπὸ τῆς Δίρκης ὁ Ἰσμηνὸς καὶ ἡ ὁμωνύμως τῇ πηγῇ καλουμένη Δίρκη* conf. 102. p. 30. not. 10. *Δίρκη, ἀφ' ἧς ὁ Ἰσμηνὸς ποταμὸς ἔχει τὸ ὕδωρ καὶ ὁμώνυ-*

μος ταύτῃ Δίρκῃ λεγόμενος, unde leve quod inest vitium facillime eximitur sic scribendo: ὁ ὁμωνύμως ταύτῃ Δίρκῃ λεγόμενος. Idemque, quod ab Euripide v. 645. extat dictum in hunc modum καλλιπόταμος νοτὶς Δίρκας, his enarrat et illustrat p. 142. ἡ καλὸν ποταμὸν ποιοῦσα τὸν Ἰσμηνόν. Ergo Dirce per aliquod spatium sicut nascitur uno amne decurrit; post ubi aquis increvit (ποταμηδὸν ῥεούσης Schol. 643. p. 142. not. 5.) dividitur et quasi ex uno fonte gemina exoritur quantaque simplici alveo venerat, tanta fere singulis effluit Schol. in v. 818. sq. p. 183. sq. τῶν δύο ποταμῶν, οὓς ἡ Δίρκη ποιεῖ σχιζομένη et 825. p. 185. Δίρκης, ἥτις σχιζομένη δύο ἀποτελεῖ ποταμούς. Unde Dircen et Ismenum fluvios Thebani dixerunt Geminos, auctore Scholiasta Eurip. Phoen. l. d. Δίρκη δύο ἀποτελεῖ ποταμοὺς, οὓς καὶ Διδύμους ἐκάλεσαν. Quod non dubito quin nonnulli arbitrentur Cretensium exemplo factum, quae insula Ποταμοὺς δ' ἔχει Ληθαῖον, εἶτα λεγομένους Διδύμους· ἔπειτα Μαινόμενον, ut Dicaearchus prodidit Descript. Graec. 126. p. 209. et ex eo Meursius Cret. II. 6. p. 92. Conf. Stephan. Byz. p. 153, 27. Δίδυμα οὐδετέρως τόπος Μιλήτου· — εἰσὶ καὶ κρῆναι. Ceterum similis narratur natura fuisse Marsyae et Maeandri ἀφίησιν αὐτοὺς (Μαρσύαν καὶ Μαίανδρον) πηγὴ μία ἣ προελθοῦσα ἐπὶ τὸ ὄρος ἀφανίζεται κατὰ νώτου τῆς πόλεως καὐθις ἐκδιδοῖ ἐκ τοῦ ἄστεος διελοῦσα τοῖς ποταμοῖς καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὰ ὀνόματα Maxim. Tyr. Diss. VIII. 8. p. 143. et Baetis atque Euphratis Tigrisque, de quibus conf. Badenius in Senec. Herc. Fur. 711. p. 374. ed. Both. Quae attuli non dissimulaturus aliquibus veterum opinionibus, veluti quae inveterarunt et omnium sermone percrebuerunt de Himera fluvio (Beckmann. in Antig. Car. CXLVIII. p. 196.) et Istri Rhenique communi fonte (Laurent. Lyd. de Magistr. III. 32. p. 206. Wernsdorf. in Himer. Orat. I. 8. p. 337.), ab hominibus doctis huius aetatis obviam itum esse. Verum iam video in illam partem praeberi quaerendi locum, ubi discidio, quo dixi, separatur flumen Dirces. Quae ubi de Cithaerone exiit, per campum, qui monti subiacet, fertur planum et late patentem, de quo Strabo loquitur IX. p. 408. T. III. p. 439. ὁ γὰρ Ἀσωπὸς καὶ ὁ Ἰσμηνὸς διὰ τοῦ πεδίου ῥέουσι τοῦ πρὸ τῶν Θηβῶν sive Eustath. Iliad. II. 497. p. 265,37. Ἀσωπὸν

ῥέοντα ἐπὶ τοῦ πρὸ Θηβῶν πεδίου καθὰ καὶ ὁ Ἰσμηνός et Statius Theb. IV. 434. „Extra immane patent tellus Mavortia campi" et X. 372. „Apparent campi Thebaeque altusque Cithaeron" et VI. 907. „Dircaeus campus" et Ovidius Metam. eo loco, quo Niobidarum, quos in Cithaerone interfectos prodiderunt Apollodorus III. 5,6. p. 197. et Statius Theb. IX. 681., fatum enarrat VI. 218. „Planus erat lateque patens prope moenia campus Assiduis pulsatus equis". Ille campus autem est is, in quo cum Thebanis septem Argivorum duces acie conflixisse scribunt Pausanias IX. 9,1. p. 33. γενομένης δὲ πρὸς τῷ Ἰσμηνίῳ μάχης ἐκρατήθησαν οἱ Θηβαῖοι τῇ συμβολῇ, Euripides, Statius VII. 238. „subeunt campo, qui proximus urbi Damnatus bellis patet exspectatque furores" conf. XII. 251. „Cernis ut ingentes murorum porrigat umbras Campus et e speculis moriens intermicet ignis? Moenia sunt iuxta" et 711. „Desilit in campum qui subter moenia nudos Adservat manes", In eam igitur planitiem delapsa Dirce nescio quam longo ab Ismenio colle dirimente intervallo in duas partes ita diffluit, ut Ismenus fluvius dextrorsum inflexus labatur diutius, antequam ipsa Thebarum moenia attingit, Dirce non ita magno ab Ismeno seiuncta spatio paene recta et ad occidentale urbis latus deferatur. Dividi autem fluvium procul ab Ismenio colle, qui proxime ab urbe abest, documento est et ipsa collis appellatio, de qua Pausanias IX. 10,2. p. 35. ἔστι δὲ λόφος ἐν δεξιᾷ τῶν πυλῶν ἱερὸς Ἀπόλλωνος· καλεῖται δὲ ὅ τε λόφος καὶ ὁ θεὸς Ἰσμήνιος παραῤῥέοντος τοῦ ποταμοῦ ταύτῃ τοῦ Ἰσμηνίου et quod adnotatum est ab Scholiasta in Phoen. 825. p. 185. Δίρκη — σχιζομένη τὸ ἔμπροσθεν τοῦ Ἰσμηνοῦ δύο ἀποτελεῖ ποταμούς et Δίρκη εἰς δύο σχιζομένη τὸ ἔμπροσθεν τοῦ Ἰσμηνοῦ πεδία καταρδεύει et p. 183. sq. τῶν δύο ποταμῶν τῆς Δίρκης ἤγουν οὓς ἡ Δίρκη ποιεῖ σχιζομένη, ἥτις καταῤῥέει εἰς τὸ πεδίον ἔμπροσθεν τοῦ Ἰσμηνοῦ ποταμοῦ sive 827. p. 185. Haud equidem ignoro id de magna quadam Dirces et Ismeni fluviorum vicinia intelligi cum ab aliis tum a Schoenio Scholast. Ephem. ann. h. saec. XXX. Sect. II. nr. 20. p. 157. uso in eam rem testimoniis Aeliani Var. Hist. XII. 57. ἡ δὲ περὶ τὸν Ἰσμηνὸν καὶ αὐτὰ τὰ τείχη ῥέουσα κρήνη καλουμένη Δίρκη et Scholiastae Phoen. 102. p. 30. Δίρκη κρήνη

Θηβῶν πλησίον τοῦ Ἰσμηνοῦ ἀπὸ Δίρκης ὀνομασθεῖσα. De qua vicinia quum nihil quidquam abnuam, non tamen possum, quin graviore reprehensione corripiam eorundem inertiam, qui aut omissa aut parum considerata Dirces fontis, unde Ismenus et Dirce fluvii manant, ab amne Dirce distinctione idoneam tamen sententiam potuerint sibi videri subiecisse verbis Euripidis 825. *πόρον ἀμφὶ μέσον Δίρκας χλοεροτρόφον ἃ πεδίον Πρόπαρ Ἰσμηνοῦ καταδεύει.* Quidquid id est, quod ii animo suo informarunt, falsam illos sibi scientiae persuasionem induisse scio propterea, quod et *χλοεροτρόφον πεδίον* non intelligi potest nisi de campo usque ab imo Cithaerone ad collem Ismenium porrecto, et verba *πόρον ἀμφὶ μέσον διδύμων ποταμῶν* utique postulant inter se coniungi, quia urbi circumfunditur non sola Dirce, sed cum Dirce Ismenus. Neque abest suspicio, ut ego arbitror, quin ab Euripide haec ab initio extiterint sic scripta: *Τᾶς Ἀμφιονίας τε λύρας ὕπο πύργοι ἀνέσταν Διδύμων ποταμῶν πόρον ἀμφὶ μέσον Δίρκας, χλοεροτρόφον ἃ πεδίον Πρόπαρ Ἰσμηνίου καταδεύει* in sententiam hanc „urbem in medio constitutam ambiunt gemina flumina ex Dirce manantia, quae campum ante templum Ismenii Apollinis (*παρ' Ἰσμηνῷ τῷ ποταμῷ — μαντεῖόν ἐστιν ὃ καλεῖται Ἰσμήνιον* Schol. Pind. Pyth. XI. 5. p. 417.) irriguo amne perlabitur". Permutatio enim vocabulorum *Ἰσμηνίου* et *Ἰσμηνοῦ* nec per metricas leges illicita est auctore Meineckio Cur. Critt. p. 22. et Hermanno Doctr. Metr. p. 253., (quamquam ab hoc dissentit Elmsleius Bacch. 996. p. 121., conf. Brunck. in Anal. II. 385. sive ap. Iacobs. Anth. Gr. II. P. III. p. 135. et Hagenbuch. Ep. Epigr. ad Blaurer. p. 53.), et facillima, ut exemplis patet supra II. 3. p. 122. sq. positis et comparatione vocum *Διονυσίου* (quod tamquam Bacchi nomen fert Koppius in Marcian. Capell. II. 158. p. 212.) et *Διονύσου* ap. Liban. Epist. MCCVIII. p. 573. Aeschin. Epist. X. p. 480, 10. Iens. in Lucian. Prometh. 6. p. 215. Vol. I. Schaef. in Schol. Apoll. Rhod. II. 904. p. 195. Boissonad. in Schol. Basilii p. 155. T. XI. Notit. et Electt. Mss. Reg. et *πέδων* et *πεδίων* ap. Aristid. Ascl. p. 42, 15. Strab. IX. p. 408. p. 439. T. III. Atque eandem mutationem mihi dudum suasi faciendam esse apud Aelianum Var. Histt. l. d. *ἡ δὲ περὶ τὸν Ἰσμηνὸν καὶ αὐτὰ τὰ τείχη*

ῥέουσα κρήνη καλουμένη Δίρκη, de quo loco aequius et laudabilius quiddam, quam Perizonius et reliqui, suspicatus erat Ortelius (cum quo facit Thomas a Pinedo in Steph. Byz. p. 336. not. 33. Gron.) in Thes. geogr. v. Ismene sic scribens: „Ab Aeliano XII. 57. urbs Ismene vocatur Ismenus circa Dircen fontem". Quae quum ita sint, intelligitur, quomodo factum sit, ut utriusque fluvii mentio tum coniuncte tum promiscue fieret. Atque in illam quidem partem afferam Aesch. Sept. c. Theb. 259. Δίρκης τε πηγαῖς οὐδ' ἄπ' Ἰσμηνοῦ λέγω et Eurip. Phoen. 101. σκόπει δὲ πεδία καὶ παρ' Ἰσμηνοῦ ῥοὰς Δίρκης τε νᾶμα πολεμίων στράτευμ' ὅσον et Herc. Fur. 566. νεκρῶν ἅπαντ' Ἰσμηνὸν ἐμπλήσω φόνου Δίρκης τε νᾶμα λευκὸν αἱμαχθήσεται et Bacch. 5. πάρειμι Δίρκης νάματ' Ἰσμηνοῦ θ' ὕδωρ, quem versum usurpavit Plutarchus vit. Demetr. c. XLV. p. 87. Vol. V. Rsk., et Stat. Theb. I. 38. „Caerula cum rubuit Lernaeo sanguine Dirce et Thetis — Horruit ingenti venientem Ismenon acervo" et III. 663. „Sed prima ad classica cum iam Hostilem Ismenon galeis Dircenque bibemus". In aequo autem Dirces commemorationem posuit Ismeno, cuius fama clarior vulgatiorque est, Euripides Suppl. 639. ἠρέθην γὰρ ἐν μάχῃ Ἵν' οἱ θανόντων ἑπτὰ δεσποτῶν λόχοι Ἠγωνίσαντο ῥεῦμα Διρκαῖον πάρα et Phoen. 793. ὦ πολύμοχθος Ἄρης — Ἰσμηνοῦ τ' ἐπὶ χεύμασι βαίνων θοάζεις et idem Suppl. 383., ubi Theseus praeconem Thebas amandans ἐλθὼν δ' ὑπὲρ τ' Ἀσωπὸν Ἰσμηνοῦ θ' ὕδωρ Σεμνῷ τυράννῳ φράζε Καδμείων τάδε atque Nonnus, apud quem Pentheus Cithaeronem Baccharum refugium armis petens ἁβρὰ δρακοντοβότοιο παρέστιχε νάματα Δίρκης XLVI. 142. p. 1188, 7. Add. huius libri eum locum (cap. VI. extr.), quo Ismenum Dircenque fluvios saepius pro Thebis Thebanoque agro a scriptoribus commemoratos exponemus. Itaque vehementer errat Krusius qui quam ex Thespiensium agro decurrere opinatur Dircen, spatio longiore ab Ismeno discludit in Hellad. Vol. II. P. I. p. 448. 561. 570. Quod vero ex Cithaerone ortam Dircen diximus per campum fluere australi Thebarum parti (vid. lib. III. cap. 2.) praeiacentem, videndum est, ne positarum rationum perturbationem aliquam afferat Sophoclis locus qui est in Antig. v. 105. sq. Ἀκτὶς ἀελίου τὸ κάλ-λιστον ἑπτα-

πύλῳ φανὲν Θήβᾳ τῶν προτέρων φάος Ἐφάνθης ποτ', ὦ χρυσέας Ἁμέρας βλέφαρον, Διρκαίων ὑπὲρ ῥεέθρων μολοῦσα, Τὸν λεύκασπιν Ἀργόθεν Φῶτα βάντα πανσαγίᾳ Φυγάδα πρόδρομον ὀξυτέρῳ Κινήσασα χαλινῷ. Namque Wexius p. 117. omnium rerum socors novum quiddam inde collectum protrahit: orientem versus illum fontem fuisse; Schoenius autem l. c. p. 158. not. 3. in tanta versatur trepidatione, ut locumne vitio deformatum pronunciet an poetam incuset ignorantiae dubius animi pendeat. Fac vero Sophoclem ita loquutum: „Apparuisti, Sol candidissime, quum ex undis Caphareis ortus Argivum exercitum abigeres", nemo, credo, feret ullo pacto hanc orationis inanitatem. Quippe videre in promptu est, Solem victoriae auctorem non celebrari posse nisi ita, ut supra Dircaea flumina invectus eum prospexisse dicatur campum, in quo ab Thebanis Argivi victi fugatique sunt. Eadem ratio est loci Pindarici Hyporch. 4. fr. 74. p. 600. ἀκτὶς Ἀελίου — ἀπήμον' ἐς ὄλβον τράποιο Θήβαις, ὦ πότνια, πάγκοινον τέρας et Euripidii Phoen. 4. Ἥλιε — ὡς δυστυχῆ Θήβαισι τῇ τόθ' ἡμέρᾳ Ἀκτῖν' ἐφῆκας, Κάδμος ἡνίκ' ἦλθε γῆν τήνδ', in quo loco prolepsin inesse vult Staverenius in Feriis c. 16. Misc. Obss. Nov. T. VIII. p. 812. Conf. Stat. Theb. IV. 611. „Tyriae dux inclyte Thebes, Cuius ab interitu non ulla Amphionis arces Vidit amica dies". Pentad. tumul. Hect. 7. T. III. p. 279. Wernsd. „O quantos Priamo lux attulit illa dolores". Mich. Psell. Monod. ap. Allatium in Georg. Acropol. p. 277. ποτὲ δὲ καὶ δι' ὅλης ἡμέρας ἐφάνης, ἥλιε, συμφιλοχωρῶν ἐκεῖσε καὶ στρεφόμενος καὶ λάμπων. Eumen. Grat. Act. Constantin. VII. 6. p. 452. „quisnam ille tum nobis illuxit dies — cum tu portas ipsius urbis intrasti". Casaub. in Capitolin. Maximin. 25. p. 57.

Dirce igitur, ut dixi, in laevam partem dimissa amnis propior urbi factus alluebat collem templumque Apollinis, qui ab Ismeno cognomen tulit, sanctissimum, quod Plataeis venienti ad dextram Electrarum portarum fuit; inde campos emetiebatur Cadmeae praetentos; nam fontem Aretiadem, quem sub ipsis arcis moenibus fuisse demonstravimus, Pausanias perhibet ultra Ismenum conspicuum fuisse c. 10, 5. p. 37. ἀνωτέρω δὲ τοῦ Ἰσμηνίου τὴν κρήνην ἴδοις ἂν ἥνπερ Ἄρεώς φασιν ἱερὰν εἶναι conf. II. 2. p. 75. Quibus ver-

bis si adhibuisset Siebelisius, templum *Ἰσμήνιον* intelligendum hic esse ratus adnott. p. 35., accuratius perpensa ea, quae proxime subiecta sunt *πῦρ ἐτόλμησεν ἐς τὸ τέμενος ἐνεῖναι τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦτο δ νῦν καλοῦσιν Ἰσμήνιον*, in fraudem, qua irretitus tenetur, non delapsus erat. Sed ubi Cadmeam Ismenus praeterfluit, cursu a meridie ad eam partem urbis inflexo, quae orientem solem spectat, attingebat portas Proetides, quae Cadmeae ab oriente proxime adiacuerunt, uti Electrae ab meridie. vid. lib. III. cap. 2. et 3. Id perspicuo constat Aeschyli testimonio posito in Sept. adv. Theb. v. 373. *Τυδεὺς μὲν ἤδη πρὸς πύλαισι Προιτίσι Βρέμει· πόρον δ' Ἰσμηνὸν οὐκ ἐᾷ περᾷν Ὁ μάντις, οὐ γὰρ σφάγια γίγνεται καλά* et 388. *βοᾷ παρ' ὄχθαις ποταμίαις* id est Scholiasta p. 182. interprete *παρὰ τοῖς τείχεσι τοῦ Ἰσμηνοῦ ποταμοῦ*, in aggeribus (hac enim voce *τείχιον* declarari Ioannes Chrysostomus Homil. IX. ad popul. Antioch. 129. A. apud Hasium in Leon. Diacon. I. 5. p. 407. documento est) sive *ἐπὶ τῇ τοῦ Ἰσμηνοῦ ἀναβολῇ* Schol. Pindar. Nem. IX. 53. p. 495. conf. Schaef. II. 823. p. 191., ne quis *χείλεσι* scribendum existimet. Nam tantum abest, ut hanc rem nullam fidem habere Aeschylumque in ignorantiae insimulationem vocandum esse cum Odofr. Muellero Orchom. p. 487. inique sentiam, ut hic quidem de locorum notitia illum purgatum probatumque non minus velim, quam Krusius in Hellad. Vol. II. p. 566. et cum Reisigio Schoenius l. c. p. 156. sq. Neque hoc iniuria cum propter ea, quae de Ismeni cursu exituque edisserenda restant, tum quod Dodwellus se Chalcidem versus proficiscentem proxime a Thebis fluvium traiecisse scribit Vol. II. P. I. p. 244. Ceterum sub ipsis moenibus quam prope Ismenus fluxerit, iudicari licet vel ex locis Statii Theb. VII. 800. „iam frondea nutant Culmina, iam muri ripisque Ismenos apertis Effugit" et Nonni VIII. 373. p. 246, 8. *Καὶ θάλαμος (Σεμέλης) στεροπῇσιν ἐλάμπετο καὶ πυρὸς ἀτμῷ Ἰσμηνὸς σελάγιζεν· ὅλη δ' ἀμαρύσσετο Θήβη* et XLIV. 143. p. 1146, 18. *Ἕλκετε - ἐνθάδε Βάκχας — ἃς ἐνὶ Θήβῃ Ἰσμηνοῦ διεροῖσιν ἀκοντίζοντες ἐναύλοις Λῃΐδας Ἀονίης ποταμῃΐσι μίξατε νύμφαις* conf. auct. de fluv. II. 1. p. 433. *Ἰσμηνὸς ποταμός ἐστι τῆς Βοιωτίας κατὰ πόλιν Θήβας.* Quorum

mentio mihi subiicit referre ac castigare, quod ab Seneca dictum est in Hercule Oetaeo v. 138. sq. „At si quas melior sors famulas vocat, Illas aut volucer transferet Inachus, Aut Dircaea colent moenia, qua fluit Ismenos tenui flumine languidus". Ubi quod in Florentino libro et aliis est „qua fugit", repudiatum a Lipsio Gronovius idonea non sustentavit tuitusque est excusatione, quod fugere ad h. l. et v. 1038. ait esse Senecae quocunque motu labi, decurrere, ire, quum idem ad Thyest. 629. (conf. Burmann. in Valer. Flacc. III. 584.) „fugam huic auctori esse quamvis velocem itionem" vere docuerit. Nec Burmannus ad Virg. Georg. IV. 19. quidquam attulit, qui in Virgilii versu „At liquidi fontes et stagna virentia musco Adsint et tenuis fugiens per gramina rivus" posuit vocis „fugit" firmamentum. Quam bellum porro, ut Gronovii verba repetam, illud „fluit flumine", quod Lipsio non displicuit memori, credo, Ennii ap. Macrob. Sat. VI. 4. p. 175. „Quod per amoenam urbem leni fluit agmine flumen" et Varronis, de quo dicetur in Corollario XII. Equidem de certa, arbitror, coniectura pro adulterino illo „quae fluit" reddo poetae suum „quae luit". Id verbum sane minime usu protritum — extat autem apud Silium Ital. XI. 22. „ora vadosi Littoris, Argivos maior qua Graecia muros Servat et Ionio luitur curvata profundo" et Prudentium *περὶ στεφ.* hymn. III. 190. „Emerita — quam memorabilis amnis Ana Praeterit et viridante rapax Gurgite moenia pulcra luit" — ab fluendi vocabulo interdum eius aemulo (Muncker. in Fulgent. Mythol. I. prolog. p. 12. Heins. in Claudian. Rufin. II. 303. Oudendorp. in Appul. Met. VI. p. 401. b. Davies. in Caes. Bell. Civ. I. 48. p. 386.) eo facilius hic deiectum est, quod „litterae E et F in veteribus libris saepius invicem mutantur" Salmas. in Lamprid. Alex. Sev. 66. p. 1042. Ceterum ne cui verbum luere non recipere illam coniunctionem videatur, apponere satis est versum „Tacitus quietis alluit ripas vadis", qui est apud Senecam de mort. Claud. p. 801. Schott. Alluit igitur Ismenus urbem, ut autumat Ortelius in Thes. Geogr. v. Ismenus. Immo vero interfluit, si credis Tzchuckio Obss. in Pompon. Mel. III. 2. Vol. III. P. II. p. 218., Muellero, aliis. Quare acrius intendamus ad Dicaear-

chi verba Vit. Graec. p. 189. ἡ δὲ πόλις-κάθυγρος πᾶσα χλωρά τε καὶ γεώλοφος, κηπεύματα ἔχουσα πλεῖστα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων. Καὶ γὰρ ποταμοὶ ῥέουσι δι' αὐτῆς δύο, τὸ ὑποκείμενον τῇ πόλει πεδίον πᾶν ἀρδεύοντες. Quibus quidem verbis fuit qui Dicaearchum „respicere" diceret „ad territorium totum neque ad urbem tantum" Gailius in Geogr. Min. Vol. II. p. 189., sequutus in eo Henr. Stephani arbitratum. Scilicet illis non contigit, ut urbem et territorium (πόλιν καὶ τὸ ὑποκείμενον τῇ πόλει πεδίον) viderent ab ipso Dicaearcho enucleate discerni, quo non planius apertiusque loquutus est Genesius III. p. 67. ταύτης δὲ διὰ μέσου (Τάρσου) Κύδνον τὸν ποταμὸν ὁδεύοντα εὔφορον χρηματίζειν τὴν χώραν. Fortasse existet etiam, qui veterum scriptorum in locorum situ definiendo quandam levitatem et loquendi genus minus subtile exactumque arguat. Quam dicam levitatem, exponam remque parum adhuc animadversam et examinatam aliquot exemplis illustrem. Varro igitur, a quo Pactolus Sardibus vicinus narratur (Coroll. XII.), quum revincatur ab Herodoto V. 101. Πακτωλός σφι ψῆγμα χρυσοῦ καταφορέων ἐκ τοῦ Τμώλου διὰ μέσης τῆς ἀγορῆς ῥέει et Dione Chrysost. Or. LXXVIII. p. 425. φασὶ Κροίσῳ — πρότερον τὸν Πακτωλὸν διὰ μέσων ἀφικνούμενον Σάρδεων ἕτοιμα χρήματα κομίζειν, habet tamen eius indiligentiae consortes Ovidium Met. XI. 137. „Vade, ait, ad magnis vicinum Sardibus amnem" et auctorem de fluv. VII. 1. p. 443. Πακτωλὸς ποταμός ἐστι τῆς Λυδίας κατὰ πόλιν Σάρδεις, et Triclinium in Sophocl. Antig. 1037. ἐν γὰρ τῇ Λυδίᾳ πλησίον Σάρδεων ὁ Πακτωλός ἐστι ποταμός. Atque Brixia „flavus quam molli percurrit flumine Mela" teste Catullo LXVII. 33., nunc mille passibus a fluvio distat, quae res Cluverium et Cellarium ita confudit, ut nova voce „praecurrit" opus esse existimarent, quibus cautior diligentiorque Wesselingius „haud liquere ait in Itin. Hierosol. p. 559. urbem eodem semper ambitu fuisse". Porro Lethaeum amnem perfluere Gortynam Cretae urbem Strabo tradit X. p. 478. T. IV. p. 258. διαῤῥεῖ δ' αὐτὴν ὅλην ὁ Ληθαῖος ποταμός, sed Eustathio quid iam fiet, qui cuius vestigiis tamquam certissimi ducis sic insistit, ut a verbis eius latum unguem vix discedat,

Strabonem audacter deseruit in Iliad. II. 646. p. 312, 41. *κατὰ τὸν γεωγράφον ἐν πεδίῳ ἡ τῶν Γορτυνίων ἣν παραῤῥέει Λήθαῖος ποταμός?* Neque aliter Solinus XI. p. 22. A. „Gortynam — amnis Lethaeus praeterfluit" conf. Meurs. Cret. II. 6. p. 91. Nec Chronici Pasch. p. 467, 14. *τοῦ Λύκου ποταμοῦ κατὰ μέσον τῆς πόλεως* auctoritate prohibiti sunt Cangius ad p. 589, 19. p. 416. et Valesius in Theodor. Hist. Eccles. I. princ. p. 161., quominus urbem scriberent a Lyco praeterflui. At apud Vibium Sequestr. p. 18. „Turia Hispaniae, quod Valentiam parvo intervallo interfluit", (ab Oberlino p. 201.) repositum certe esse oportuit, quod in Sallust. Histt. lib. II. p. 957. superest „Turiam, quod Valentiam parvo intervallo praeterfluit". Denique nec de Schoeno, de quo dicetur in capite V. huius libri, sermo scriptorum congruit, nec de Pyramo (de quo Cinnamus II. p. 17. C. *παρὰ τὸν Πύραμον ὡρμίζοντο ποταμὸν ὃς διὰ Μοψουεστίας φερόμενος ἐπὶ θάλασσαν ποιεῖται τὴν ἐκβολήν*, verum Procopius de Aedific. V. 5. p. 101. A. *ταύτην ποταμὸς παραῤῥεῖ Πύραμος* et Leo Diaconus III. 11. p. 52, 19. *τοῦ ἐκεῖσε παραῤῥέοντος Πυράμου τοῦ ποταμοῦ*) neque de Mygdonio, qui non solum alluebat Nesibin, ut Spanhemius ait (Observ. p. 191.) ad Iulian. Or. I. p. 27. B. *ἐπετειχίζετο μὲν ἡ πόλις — ἐπέῤῥει δὲ Μυγδόνιος*, sed testante Zonara p. 14. T. III. *διὰ μέσης ἔῤῥει τῆς πόλεως*, nec postremo constare de Oronte videtur, si quidem rem iudicas ex Vib. Sequestr. p. 15. „Orontes—apud Antiochiam labitur". vid. Hessel. p. 159. sq. Quam inconstantiam non tam exprobrem, quam ratione ostendam. Quod enim Salmasius Plin. Exerc. p. 606. a. F. edixit: „Aliud est *παραῤῥεῖν*, aliud *διαῤῥεῖν*; hoc secare et interfluere significat, illud praeterfluere et ab uno latere alluere", id temperandum est correctione aliqua adhibita, postquam praepositionibus *διά* et per saepius aequari vim ac potestatem praepositionum *παρά* et praeter subtiliter et copiose disputavit Abreschius cum ad Xenoph. Ephes. IV. p. 56. in Misc. Obss. Nov. T. VI. p. 490. tum in Animadvv. ad Viri Cl. de quibusdam locis Flori *ἐπίκρισιν* ibid. p. 625.—632., ne quid de eo dicam, quod „praelabi usitatum scriptoribus esse etiamsi amnis per mediam terram fluat" obtinuit Wernsdorfius in Avien.

Or. Marit. 251. p. 1208. Iam vero Dicaearchi oratio quominus in ambiguum implicata habeatur, moratur gravissima auctoritas Pausaniae, qui quo loco ea percenset, quae apud portas Neistas extiterunt memoratu digna, narrat se transmisso amne Dirce, quem ipsa moenia urbis praevehi diximus, domus Pindari ruinas et templum Dindymenae matris adisse cap. 25, 3. p. 87. *διαβᾶσιν οὖν τὴν Δίρκην οἰκίας τε ἐρείπια τῆς Πινδάρου καὶ μητρὸς Δινδυμήνης ἱερόν* conf. Thom. Mag. vit. Pindar. p. 4. *κατῴκει δὲ τὰς Θήβας πλησίον τοῦ ἱεροῦ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν Ῥέας τὴν οἰκίαν ἔχων.* Res autem ita animo informanda est, ut suburbium existimetur trans Dircen ante Neistas fuisse, id quod suo iure praecepit Krusius Hellad. Vol. II. P. I. p. 487. sq. conf. Dissen. Explic. Pind. Isthm. V. extr. p. 529. Quam in rem reminisci primum opportunum est Thebas antiquissimis temporibus vicatim habitatas, deinde quam perspicue Scholiasta Euripidis prodat (in Phoen. 1109. p. 233. *ἐκβληθεὶς γὰρ ὑπὸ Ἀκρισίου ᾤκησεν ὁ Προῖτος εἰς τὰς Θήβας πλησίον τούτων τῶν πυλῶν· ὅθεν ἴσχυσεν αὐτῶν ἡ προσηγορία*) etiam Proetidibus portis subfuisse suburbium. Quippe vana quaedam de Proeto Argivo homine comminiscendi materiam ei suppeditavit oppidulum, quod ante portas Proetides extitisse compertum haberet. Cuius suburbii nomen, ut mea est opinio, Ismene fuit, consignatum illud ab Stephano Byz. p. 223, 28. *Ἰσμήνη ἡρωΐς καὶ κώμη Βοιωτίας* (id est *κώμη Βοιωτίας ἐν Θήβαις*, quem in modum Stephanus scripsit v. *Δήλιον, πολίχνιον Βοιωτίας ἐν Τανάγρᾳ*)· *ὁ κωμήτης Ἰσμήνιος καὶ Ἰσμηναῖος καὶ Ἰσμηνεὺς καὶ Ἰσμηνίτης· ἔστι καὶ Ἰσμηνὸς ποταμὸς Βοιωτίας* et Theognosto Canon. p. 113, 15. *Ἰσμήνη ἡ ἡρωΐς· ἔστιν δὲ καὶ πόλις Βοιωτίας;* nam et Aeliani loco abusum Ortelium esse supra monstravimus, et nummi, quos quidam hic attulerunt, videntur habere dubitationem, vicine illius nomine sint inscripti an magistratuum Boeotiorum. Supersunt autem duo his insigniti litteris *ΙΣΜΗΝ* — — et *ΙΣΜΕΝΕΙΩΝ*. Verum alterius, quem autonomum ad Ismenen olim adegeram, (verba haec sunt Eckhelii Doctr. Numm. II. p. 199.) litterae sunt non satis integrae, etsi per clypeum nummum esse Boeoticum dubitari non possit, alterum, cui epigraphe praetenditur *ΙΣΜΕΝΕΙΩΝ*, nimium

perfunctorie citat Harduinus, quin museum nominet vel typum definiat". Idemque quod de magistratibus dixi, probat p. 196. „ΕΠΑΜ. — ΑΓΛΑ. — ΨΑΡΟ. — ΦΙΔΟ. — ΕΥΓΑΡΑ. — ΓΑΣΤ. — ΗΙΚΕ. — ΗΙΣΜΕΝ. Diota. Clypeus Boeoticus. Sunt magistratus nomina. ΦΙΔΟ. notare Phidonem Aeginae regem pervetustum, nummum adeo esse ex vetustissimis unum confidenter docuit Begerus Thes. Br. I. p. 279. eiusque nepos Carolus Schottus Misc. Berol. I. p. 33. sq. etsi fabrica et litterarum forma contrarium doceant. — Inscriptum ΕΥΓΑΡΑ. quam nobis Boeotorum urbem indicet dubitat Harduinus Num. urb. ill. Ad nomen ΓΑΣΤ. adhaeret Nonnius Goltzii (tab. XVII.) commentator nulla reperta per Boeotiam urbe hoc nomine praedita in Graec. p. 97. Ab eodem τὸ ΗΙΣΜΕΝ. male Ismenae tributum. — Nonnulla his nummis inscripta nomina revera insignium in Boeotia virorum et praetorum quidem etiam fuere. Cui non dictus Epaminondas? quem habes sub nomine ΕΠΑΜ., Ismenias ΗΙΣΜΕΝ. et hic inter Boeotos clarus et praetor". Quibus ego, quod ipse in Monacensi nummorum apparatu duo impressos vidi nominibus Φειδο. et ΕΥ—ΓΑ, hoc adiiciam, Phidum Φεῖδον, quod
P A
nihil ab Φείδων differre in libro IV. ostendemus, Thebanorum praetorem commemorari apud Plutarch. Amator. Narrat. IV. p. 76. Vol. XII. στρατηγοῦντος Φείδου (sic enim scribendum pro Φοίδου puto), ὃς τότε τὴν ἀρχὴν τῶν Θηβαίων διεῖπε et p. 77. Φείδῳ δὲ τῷ Θηβαίων ἄρχοντι καὶ στρατηγῷ, in Euarae comparationem autem Boeckhio arbitro de dialect. Boeot. I. 3. p. 720. a. cadere, quod legitur in Corp. Inscr. Gr. nr. 1583. p. 763. v. 3. ἀγωνοθετίοντος τῶν Χαριτεισίων Εὐάριος τῷ Πάντωνος. Ceterum istius Ἰσμηνείων magna me pridem habet diffidentia, ut a suspicione non abhorream, Harduinum licentius scribendo similem admisisse culpam atque Spanhemium, qui quem nummum ΓΑΣΤ. (Inscr. 1569. c. v. 3. p. 746. (F)άστιος et Boeckh. nr. 1520. p. 704. Ἀστέας Iamblich. Vit. Iambl. 36. p. 524.) inscriptum novimus, ΓΑΣΤΙΩΝ inscriptum esse narrat Diss. II. de P. et U. N. p. 108. 109. Quoquo modo est, praestat in dubia re cessare cautionem adhibendo,

quam credule agendo fraudem concipere. Ergo ut paucis complectar rei veritatem, Ismenus Cadmeam circumvectus Thebarum eam partem, quae in orientem solem vergebat, et quod ibi fuit suburbium interfluebat, contra Dirce moenia, qua erant portae Crenaeae et Neistae occidenti oppositae, oppidulumque ante Neistas situm transibat. Aelian. Var. Histt. l. d. Pindar. Isthm. V. 75. *Δίρκας ὕδωρ, τὸ βαθύζωνοι κόραι Χρυσοπέπλου Μναμοσύνας ἀνέτειλαν παρ' εὐτειχέσιν Κάδμου πύλαις.* conf. lib. III. cap. IV. His satis dilucide expeditis tertii cuiusdam suburbii licet instaurare memoriam habitati a posteris Herculis et conditi ab Amphitryone, qui occiso Electryone (Pherecyd. ap. Schol. Odyss. XI. 265. fr. XII. p. 98. et Schol. Il. XIV. 323. p. 400, 42. Apollodor. II. 4, 6. p. 105. Ioann. Diacon. in Scut. Hesiod. 11. p. 610, 36. 611, 18.) Tirynthe extorris cum Alcmena Thebas perfugisse et domicilium ante Electras portas collocasse traditur a Pausania IX. 11, 1. p. 38. *ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῶν πυλῶν ἃς ὀνομάζουσιν Ἠλέκτρας οἰκίας ἐστὶν ἐρείπια, ἔνθα οἰκῆσαί φασιν Ἀμφιτρύωνα διὰ τὸν Ἠλεκτρύωνος θάνατον φεύγοντα ἐκ Τίρυνθος* et Chrysippo ap. Schol. Pindar. Isthm. III. 104. p. 536. *πρὸς ταῖς καλουμέναις — Ἠλέκτραις πύλαις ᾤκησεν Ἀμφιτρύων· μετὰ ταῦτα Ἡρακλῆς.* Quod insigniter adiuvat ad ea recte percipienda, quae Antoninus Liberalis c. XXIII. p. 143. auctorem Pherecydem (fr. L. p. 184.) professus retulit *Ὕλλος δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἡρακλεῖδαι — ἀποθανόντος Εὐρυσθέως κατοικίζονται πάλιν ἐν Θήβαις· — ᾤκουν δὲ παρὰ τὰς Ἠλέκτρας πύλας.* In quo loco pro voce *πόλιν*, quam per usum Graeci sermonis non liceat cum medio verbo *κατοικίζονται* coniungi (nec satis concinne factum videtur esse, quod eam excipiunt illa *ᾤκουν δὲ παρὰ τὰς Ἠλέκτρας πύλας*), exhibui id, quod suffici frequentes iusserunt viri docti P. Abreschius Paraphr. et Annott. in Epist. ad Hebraeos p. 37. sq. (de quo indicium dedit Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 440.) et Abreschii ignarus Claverius in Apollodor. II. p. 335. et Bastius Epist. Crit. p. 188. laudatus eo nomine Sturzio in Pherecyd. p. 185. et Marxio in Ephor. p. 102. Idque feci eo paratius, quod librariis noveram nihil usu venisse crebrius, quam ut vocabula *πάλιν* et *πόλιν* permutarent, ut

apud Diodor. Excerpt. Phot. XXXVI. p. 534, 6. Himer. Orat. II. 9. p. 382. Steph. Byz. p. 467, 12. v. *Χυτροί*. — *Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Κύπρου τὴν δὲ Γορδίαν ἀποδοῦναι Χυτρίοις· καὶ πόλις· Εὐρυνόην τῶν Χυτρίων βασιλεὺς ἔγημεν*. Rehd. *πόλιν* id est *πάλιν*, ut coniecerat Meursius Cypr. I. 9. p. 30. et Thomas a Pinedo. Aeschyl. ap. Elmslei. Eurip. Heracl. 108. p. 62. Nicephor. Cpol. de reb. post Mauric. gest. p. 45, 3. al. ap. Reisig. Comm. Crit. in Oed. Col. 630. p. 284. Abresch. Animadvv. in Aesch. II. p. 4. Schaefer. l. d. Sed de significatu eius vocis a Claverio, cui „cum illorum pater Thebis natus esset ibique per longum tempus commoratus, de ipsorum reditu Thebas agi videtur ac de reditu in Peloponnesum; ac hunc *πάλιν* respicere", ita dissentio, ut hanc alteram migrationem dici Heraclidarum existimem, quos antea in Attica sedem rerum ac fortunarum suarum collocasse scripserat Pherecydes l. d. *οἱ δὲ Ἡρακλεῖδαι καταφυγόντες πρὸς Δημοφῶντα τὸν Θησέως ᾤκησαν τὴν τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς*. Sed superest quod ex hoc loco eximam vitium. Sic enim ille habet: *Εὐρυσθεὺς δ' ἐνέβαλεν εἰς τὴν Ἀττικὴν καὶ παραταξάμενος αὐτὸς μὲν ἀποθνήσκει μαχόμενος, ἡ δὲ πληθὺς ἐτράπη τῶν Ἀργείων· Ὕλλος δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἡρακλεῖδαι καὶ σὺν αὐτοῖς ἀποθανόντος Εὐρυσθέως κατοικίζονται πάλιν ἐν Θήβαις*. Sturzii l. d. iudicium hoc est: Pro *καὶ σὺν αὐτοῖς* legendum est cum Munckero *σὺν αὐτῷ* omisso *καὶ* vel potius *οἱ* post *καὶ* inserendum", quod inseruisse video Iacobsium Addit. Animadv. in Athen. p. 22. Bastiumque Ep. Crit. p. 188. Quod iudicium nullius discriminis est. Fallor ego aut scriptum antiquitus fuit *παισὶν αὐτοῖς ἀποθανόντος Εὐρυσθέως* conf. Porson. in Eurip. Orest. 614. p. 61. Nam non solum Eurystheum, verum eius filios etiam bello cum Atheniensibus gesto occidisse memoriae prodiderunt Diodorus IV. p. 302, 35. *αὐτὸς δ' Εὐρυσθεὺς τοῦ ἅρματος κατὰ τὴν φυγὴν συντριβέντος ὑπὸ Ὕλλου τοῦ Ἡρακλέους ἀνῃρέθη. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ υἱοὶ τοῦ Εὐρυσθέως πάντες κατὰ τὴν μάχην ἐτελεύτησαν* et Apollodorus II. 8, 1. p. 164. Verborum constructionem autem probant cum Berglerus in Alciphr. I. 2. p. 23. Wagn., Car. Gottl. Kuhnius in Aelian. Var. Hist. I. 4. p. 5. Davisius in Maxim. Tyr. Diss. VII. 5. p. 113. sq.

Schaeferus in Bos. Ellips. p. 745. sq., tum vero Lobeckius in Phrynich. p. 100., quem laudavit Iacobsius in Aelian. Hist. Anim. II. 16. p. 67. Liban. Vol. IV. p. 1100, 2. *τὸν δὲ Ἄδραστον ἵπποις αὐτοῖς διαστᾶσα ἡ γῆ δέχεται.* Suburbium igitur, in quod Heraclidae habitatum concesserunt, appellabatur Electrae. Testem do auctorem Etymol. M. p. 425, 26. sive Phavorinum p. 350. *Ἠλέκτραι πόλις Θηβῶν.* Ita enim reformare visum est id, quod nunc in libris est *πόλεις.* Eadem labes adspersa haesit Etymologico p. 613, 42. *Ὄγκαι πόλεις ἐν Ἀρκαδίᾳ* scholiisque in Lycophr. 1022., donec abstergeretur illic a Sylburgio atque Holstenio et Berkelio in Steph. Byz. v. *Ὀγκεῖον,* hic a Bentleio ad Callimach. fr. CIV. p. 356. Conf. Steph. Byz. p. 176, 28. *Ἐλύμνιον νῆσος Εὐβοίας πόλιν ἔχουσα.* Rehd. et Perus. *πόλεις.* Prolegg. in Hermog. *περὶ στασ.* VII. p. 11, 24. *ἡ βλαπτομένη πόλις.* Paris. 1. *πόλεις.* Meinek. Quaestt. Scen. II. p. 61. Siebel. Pausan. X. 17, 5. adnott. p. 212. Schweighaeus. in Athen. XIV. p. 657. F. Animadvv. T. VII. p. 646. Hic mihi videor audire quosdam ita dicentes: Quin tu maiores sume spiritus et Phavorino, in quo maculam agnoscimus, eam fer opem, quam valere omnes fatebimur. Nosti nonnumquam vocabulorum *πόλεις* et *πύλαι* vices mutari (vid. Corollar. XIII.); *πύλας* rescribe; hae desiderantur, hae perplacebunt. Audio; nec tamen ista me movent. Habes Electras oppidulum; hoc vero oppidulum est Thebarum suburbium. An tu mirere voce *πόλις* nonnullos abusos esse ad separatam quandam urbis partem significandam? De ea re satis responsum est a Grammio annott. in Schol. Thucyd. Vol. VI. p. 275. sq. conf. lib. I. 2. p. 19. lex. Anecd. Boiss. IV. p. 386. v. 394. *κώμη πόλις λέγεται, κώμας* autem esse ait auctor lexic. rhetor. p. 274, 30. *κῶμαι· τὰ μέρη τῆς πόλεως ἢ τὰς ἀκροπόλεις,* ubi scribendum est *κώμας— τὰς προπόλεις.* Neque aliter appellata est a Stephano Byzantio Calydna p. 232, 3. *Κάλυδνα πόλις Θήβης,* quod in aliam spectare partem, quam illud *πόλις Ἐφέσου* ap. Gavell. in Obss. Misc. Nov. T. V. p. 453., patet ex I. 2. p. 20. Sed tempus est, ut ad Dicaearchum revertar. Igitur hoc quidem effectum est, Ismenum ac Dircen per Thebas ita decurrisse, ut non ipsam urbem secarent sed moe-

nia, urbem atque suburbia interfluerent. Quem situm his declaravit Euripides (reliquos enim afferam in libro VI.) Phoen. 823. sq. *φόρμιγγί τε τείχεα Θήβας Τᾶς Ἀμφιονίας τε λύρας ὕπο πύργοι ἀνέσταν Διδύμων ποταμῶν πόρον ἀμφὶ μέσον* „urbs turribus munitissima in medio Ismeni et Dirces cursu eminet, id est in loco, cui medio gemini fluvii circumfunduntur". Namque primum Valckenarius adnott. p. 311. et Marklandus in Suppl. 383. p. 99., opinati illi in his arcem ab urbe discerni, redarguuntur tum iis, quae de Cadmo et Amphione Thebarum conditoribus libro I. persequuti sumus, tum iis, quae de Cadmeae positione infra conficiemus. Deinde ii, qui Asopum Thebas praeterlabi affirmant, Spanhemius in Callimach. h. in Del. 78. p. 376., Sturzius in Hellanic. fr. IX. p. 52., alii, sunt asperrima erroris reprehensione perstringendi. Quid enim? Strabonis locus IX. p. 408. T. III. p. 439. *Ὁ Ἐτεωνὸς δὲ Σκάρφη μετωνομάσθη· καὶ αὕτη δὲ τῆς Παρασωπίας. Ὁ γὰρ Ἀσωπὸς καὶ ὁ Ἰσμηνὸς διὰ τοῦ πεδίου ῥέουσι τοῦ πρὸ τῶν Θηβῶν* nonne ipse documento satis manifesto est, per eam potius planitiem Asopum ferri, cui Parasopiae nomen fuit, primum illum quidem Thebanorum agrum (Pausan. II. 6, 2. p. 227. conf. Kopp. Hist. Reip. Boeot. V. p. 226.) et ab urbe remotiorem (*παρ' αὐτὸν δὲ (Κιθαιρῶνα) ὁ Ἀσωπὸς ῥεῖ τὴν ὑπώρειαν αὐτοῦ κλύζων καὶ ποιῶν τοὺς Παρασωπίους εἰς κατοικίας πλείους διῃρημένους, ἅπαντας δ' ὑπὸ Θηβαίοις ὄντας* Strab. p. 409. p. 440. *πεδίων ὑποτάσεις, αἳ παρ' Ἀσωποῦ ῥοαῖς Εὔκαρπον ἐκβάλλουσι Θηβαίων στάχυν* Eurip. Bacch. 705.). Itaque quum quemadmodum Ismenum sic Asopum licuerit dicere *ποταμὸν Βοιωτίας πλησίον Θηβῶν* Etymol. M. p. 161, 44. aut *ποταμὸν Θηβῶν* Suid. p. 798, 14. et Schol. Callimach. h. in Del. 77. *Θήβης ἀφνειῆς ποταμόν* Nonn. XLVII. 516. p. 1234, 9. *γείτονος Ἀσωποῖο πάτριον ὕδωρ* VII. 172. p. 210, 30. aut *τὸν ἐν Θήβαις ποταμόν* Schol. Pindar. Olymp. IX. 104. p. 222., perspicue falsa tamen Spanhemii opinio est, Thebas ab Euripide Suppl. 621. *πόλιν διπόταμον* dictas esse ut Asopo et Ismeno circumfluas. Doceam hic animi caussa insigni exemplo, quam imprudens sit alienarum opum Krusius spoliator, qui quum ap. Mueller. Orchom. p. 487. pro

Supplicibus nominatas invenisset Euripidis Danaides, hoc vitium transcripserit in Hellad. Vol. II. p. 484. not 425.

Denique de pontibus Ismeno Dircaeque iniectis nihil tenet veterum scriptorum memoria. Namque eum pontem, quem in Valerii Flacci Argon. III. 70. vere coniectasse Nic. Heinsius videtur, ego intelligo et Cyzici esse, non Thebarum, ut mirabili errore captus narrat Burmannus, et pontem eius generis, quod in muris solebat esse, cognitum paucorum testimoniis ap. Barth. in Stat. Theb. X. 878. T. III. p. 1273. et nos I. 3. p. 29.; nec vereor affirmare poetae sic loquuto: Iamque adeo nec porta ducem nec ponte moratur Excubias sortita manus" ante oculos obversata fuisse Virgilii illa Aen. IX. 168. 174. „(Troës) trepidi formidine portas Explorant pontisque et propugnacula iungunt. — Omnis per muros legio sortita periclum Excubat". Ceterum Dodwellus in ripa Ismeni incertum an Dirces pontis reliquias se vidisse scribit Vol. I. P. II. p. 57. sq.

CAPUT V.

DE OSTIO ISMENI.

Haud mediocri cura studioque referendum est Ismenum a Statio Theb. IX. 462. dictum esse Teumesium amnem. Et mons Teumesus quidem viae, quae Thebis Chalcidem subit, imminebat aberatque septem stadiis ab oppido Glisante (Pausan. IX. 19, 2. p. 66. *Τευμησοῦ δὲ ἐν ἀριστερᾷ σταδίους προελθόντι ἑπτὰ Γλίσαντός ἐστιν ἐρείπια*), a Thebis amplius centum teste Scholiasta Eurip. Phoen. 1100. p. 231., cuius rationem excussit probavitque Dodwellus Vol. II. P. I. p. 244. sq., *τοῦ Τευμησσοῦ ἀφεστηκότος πλέον ἑκατὸν σταδίους τῶν Θηβῶν* (Aug. not. 6. *ἀπέχων τῶν Θηβῶν ἑκατὸν σταδίους*). Praecidere intervallum Lactantius videtur. De Gellio enim quid dicam, qui spatio unius horae momento-

rumque duodeviginti illum a Thebis distare prodidit Itin. of Greec. p. 128. sq. ap. Siebelis. in Pausan. Vol. IV. adnott. p. 60.? Lactantius igitur in Stat. Theb. IV. 372. ita „Theumesos mons est haud longe a Thebis" et in V. 92. „Theumesus enim campus est iuxta Thebas, prope Cithaeron" sive ex Barthii libris ad Theb. II. 331. T. II. p. 461. „Theumesia enim campus prope Thebas ad montem Cithaeronem" et in II. 383. „Arva ergo Theumesia a campo eiusdem regionis Thebis vicino" et Scholiast. Barth. in eund. vers. T. II. p. 482. „campos Thebis adiacentes" *τὴν χώραν τὴν παρατείνουσαν τοῦ Τελμησσοῦ μέχρι Θηβῶν* Schol. Aug. Phoen. l. d. Et magnam aliquam viciniam Cadmeae et Teumesi praeclare coniectavit Schoenius in Ephem. Scholast. ann. hui. saec. XXX. Sect. II. nr. 20. p. 156. ex Strabonis verbis his IX. p. 412. (p. 462.) *ἐν τῷ Ὑπάτῳ ὄρει ὅ ἐστιν ἐν τῇ Θηβαϊκῇ πλησίον Τευμησσοῦ καὶ τῆς Καδμείας.* Praeclare ille hoc? immo vero parum considerate, siquidem veteres Nonio ap. Cort. in Sallust. Bell. Iug. 75, 6. p. 749. auctore „proximum dicebant non solum adhaerens et adiunctum, verum etiam longe remotum, si tamen inter duo discreta nihil medium extitisset" et Strabo recte videtur Hypati montis situm definivisse positu Cadmeae et Teumesi, quibus in ista Boeotiae parte non essent loci editiores. Sed quid ego haec? in partem longe aliam illa verba accipienda esse obtinebimus in Coroll. XVII. In eadem re errorem commisit Leutschius Theb. Cycl. Reliqq. p. 69. sq. not. 282. „contra geographiam esse" affirmans „quod scripserit Euripides Phoen. 1098. *δι' ὀλίγου περγάμων ἀπ' ὀρθίων Λεύκασπιν εἰςορῶμεν Ἀργείων στρατὸν Τευμησὸν ἐκλιπόντα*", a quo eum errore avocare poterat aut Valckenarius p. 388. aut Matthiaeus p. 365. Eum igitur montem accepimus cum aliis fabulis, tum ea celebratum maxime ab Antimacho (*Τευμησσόν — ἐκόσμησεν Ἀντίμαχος διὰ πολλῶν ἐπῶν τὰς μὴ προςούσας ἀρετὰς διαριθμούμενος* Strab. IX. p. 409. p. 440.), qua Europa ab Iove ibi occultata perhibetur. Vid. Corollar. XIV. conf. Welcker. de Cret. Col. p. 21. sq. De qua re qui apud Stephan. Byzant. p. 413, 6. extant Antimachi versus *ἐκλήθη δ' οὕτως ὡς Ἀντίμαχος πρώτῳ Θηβαΐδος Οὕνεκά οἱ Κρονίδης ὡς μέγα πάντων ἀνάσσει, Ἄντρον ἐνὶ σκιῇ τευμήσατο τόφρα κεν εἴη*

Φοίνικος κούρα κεκευθμένα ὅς ῥα μή τις μηδὲ θεῶν ἄλλος γε παρὲξ φράσαι τό κεν αὐτοῦ, eos misere depravatos quoniam ipse non valui integritati restituere suae, satis habeo dicere quo modo correctos exhibuerint docti homines. Et Schellenbergius quidem p. 54. eos ita scripsit: *Ο. οἱ Κ. ὅστε μέγα πᾶσιν ἀν. Ἄντρον ἐνὶ σκιῇ τευμήσατο, τ. κ. ε. Φ. κούρα κεκευθμένα ὡς ἄρα μή τις Μηδὲ θ. ἄλλος γε παρὲξ φράσσαιτό κεν αὐτοῦ*, Iacobsius autem Append. ad Porson. Advers. p. 320. haec proposuit: „Totum fragmentum fortasse in hunc modum debet restitui *οὕνεκα οἱ Κρονίδης Ζεὺς, ὃς μέγα πᾶσιν ἀνάσσει, ἄντρον ἐνὶ σπῆϊ τευμήσατο, τόφρα κεν εἴη Φοίνικος κούρη τε κεκευθμένος· ὡς ἄρ' ἄκοιτις μηδὲ θεῶν ἄλλος γε παρὲξ φράσσαιτό κεν αὐτοῦ*. In *σπῆϊ* ultima vi caesurae producitur. In sequentibus paulo durior est verborum structura, ubi *εἴη κεκευθμένος* iungenda: ut et ipse et Europa ibi laterent. Ad *εἴη* itaque *αὐτός* subaudiendum. V. 3. *ἄκοιτις* latere in *α μη τις* nullus dubito. Plena foret oratio *ὡς μηδὲ ἄκοιτις μηδὲ ἄλλος θεῶν* . . . Saepe autem negatio in priore membro omittitur". Quem qui praetermisit et neglexit, Meinekius in Euphor. fr. LVI. p. 129. „secundo versu, inquit, vide an scripserit poeta *ἄντρον ἐνὶ στίῃ τευμήσατο*. Hesychius *στία, στενοχωρία ἢ λιθοκοπία*. Versu tertio fortasse dederat poeta: *Φοίνικος κούρη κεκυημένη*· nec enim placet in quod quivis incidat *κεκρυμμένα*. In postremis verbis fugit doctissimum editorem orationis color plane Homericus. Pro *ὡς* scribendum erat *ὥς*, locus autem ita vertendus: adeo nemo quisquam, ne deorum quidem, Iovem prudentia se superaturum speraverit". Verum enim vero utrumque gravissimorum errorum reum agit et, quae eius libri auctoritas et fides est, confutat scriptura libri Rehdigerani (*ὃς μέγα π.*) *ἐνὶ σκηνῇ τ.* — *κούρη κεκυθμένα ὅς ῥα ἑ μῆτις*, quam sequutus istos versus mihi ego sic legere consuevi: *οὕνεκ' ἐκεῖ* (conf. Elmsl. in Med. Eurip. 1041. not. subi.) *Κρονίδης ὃς καὶ μέγα πᾶσιν ἀνάσσει Ἄντρῳ ἔνι σκηνὴν τευμήσατο* (*Ὀρέστου σκηνή* Pausan. II. 31, 11. p. 345. sive Urlichs. Achaei fr. p. 16.; alius forsitan legat *ἄντρον ἐν Ἰσμήνῃ* vel *ἐπ' Ἰσμηνῷ*)· *τόφρα κ' ἐνείη Φοίνικος κούρη τε κεκευθμένη, ὥς ῥά ἑ μή τις Μηδὲ θεῶν ἄλοχόν τε παρὲξ φράσσαιτο κεν αὐτοῦ*. Confundi enim

solent ἄλλα et ἄλογα Boisson. in Eunap. p. 441. Iacobs. in Aelian. Hist. Anim. p. 601. atque λόγος et λόχος Schaefer. in Dionys. de Comp. Verb. p. 67. sq.; αὐτοῦ autem aptum esse ex παρέξ ostendit libri Rehdigerani scriptura ἄλλος γε πάρος ἐξ φρ. nimirum ab iis conflata, qui idem esse cognossent πάρος δωμάτων atque παρὲξ δωμάτων. Ad Antimachi versus autem spectavit auctor Etym. M. p. 755,50. Τευμήσατο· παρεσκευάσατο, ἐτεχνήσατο. εἴρηται δὲ ὅτι τὸν Τευμησὸν τὸ ὄρος ὑπὸ τοῦ Διὸς κατασκευασθέντα εἰς ἀπόκρυψιν τῆς Εὐρώπης· ἀπὸ τούτου κληθῆναι Τευμησὸν ἀπὸ τοῦ κατεσκευάσθαι. Nec eam famam praetermisit Pausanias IX. 19,1. p. 66. ἐπὶ ταύτῃ τῇ λεωφόρῳ χωρίον ἐστὶ Τευμησσός· Εὐρώπην δὲ ὑπὸ Διὸς κρυφθῆναί φασιν ἐνταῦθα, aut non attigit diligentissimus rerum Thebanarum investigator Statius, apud quem in libr. IX. 421. sq. Ismenus dolore interempti nepotis exacerbatus Iovi invidiam facit his „hunc-ne mihi, superum regnator, honorem, Quod toties hospesque tuis et conscius actis (Nec memorare timor) falsa nunc improba fronte Cornua, nunc vetitam currus disiungere Phoeben Dotalesque rogos deceptaque fulmina vidi Praecipuosque alui natorum?" Quae recte sic enarravit Lactantius in v. 425. p. 410. B. „Primam ergo fabulam Europae dicit, secundam Alcmenae —, tertiam Semeles", postquam aliquid deterius, probatum tamen Barthio T. III. p. 1004. proposuerat in v. 423. „Antiopam Nyctei filiam stupravit Iupiter in Satyrum versus (conversus lib. Scheftl.) matrem Zethi et Amphionis. Ideo falsa cornua, quia cornuti sunt Satyri, quorum imaginem falsam sibi sumpserat Iupiter". Iovem cornutum enim Europae amatorem ab omnibus dici haberique (Corollar. XVIII.) nec vero eum, qui lusit insignis Satyri corniculis (Casaub. de Satyr. Poes. I. 2. p. 68. in Crenii Mus. II. Hemsterh. in Lucian. Dial. Deor. XXII. 2. Vol. II. p. 320.), in confessum veniet Corollar. VI. conf. Stat. XI. 210. „Summe deum, tibi namque meae primordia Thebae debent, Sidonios ex quo per littora raptor Turbasti thyasos, dignatus virgine nostra Terga premi et placidas falsum mugire per undas. Nec te vana fides iterum Cadmeïa adeptum Connubia et Tyrios nimium irrupisse penates". Viderat ergo Europam ab Iove tauro in Boeotiam advectam

Ismenus. Ex qua re videtur vera coniectura iudicari, Ismenum proximum fuisse monti Teumeso. Quoniam vero non dubito, quin plerique extituri sint, qui eam rem negent esse apertam manifestamque, sed dubiam ex eo, quod et Teumesium Statius appellaverit quidvis Thebanum (Teumesius iuvenis II. 331. Teumesia arva 383. cornus 624. Thyas V. 92.) et is, qui loca Thebas circumiacentia ingressus est, recte dici potuerit hospitio uti Ismeni Thebani fluvii: aliam fabulam firmamentum eius coniecturae assumam. Namque Amphiaraum Argivis occidione occisis praeter Ismeni ripam fugam fecisse memoriae proditum est ab Apollodoro III. 6,8. p. 212. *Ἀμφιαράῳ δὲ φεύγοντι παρὰ ποταμὸν Ἰσμηνὸν πρὶν ὑπὸ Περικλυμένου τὰ νῶτα τρωθῇ Ζεὺς κεραυνὸν βαλὼν τῆν γῆν διέστησεν* et Scholiasta Platon. in Reipubl. libr. IX. p. 419. *Ἀμφιάραος δὲ φεύγων ἐποχούμενος ἅρματι περὶ τὸν Ἰσμηνὸν κεραυνοῦται ποταμόν.* Apud Harma autem, qui Thebanorum vicus est non longe a Mycalesso disiunctus, Amphiaraum hiatu fulmine ruptae telluris haustum esse, fama obtinet. Quod pro vero omnibus ut constare possit, et bene longa et satis litigiosa opus est disputatione.

Eius disputationis initium a Nicandri loco capessam eo, qui in Theriacis v. 885. legitur in hunc modum:

Ἐν δὲ σύ γ' ἐκ ποίης ἀβληχρέος ἔγχλοα ῥίζων
Θηρὸς ἰσαζομένην τμήξαις ἰσοειδέϊ κέντρῳ
Σκορπίον ἠὲ σίδας Ψαμαθηΐδας ἅς τε Τρόφεια
Κῶπαι δὲ λιμναῖον ὑπεθρέψαντο παρ' ὕδωρ,
Ἧιπερ Σχοινῆός τε ῥόος Κνώποιό τε βάλλει.

In Copaidem paludem igitur Schoeneum et Cnopum influere narrat Nicander. At fluvii illi per agrum Thebanum decurrunt, at abhorret ab similitudine veri in alium eos effundi lacum, quam in Hylicen; quid multa? per errorem Nicander lapsus est. Sic quidem hoc argumentatum et coniectura prosecutum video Muellerum Orchom. p. 81. Quo quid iniquius aut indignius dici potuit? Istudne erroris admisisse in se Alexandrinum poetam et Nicandrum Alexandrinum, admisisse autem in eo loco, quo subtilioris cuiusdam atque exquisitae doctrinae copiam praeclare testatam faceret commemoratione Psamathes fluviorumque, quorum magnam intelligitur fuisse famae obscuritatem? Equidem hercle non ipsos

Boeotos in hoc tam Boeotos esse dixerim, quam Nicandrum, quem mali aliquid a librariis passum esse satis certo constat apud animum meum. Et Psamathe quidem, cuius nomen consignatum est a Plinio Nat. Hist. IV. 12. p. 56. Solinoque VII. p. 17. E. et Scholiasta Nicandri p. 208. *Ψαμάθης τόπου ἐν Βοιωτίᾳ οὕτω καλουμένου ἢ κρήνης* sive cod. Gotting. p. 120. *Ψάμμη γὰρ κρήνη ἐστὶ τῆς Βοιωτίας — ἔστι δὲ πάλιν τόπος τῆς Βοιωτίας Ψάμαθος λεγόμενος* atque Eutecnio Metaphr. Ther. p. 367. (add. Corollar. XV.), ubiubi fuit, certe quidem abfuit spatium aliquod a Traphia (*Τράφειαν* enim Nicandro nuper reddidit Lobeckius Paralip. p. 164.) Copisque, quae urbes longissimo inter se distarent intervallo; quamquam Schneiderus quidem eius distantiae adeo nullam habuit rationem, ut Graeca satis explanata putaret hacce interpretatione p. 395. „sidas Psamatheenses, quas Trophia et Copae educarent iuxta lacum, qua Cnopus et Schoeneus fluvii illabuntur". Cui saltem hanc oportuit correctionem adhiberi: „lacum quo illabuntur". Nec tamen hoc ipsum quidem satis placet, immo non latet in omnes partes molestam atque ineptam esse commemorationem Cnopi Schoeneique, ut qui ei lacui, quem a septentrionibus Copae, Traphia contingit ab oriente sole, misceantur ex meridie. Lubuit enim nunc simulare, quasi Nicander revera erraverit de Thebanorum fluviorum ostio. Quid vero? cum et Boeotiae partes quaecunque essent optimarum proventu sidarum insignes a Nicandro recenseri pateat et Cnopi Schoeneique mentio ab hoc scriptore iniecta haud dubie id habeat argumenti, ut Thebanum agrum locosque Hylicen potius circumiacentes eiusdem plantae fuisse feracissimos intelligamus, id quod nec Krusium fugit Hellad. Vol. II. P. I. p. 514. nec Sprengelium in Dioscorid. III. 138. p. 556. „Scholiastes Nicandri et Psamathen et Trophiam et Copas Boeotiae oppida, Cnopum et Schoeneum rivulos aut torrentes eiusdem habet regionis, lacui Copaidi vel Orchomenio atque Hylico vicinae", haec cum ita sint, videor Nicandri auctoritati asservire posse scribendi genere hocce (quo nunc quidem nihil succurrit quod sit melius): *τμήξαις — σίδας Ψαμαθηΐδας ἅς τε Τράφεια Κῶπαι τε λιμναῖον ὑπεθρέψαντο παρ' ὕδωρ Χῆπερ* (id est *καὶ τμήξαις ἧπερ*) *Σχοινῆός τε ῥόος Κνώποιό*

τε βάλλει. Proscribo autem illum versum, si quis tantarum intelligens caussarum in melius eum constituere velit aut possit. Mihi abunde est, si satis expressi sententiam, in quam a Nicandro versum scribi decuerit. Ad quam rem attinet de oppidis Schoeno et Cnopo exquirere. Quorum alterius nomen usurparunt tum Homerus Iliad. II. 497. et Nonnus XIII. 63. p. 354,17. *δάπεδον Σχοίνοιο* tum si qui res attigerunt eius Atalantae, quae Schoenei Boeotii filia esse narratur, ut Statius Theb. VII. 268. „Qui breve littus Hyles Atalantaeumque superbi Schoenon („Sciron" cod. Monac. et Serv. in Aen. III. 113. p. 195., ex quo errore factum est, ut nonnulli, ut Lactantius in Stat l. d., Scyriam Atalantam et male loquantur conf. Staver. in Hygin. p. 290.) habent notique colunt vestigia campi", Scholiasta Eurip. Phoen. 150. p. 44. *Σχοινέως θυγάτηρ, Ἱππομένους γυνή, Βοιωτική.* Schol. Iliad. II. 497. p. 80,49. *Σχοῖνον ἀπὸ Σχοινέως τοῦ Ἀθάμαντος τοῦ Ἀταλάντης πατρός.* Mythograph. I. fab. 39. p. 14,7. „Schenos civitas est. Exinde virgo fuit Atalante praepotens cursu". Micyll. in Ovid. Metam. VIII. 318. Munck. in Hygin. fab. CLXXIII. p. 245. Rittersh. in Oppian. Cyneg. II. 26. p. 49. sq. Spanhem. in Callim. h. in Dian. 216. p. 275. Mueller. Orchom. p. 170. 214. Et in Thebano quidem agro iuxta viam, qua ex urbe Anthedonem itur, eam civitatem sitam Clintonus Fastt. Hellen. p. 398. not. m. docuit allato testimonio Strabonis IX. p. 408. T. III. p. 437. sive Eustath. Il. p. 265,22., quo auctore ea ab Thebis stadia quinquaginta distat interfluiturque amne Schoeneo *Σχοῖνος δ' ἐστὶ χώρα* (de qua voce vid. Corollar. XV.) *τῆς Θηβαϊκῆς κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Ἀνθηδόνα διέχουσα Θηβῶν ὅσον πεντήκοντα σταδίους· ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς δι' αὐτῆς Σχοινοῦς.* Quem fluvium Tzchuckius animadvertit Schoeneum dici a Scholiasta Nicandri p. 121. et Stephano Byzantio v. *Ἀγάθη* p. 9,22. *Σχοινεὺς γὰρ καὶ κύριον καὶ ποταμοῦ καὶ ἐθνικόν* et p. 396,23. *ὁ δὲ παραῤῥέων τὸν Σχοῖνον ποταμὸς Σχοινιεὺς καλεῖται ἤτοι παρὰ τοὺς σχοινίους* (conf. Eustath. Il. p. 265,20.) *ἢ παρὰ τὸν Σχοινέα τὸν τῆς Ἀταλάντης πατέρα· ὁ γὰρ ποταμὸς καὶ ὁ οἰκιστὴς Σχοινεὺς* (ita Rehd. pro *Σχοινιεύς*) *ὡς Ταρσοῦ Ταρσεύς,* a quo Atalanta Arcadia cum Boeotia confusa est vix praeter solitum (Gronov. Diatr. in Stat. V. 3. p. 553. Vol. I. Bur-

mann. in Ovid. Metam. X. 565.) p. 396,12. *Σχοινοῦς Ἀρκαδίας χωρίον ἀπὸ Σχοινέως τοῦ Ἀταλάντης πατρός.* Paullo obscurior alterius fama oppidi est, quod etiam ipsum Thebanorum fuisse Strabo testatur p. 404. (p. 404.) *ἐκ Κνωπίας τῆς Θηβαϊκῆς*; nam qui Cnopiam usquam extitisse inficiatus in eo loco *Ποτνίας* reponi iussit Salmasius Plin. Exercitt. p. 104. b. A. iam dudum ab doctis (ut a Palmerio Exerc. p. 315.) explosus est sub auctoritate Scholiastae Nicandri p. 121. *Σχοινεὺς δὲ καὶ Κνῶπος δύο ποταμοὶ Βοιωτίας — ἔστι δὲ καὶ πόλις Κνῶπος.* Quam urbem ne quis suspiciose miretur fluvii nomine appellatam, memoriam adhibeam Cii Mysii oppidi ac fluvii (Wernsdorf. vit. Himer. p. XL. et in Orat. XXVIII. 1. p. 844.), Phoenicis (*Φοῖνιξ ὁ ποταμὸς καὶ πόλις ὁμώνυμος* Constant. Them. I. 44. p. 16. A.), Amyri (Etym. M. 87,8. Sturz. Pherecyd. fr. IV. p. 82.), Sybaris (Beckmann. in Aristotel. mirabb. auscult. CLXXXIII. p. 356. sq.). Sed quid ego de Scholiasta ita loquor, tamquam si omnia omnino in eius unius fide vertantur? Quid enim hoc? adversus liberum Salmasii arbitrium nonne satis praesidii positum est in ipsa fluvii Cnopi mentione a Nicandro facta et, ut persuasi mihi, a Dicaearcho? Etenim Leopum, qui inter Thebanos fluvios locum habet in Graec. Descript. v. 106. p. 208. *Ποταμοὺς δ' ἔχει τὸν μὲν λεγόμενον Ἰσμενὸν, Λεῳπόν τε Ἀσωπόν τε πεδί' εὔυδρα παρακείμενα,* transmutandum esse in Cnopum tam evidens est, ut nihil supra possit. Occupavitque eam mutationem facere Odofr. Muellerus Orchom. p. 81. not. 3. collaudatus ab isto Krusio Hellad. Vol. II. p. 485. not. 436. et inaniter lacessitus a Gailio, qui in Dicaearch. p. 159. haud sane explorate posuit haecce: Rescribit Muellerus *Κνῶπον* conf. Palmer. in Strab. p. 619. Sed nullus, quod sciam, meminit fluvii Cnopi. Ego suspicor *Λεωπόν τε* nihil aliud esse quam scripturam pravam, cuius correctio est *Ἀσωπόν τε.* Utrumque in versu male permansit; sed delendum *Λεωπόν τε*". Immo vel maxime suum statum emendatius scriptum obtineat illud *Λεωπόν*, quod quum primae litterae iactura facta secundam retinuerit, sed in duas distractam, ad similitudinem accedit vocabulorum *ινοπος* ap. Eutecnium, de quo infra dicetur, (p. 367.) et *Κλέοπος* Pausaniae VII. 3,4. Vol. III. p. 143. libris proditi, quo nomine

qui dictus fuit Erythrarum conditor, ultro memoriam Thebani fluvii attulit Muellero Orchom. p. 399. Denique dubito an idem nomen refingendum sit in Anecd. Cram. I. p. 340, 13. Ὤτος· κλῶτος· Δῶτος ὄνομα αὐλητοῦ et apud Theognost. p. 74, 16. Ὤτος, Δωτός, Κνωτός. Add. Schol. Pindar. cod. Vratisl. in Olymp. VI. 21. p. 132., de quo subinde commemorabo. Fuit ergo in Boeotia fluvius Cnopus. Nec latet, in qua parte fuerit. Nam qui cum amnem prope Potnias fluere censuit, Muellerus Orchom. p. 486. sq. et Encycl. Doctrin. Hal. T. XI. p. 260. tam probabili hoc coniectura iudicasse plerisque, ut Krusio Hellad. p. 485. sq. p. 566. Siebelisio in Pausan. IX. 19, 4. adnott. p. 62., visus est, ut sine ulla dubitatione in eius discederent sententiam. Videlicet quae Strabo tradit IX. p. 404. (p. 403. sq.) καὶ ἡ Γραῖα δ' ἐστὶ τόπος Ὠρωποῦ πλησίον καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀμφιαράου· — τινὲς δὲ τῇ Γανάργᾳ τὴν αὐτὴν φασιν· — ἐκ Κνωπίας δὲ τῆς Θηβαϊκῆς μεθιόρυμένον δεῦρο τὸ Ἀμφιάρειον, Muellerus sollertissime (ut olim Bochartus Chan. I. 16. p. 473. C.) cum loco Pausaniae, qui opportune occursabat, composuit IX. 8, 2. p. 30. Ἐκ δὲ τῶν Ποτνιῶν ἰοῦσιν ἐς Θήβας ἔστιν ἐν δεξιᾷ περίβολος τῆς ὁδοῦ τε οὐ μέγας καὶ κίονες ἐν αὐτῷ· διαστῆναι δὲ Ἀμφιαράῳ τὴν γῆν ταύτῃ νομίζουσιν. Quid tum? quem Potniis vicinum esse amnem mentionem fecit idem Pausanias p. 29. ἐν τῷ ποταμῷ τῷ παρὰ τὰς Ποτνίας, eum iste nunciat Orchom. p. 487. Cnopum esse, qui Ismeno immisceatur. Unde sermo Potniis Amphiarai oraculum extitisse increbuit dissipatus a Salmasio l. d. p. 104. b. A. et Palmerio Exerc. p. 315. atque Heynio nott. ad Apollodor. III. 6, 8. p. 633., cui crediderunt Hermannus ad Pindar. Vol. III. p. 350. et Dissenius Explic. ad Nem. IX. p. 456. et Comment. in Pyth. VIII. 39. p. 288. et, qui omnia permiscuit, Siebelisius in Pausan. Vol. IV. adnott. p. 62. Haec est Muelleri praeclara opinio; en quam confirmata hominum doctissimorum consensu adstrictissimae rationis brevitas ac subtilitas, en cui servire non tam verum quam necesse sit. Quid ergo est? recte ille hoc argumentatus, quandoquidem neminem expertus est adversarium. Fluit igitur Cnopus apud Potnias et effunditur in Ismenum. At si ego satis commemini, in Hylicen paludem ille decidit. Fatebatur hoc Muel-

lerus Orchom. p. 43. p. 81. et eius pedisequus Krusius p. 483. 484. 514. et fateri cogit et Nicander, cuius loquendi genus edisseruit L. Dindorfius in Steph. Thes. v. *βάλλειν* p. 93. A., et Dicaearchus, qui fluvios videtur numerare usque nominis sui, dum excurrunt, tenaces. Relege etiam Pausaniam „qui, ubi de Potniis agit, ne verbo quidem significat oraculum olim ibi fuisse; unde hoc Thebanorum Amphiaraium, ad quod etiam dona a Croeso Amphiarao dedicata, quae Herodotus I. 52. in Ismenio vidit, retuleris, alio prope Thebas loco fuisse praetulerim". Verba haec sunt viri consideratissimi Boeckhii Explicc. ad Pindar. Pyth. VIII. p. 314. sq., quo non inferior perspicacitate fuit Meinekius in Euphorion. fr. LXIX. p. 139. sq. I nunc et nega quattuor delubra Amphiarao ab Boeotiis dedicata fuisse. Primum Potniis fuit (gratificer enim etiamnum Muelleri voluntati), alterum illud est, quod Boeckhius probat fuisse prope Thebas alicubi, tertium in oppido Harmate conspicuum fuit prope Mycalessum sito, ubi Tanagraei Thebanis adversati vatem absorptum ferebant testibus Strabone IX. p. 404. (p. 405.) *τὸ Ἅρμα τῆς Ταναγραϊκῆς κώμη ἔρημος περὶ Μυκαληττὸν ἀπὸ τοῦ Ἀμφιαράου ἅρματος λαβοῦσα τοὔνομα* et Pausania I. 34, 2. p. 151. *λέγεται δὲ Ἀμφιαράῳ φεύγοντι ἐκ Θηβῶν διαστῆναι τὴν γῆν καὶ ὡς αὐτὸν ὁμοῦ καὶ τὸ ἅρμα ὑπεδέξατο. πλὴν οὐ ταύτῃ (ἐν γῇ τῇ Ὠρωπίᾳ) συμβῆναί φασιν, ἀλλά ἐστιν ἐκ Θηβῶν ἰοῦσιν ἐς Χαλκίδα Ἅρμα καλούμενον* et IX. 19, 4. p. 67. sq. *ἑξῆς δὲ πόλεων ἐρείπιά ἐστιν Ἅρματος καὶ Μυκαλησσοῦ· καὶ τῇ μὲν τὸ ὄνομα ἐγένετο ἀφανισθέντος, ὡς οἱ Ταναγραῖοί φασιν, ἐνταῦθα Ἀμφιαράῳ τοῦ ἅρματος καὶ οὐχ ὅπου λέγουσιν οἱ Θηβαῖοι.* Denique quartum templum extitit apud Oropum, postquam ex Cnopia Amphiarai sacra in Oropiorum agrum translata fuerunt Strab. p. 403. sq. *ἡ Γραῖα δ' ἐστὶ τόπος Ὠρωποῦ πλησίον καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀμφιαράου — ἐκ Κνωπίας δὲ τῆς Θηβαϊκῆς μεθιδρυμένον εὗρο τὸ Ἀμφιάρειον*, de quo verba fecerunt Salmasius Plin. Exercitt. p. 104., Barthius in Stat. Theb. I. 399. T. II. p. 137. sqq., Welckerus in Philostrat. Imagg. I. 27. p. 366. et Iacobsius p. 368. sqq., Meinekius in Euphor. p. 138. sq. Ergo tam cumulata apud Thebanos homines Amphiarai fuisse videtur gloria, ut nihil supra. Atqui diligenter dispiciendum est, ne ex istis hono-

ribus unus alterve leviore coniectura contineatur et totus sit opinabilis. Atque adeo longe antiquissimum reor tantum templorum numerum imminui. Quid enim? quoniam Thebanos cum Tanagraeis ita pugnasse rescivisti, ut quem illi apud Mycalessum, eum ipsi apud Potnias haustum affirmarent, quo tandem censes Thebanos ductos consilio fuisse, qui alio, quam quo Amphiaraus deciderat, loco sacra ei instituerint Potniasque Cnopo urbi infra Hylicen paludem sitae ita posthabuerint, ut hic delubrum consecrarent, illic aream sepirent septoque imponerent de solito more columellas? Pausan. l. d. p. 30. *περίβολος — καὶ κίονες ἐν αὐτῷ — ἐπιλέγοντες καὶ τάδε ἔτι· μήτε ὄρνιθας ἐπὶ τῶν κιόνων καθέζεσθαι τούτων μήτε πόαν τὴν ἐνταῦθα μήτε ἥμερον ζῶον μήτε τῶν ἀγρίων νέμεσθαι* conf. IX. 37,3. p. 139. *βόθρος τε Ἀγαμήδους καλούμενος καὶ πρὸς αὐτῷ στήλη* et IV. 32,3. p. 283. Aut ego penitus confundor aut Thebani omnis rationis fuerunt expertes, cum eo commento suae ipsi narrationi fidem detraherent. An Cnopi oracula credis satis bene edita, cum Potniis deus faceret sui praesentiam? Et tamen apud Mycalessum terram Iovis fulminibus dissiluisse oppidumque Harma inclaruisse gloria oraculi communis est omnium scriptorum consensus, ut Trisimachi ap. Plutarch. Parallel. VI. p. 415. sq. Vol. VIII. *κατ' ἐκεῖνο κατεπόθη ὁ Ἀμφιάρεως τῷ ἅρματι, ἔνθα νῦν πόλις Ἅρμα καλεῖται,* Nonni XIII. 68. p. 354,22. *καὶ πέδον εὐρύαλον χθονίῃ πεφυλαγμένον ὀμφῇ Ἅρματος ὀψιγόνοιο φερώνυμον Ἀμφιαράου,* Scholiastae Clem. Alex. p. 96. *περὶ τὸ Ἅρμα τῆς Βοιωτίας τόπον οὕτω καλούμενον καταποθεὶς Ἀμφιάρεως ἐμαντεύετο τοῖς δεομένοις,* Didymi in Iliad. II. 499. p. 81,38. *Ἅρμα) πόλις Βοιωτίας ὀνομασθεῖσα ἀπὸ τοῦ αὐτόθι καταποθῆναι σὺν τοῖς ἵπποις τὸ Ἀμφιαράου τοῦ μάντεως ἅρμα σὺν αὐτῷ,* Stephani Byz. p. 79,10. et Eustath. Il. p. 266,38. *πόλις Βοιωτίας τῆς Ταναγρικῆς — ἐκλήθη ἀπὸ Ἀμφιαράου τοῦ ἅρματος· ἐνταῦθα γὰρ καταφυγεῖν φασι μετὰ τοῦ ἅρματος καὶ οὐκ ἐκδοθῆναι τοῖς διώκουσιν ὑπὸ τῶν κατοικούντων,* Lactantii in Stat. Theb. VIII. 206. p. 364. C. „Civitas enim in illo loco post est condita, in quo hiatus terrae Amphiaraum recepit, quae Amphiarma vocatur, ut Homerus ait, quod illic currus, quem Graeci *ἅρμα* vocant, deciderit: in qua etiam oraculum est, quod Amphia-

raon dicitur" conf. ad 338. „ille locus responsis dandis est dignus, ubi hiatu terrae submersus est Amphiaraus", Valerii Maximi VIII. 15. ext. 3. p. 312. „Eadem gens (Graeca) summo consensu ad Amphiaraum decorandum incubuit locum, in quo humatus est, in formam conditionemque templi redigendo atque indo oracula capi instituendo. Cuius cineres idem honoris possident, quod Pythicae cortinae". In Nuce Elegia est v. 110.

Praeda malo, Polydore, fuit tibi; praeda nefandae
Coniugis Aonium misit in arma virum,

vel „misit ad arma virum". „Quem locum Erasmus perperam de Menelao et Helena interpretatur. Nam per Aonium virum non alius quam Amphiaraus intelligendus, de cuius interitu Pausanias in Atticis". Haec Salvagnius in Ibid. v. 356. p. 87. b. et quidem inconsulte ac temere. Quid enim tam incredibile, tam absurdum, quam Argivum ducem certo cognomine appellari Aonium? Quanto consideratius igitur Ciofanus „Aonium, quod divinandi esset peritissimus ac velut Apollo futura praediceret". Quamquam hoc videbitur cuipiam durius. Denique Burmannus in Prop. III. 11, 55. p. 630. „de Amphiarao divinandi peritissimo exponit Ciofanus. Sed Ausonium in Menteliano et Politiani codice, unde Aesonium vel Argolicum adscripserat N. Heinsius", qui in Prop. II. 8, 9. similia conatus est nott. ad Prop. p. 688. et Advers. II. 5. p. 242. Quos miror non incidisse in cogitationem Aoniorum hominum („Aonium arma") Nonn. V. 88. p. 144, 20. *Ἀονίων θύγατρες*, Planud. Met. IX. 112. p. 379. *ὁ Ἀόνιος*. gloss. *Θηβαῖος*. Lobeck. Paralip. p. 303. Sed quid in hac caussa, si quid est planum et evidens, de quo inter omnes conveniat, argumentor? Equidem dudum intellexi antiquitus fuisse hoc litteris consignatum: „Praeda nefandae Coniugis Aonium misit ad Harma virum". Invenio autem apud Aelianum hoc, de quo sermo est, accidisse Amphiarao apud Thebanum lacum, cui Harma nomen fuit, Var. Histt. III. 45. p. 245. *Φιλίππῳ φασὶ χρηστήριον ἐκπεσεῖν ἐν Βοιωτοῖς ἐν Τροφωνίου, φυλάττεσθαι δεῖν τὸ ἅρμα. Ἐκεῖνον οὖν δέει τοῦ χρησμοῦ λόγος ἔχει μηδέποτε ἀναβῆναι ἅρμα. Διπλοῦς οὖν ἐπὶ τούτοις ὑποῤῥεῖ λόγος — ὁ δὲ ἕτερος τὴν Θηβαϊκὴν τὴν καλουμένην Ἅρμα παρελθόντα λίμνην ἀποσφαγῆναι,*

ribus unus alterve leviore coniectura contineatur et totus sit opinabilis. Atque adeo longe antiquissimum reor tantum templorum numerum imminui. Quid enim? quoniam Thebanos cum Tanagraeis ita pugnasse rescivisti, ut quem illi apud Mycalessum, eum ipsi apud Potnias haustum affirmarent, quo tandem censes Thebanos ductos consilio fuisse, qui alio, quam quo Amphiaraus deciderat, loco sacra ei instituerint Potniasque Cnopo urbi infra Hylicen paludem sitae ita posthabuerint, ut hic delubrum consecrarent, illic aream sepirent septoque imponerent de solito more columellas? Pausan. l. d. p. 30. *περίβολος — καὶ κίονες ἐν αὐτῷ — ἐπιλέγοντες καὶ τάδε ἔτι· μήτε ὄρνιθας ἐπὶ τῶν κιόνων καθέζεσθαι τούτων μήτε πόαν τὴν ἐνταῦθα μήτε ἥμερον ζῶον μήτε τῶν ἀγρίων νέμεσθαι* conf. IX. 37,3. p. 139. *βόθρος τε Ἀγαμήδους καλούμενος καὶ πρὸς αὐτῷ στήλη* et IV. 32,3. p. 283. Aut ego penitus confundor aut Thebani omnis rationis fuerunt expertes, cum eo commento suae ipsi narrationi fidem detraherent. An Cnopi oracula credis satis bene edita, cum Potniis deus faceret sui praesentiam? Et tamen apud Mycalessum terram Iovis fulminibus dissiluisse oppidumque Harma inclaruisse gloria oraculi communis est omnium scriptorum consensus, ut Trisimachi ap. Plutarch. Parallel. VI. p. 415. sq. Vol. VIII. *κατ' ἐκεῖνο κατεπόθη ὁ Ἀμφιάρεως τῷ ἅρματι, ἔνθα νῦν πόλις Ἅρμα καλεῖται,* Nonni XIII. 68. p. 354,22. *καὶ πέδον εὐρύαλον χθονίῃ πεφυλαγμένον ὀμφῇ Ἅρματος ὀψιγόνοιο φερώνυμον Ἀμφιαράου,* Scholiastae Clem. Alex. p. 96. *περὶ τὸ Ἅρμα τῆς Βοιωτίας τόπον οὕτω καλούμενον καταποθεὶς Ἀμφιάρεως ἐμαντεύετο τοῖς δεομένοις,* Didymi in Iliad. II. 499. p. 81,38. *Ἅρμα) πόλις Βοιωτίας ὀνομασθεῖσα ἀπὸ τοῦ αὐτόθι καταποθῆναι σὺν τοῖς ἵπποις τὸ Ἀμφιαράου τοῦ μάντεως ἅρμα σὺν αὐτῷ,* Stephani Byz. p. 79,10. et Eustath. Il. p. 266,38. *πόλις Βοιωτίας τῆς Ταναγρικῆς — ἐκλήθη ἀπὸ Ἀμφιαράου τοῦ ἅρματος· ἐνταῦθα γὰρ καταφυγεῖν φασι μετὰ τοῦ ἅρματος καὶ οὐκ ἐκδοθῆναι τοῖς διώκουσιν ὑπὸ τῶν κατοικούντων,* Lactantii in Stat. Theb. VIII. 206. p. 364. C. „Civitas enim in illo loco post est condita, in quo hiatus terrae Amphiaraum recepit, quae Amphiarma vocatur, ut Homerus ait, quod illic currus, quem Graeci *ἅρμα* vocant, deciderit: in qua etiam oraculum est, quod Amphia-

raon dicitur" conf. ad 338. „ille locus responsis dandis est dignus, ubi hiatu terrae submersus est Amphiaraus", Valerii Maximi VIII. 15. ext. 3. p. 312. „Eadem gens (Graeca) summo consensu ad Amphiaraum decorandum incubuit locum, in quo humatus est, in formam conditionemque templi redigendo atque inde oracula capi instituendo. Cuius cineres idem honoris possident, quod Pythicae cortinae". In Nuce Elegia est v. 110.

Praeda malo, Polydore, fuit tibi; praeda nefandae
Coniugis Aonium misit in arma virum,

vel „misit ad arma virum". „Quem locum Erasmus perperam de Menelao et Helena interpretatur. Nam per Aonium virum non alius quam Amphiaraus intelligendus, de cuius interitu Pausanias in Atticis". Haec Salvagnius in Ibid. v. 356. p. 87. b. et quidem inconsulte ac temere. Quid enim tam incredibile, tam absurdum, quam Argivum ducem certo cognomine appellari Aonium? Quanto consideratius igitur Ciofanus „Aonium, quod divinandi esset peritissimus ac velut Apollo futura praediceret". Quamquam hoc videbitur cuipiam durius. Denique Burmannus in Prop. III. 11, 55. p. 630. „de Amphiarao divinandi peritissimo exponit Ciofanus. Sed Ausonium in Menteliano et Politiani codice, unde Aesonium vel Argolicum adscripserat N. Heinsius", qui in Prop. II. 8, 9. similia conatus est nott. ad Prop. p. 688. et Advers. II. 5. p. 242. Quos miror non incidisse in cogitationem Aoniorum hominum („Aonium arma") Nonn. V. 88. p. 144, 20. Ἀονίων θύγατρες, Planud. Met. IX. 112. p. 379. ὁ Ἀόνιος. gloss. Θηβαῖος. Lobeck. Paralip. p. 303. Sed quid in hac caussa, si quid est planum et evidens, de quo inter omnes conveniat, argumentor? Equidem dudum intellexi antiquitus fuisse hoc litteris consignatum: „Praeda nefandae Coniugis Aonium misit ad Harma virum". Invenio autem apud Aelianum hoc, de quo sermo est, accidisse Amphiarao apud Thebanum lacum, cui Harma nomen fuit, Var. Histt. III. 45. p. 245. Φιλίππῳ φασὶ χρηστήριον ἐκπεσεῖν ἐν Βοιωτοῖς ἐν Τροφωνίου, φυλάττεσθαι δεῖν τὸ ἅρμα. Ἐκεῖνον οὖν δέει τοῦ χρησμοῦ λόγος ἔχει μηδέποτε ἀναβῆναι ἅρμα. Διπλοῦς οὖν ἐπὶ τούτοις ὑποῤῥεῖ λόγος — ὁ δὲ ἕτερος τὴν Θηβαϊκὴν τὴν καλουμένην Ἅρμα παρελθόντα λίμνην ἀποσφαγῆναι,

unde „lacum" transferre in locum Valerii Maximi I. 8. ext. 9. p. 39. „oraculo Macedonum rex Philippus admonitus, ut a quadrigae violentia salutem suam custodiret, toto regno disiungi currus iussit eumque locum, qui in Boeotia Quadriga (conf. Albert. Hesych. T. I. p. 539. not. 10.) vocatur, semper vitavit" ne quis animum inducat, praecautum volo Doxopatri auctoritate Homil. in Aphthon. p. 475, 28. *φασὶ δὲ ἕτεροι ὅτι λογίου ἐκπεσόντος Φιλίππῳ φυλάττεσθαι τὸ Ἅρμα νομίζων οὗτος Ἅρμα εἶναι τὸ ἐν Βοιωτίᾳ πόλισμα, οὗ καὶ Ὅμηρος μέμνηται – αὐτοῦ μόνου ἀπέσχετο καὶ οὐ παρεγένετο πρὸς αὐτό.* Habeo tamen afferre, qui cum Aeliano valde congruat, Ampelium c. VIII. p. 164. Bip. „Boeotiae-lacus sacer, ubi Amphiaraus devoratus in eo lacu est". Illud ipsum vero quod inter Aelianum Ampeliumque et ceteros discrepat, quid habet argumenti nisi Tanagraicae famae confirmationem? Ergo si raptus est apud oppidum Harma sive apud paludem haud longe dissitam Amphiaraus (vid. Corollar. XVI.), occidit in ea Boeotiae parte, quae ad Euboicum fretum est, qua decurrunt Schoeneus et Cnopus fluvii. Quos fluvios quum Nicander composuerit loco, quem attuli, pro certo putandum est, compositos a Nicandro fluvios esse intervallo minime longo a se seiunctos, qui in eundem etiam lacum evaderent. Et evasisse quidem eos in Harma paludem qui existimaverit, eum probat Krusius Hellad. Vol. II. P. I. p. 483. non modo non deteriore, sed etiam praestabiliore duci opinione quam eos, qui in Hylicen influere Cnopum Schoeneumque volunt. Quid multis moror? Cnopum eandem urbem censeo esse atque Harma. Quod quum disputando videar mihi probabiliter effecisse, addam aliquid, quo eius fidem sententiae adaugeam. Scholiasta Pindari enim duplicem de Amphiarao famam exisse confessus illum apud Cnopum, non, ut plerique omnes, apud Harma absorptum prodit ad Olymp. VI. 21. p. 132. cod. Vratisl. *κατεπόθη δὲ Ἀμφιάραος οἱ μὲν περὶ Ὠρωπὸν οἱ δὲ περὶ Κνωπίαν.* Hoc enim verum et antiquum scribendi genus esse conabor in Corollar. XVI. commonstrare. Deinde Pindarus, qui Thebana planitie (*βαθύστερνον χθόνα* Io. Chr. Wolf. in Poetr. Fragm. p. 19. Hermann. in Soph. Oed. Col. 697. p. 155. sq.

Schol. Hesiod. Theog. 117. p. 477, 17. εὐρύστερνον δὲ, πλατεῖαν, πλατύπεδον) fulminibus diffissa Amphiaraum ad inferos descendisse narrat Nem. IX. 57. ὁ δ' Ἀμφιάρῃ σχίσσεν κεραυνῷ παμβίᾳ Ζεὺς τὰν βαθύστερνον χθόνα, κρύψεν δ' ἅμ' ἵπποις, rebus sic expositis atque explicatis vix dubium potest esse quin eum significaverit campum, qui dicitur Aonius. In quo campo (porrigitur autem is ad Hypatum montem usque habetque Schoenum, Glisantem, Peteonem, Harma Thebaicas urbes conf. Clinton. Fast. Hellen. p. 398. not. m. Mueller. Orchom. p. 403. Krus. Hellad. p. 548. 443. Corollar. XVII.) Epigoni et decertarunt cum Thebanis et sepeliverunt, quotquot illo bello ex Argivis occubuerant teste Pausania IX. 5, 7. p. 22. Δεύτερον τότε ἄγουσιν Ἀργεῖοι τὴν στρατιὰν ἐπὶ τὰς Θήβας· ἀντιστρατοπεδευομένων δὲ καὶ τῶν Θηβαίων περὶ Γλίσαντα ὡς εἰς χεῖρας συνῆλθον, Αἰγιαλέα μὲν τὸν Ἀδράστου Λαοδάμας ἀποκτίννυσι et 8, 3. p. 32. ἡνίκα ὑπὸ Ἀργείων μάχῃ πρὸς Γλίσαντι ἐκρατήθησαν et 19, 2. p. 66. Τευμησοῦ δὲ ἐν ἀριστερᾷ σταδίους προελθόντι ἑπτὰ Γλίσαντός ἐστιν ἐρείπια, πρὸς δὲ αὐτῶν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ χῶμα οἱ μέγα ὕλῃ τε ἀγρίᾳ σύσκιον καὶ ἡμέροις δένδροις· ἐτάφησαν δὲ αὐτόθι οἱ μετὰ Αἰγιαλέως ποιησάμενοι τοῦ Ἀδράστου τὴν ἐς Θήβας στρατείαν ἄλλοι τε Ἀργείων τῶν ἐν τέλει καὶ Πρόμαχος ὁ Παρθενοπαίου et I. 44, 7. p. 196. Αἰγιαλέα — ὑπὸ τὴν πρώτην μάχην πρὸς Γλίσαντι ἀποθανόντα et Hellanico ap. Schol. Pindar. Pyth. VIII. 68. p. 397. fr. CII. p. 140. λέγων ἐν Γλίσαντι τὴν συμβολὴν γεγενῆσθαι. conf. Bergk. de aliquot fragm. tragic. latin. in Rhen. Mus. ann. 1835. fasc. I. p. 84. Leutsch. Theb. Cycl. Reliqq. p. 68. sq. Quae res cum illis mirifice Pindaro convenit Pyth. VIII. 54. λόγον φέρεις τὸν ὕν πέρ ποτ' Οἰκλέος παῖς ἐν ἑπταπύλοις ἰδὼν Υἱοὺς Θήβαις αἰνίξατο παρμένοντας αἰχμᾷ, Ὁπότ' ἀπ' Ἄργεος ἦλυθον Δευτέραν ὁδὸν Ἐπίγονοι. Ego enim tantum abest ut Amphiaraum per legatos Thebis vel Oropum vel Potnias (Dissen. Comm. p. 288.) missos consultum esse intelligam secundum Boeckhium Nott. Crit. p. 492. et Explic. p. 312. sq., ut, si quando umquam Cnopi oraculum celebre responsis clarumque fuit, certe illo tempore, quo apud Glisantem Argivi castra habuerunt, dictionem ex

eo censeam editam fuisse statuamque temporum ordinem scriptorum exemplo multorum turbatum ab Iophonte Cnosio, de quo Pausan. I. 34, 3. p. 152. *Ἔστι δὲ Ὠρωπίοις πηγὴ — ἣν Ἀμφιαράου καλοῦσιν — Ἰοφῶν δὲ Κνώσιος τῶν ἐξηγητῶν χρησμοὺς ἐν ἑξαμέτρῳ παρείχετο Ἀμφιάραον χρῆσαι φάμενος τοῖς ἐς Θήβας σταλεῖσιν Ἀργείων ταῦτα τὰ ἔπη.* Conf. Attii fragm. Epigon. 13. p. 200. „Audisne haec Amphiarae sub terram abdite?" In quam rem recoli oportet usum praepositionis *ἐν*, quem nos supra II. 1. p. 102. enarravimus, his etiam temporibus adeo incompertum, ut raptum ante Thebarum portas Amphiaraum scriberent Welckerus in Philostrat. Imagg. I. 27. p. 366. et Dissenius Comm. in Pindar. Olymp. VI. 12. p. 62. et Pyth. VIII. 39. p. 288. At enim ego certe non dubito confirmare et recipere: quotquot Thebis illum haustum prodiderunt, eos prodidisse haustum apud Harma sive Cnopum, quod oppidum Thebanorum in ditione olim fuisse Strabonis et Aeliani convicimus testimoniis. Hoc igitur de Homero recipio Odyss. XV. 246. *Ἀλλ' ὄλετ' ἐν Θήβῃσι γυναίων εἵνεκα δώρων* et Pindaro Nem. X. 14. *γαῖα δ' ἐν Θήβαις ὑπέδεκτο κεραυνωθεῖσα Διὸς βέλεσιν Μάντιν Οἰκλείδαν,* id est „Amphiaraum, qui apud Thebas obierit" Plin. Nat. Hist. XVI. 86. T. V. p. 496. et Hygin. fab. LXXIII. p. 125., et Luciano Alex. 19. Vol. V. p. 82. *μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν τοῦ Ἀμφιάρεω καὶ τὸν ἐν Θήβαις ἀφανισμὸν αὐτοῦ* atque Eustathio Il. II. 566. p. 288, 34. *Ἀμφιαράου ἐν Θήβαις ἀπολωλότος* et Tzetza Chiliad. III. 300. *τὸν Ἀμφίαραον — Θήβαις θανόντα.* Conf. Arrhian. de Venat. XXXVI. 2. *τοὺς δὲ πατέρας αὐτῶν — διαφθαρῆναι ἐν Θήβαις.* Cedren. p. 746. D. *ἀπέστειλε δὲ καὶ στρατιὰν ἑτέραν ἐν Ἑλλάδι — ᾗτινι ὑπαντιάσας ὁ Ἀλλακασσεὺς καὶ συμμίξας ἐν Θήβαις τρέπεται.* Demosth. Lept. 62. p. 73. Nec Strabonis locus habet quidquam quo recte conficiatur illud, quod Heynius confecit in Opusc. Acad. Vol. V. p. 83. Amphiarai fanum ex loco etiam propiore ad Thebas, quam Potniae fuerint, esse ad Oropum traductum. Porro occidisse Amphiaraum apud Mycalessum, quo ex Thebana urbe proficiscenti exeundum per Proetides portas fuisse dictum est, pertenui nobis indicio patefactum est Euripi-

dis, qui Amphiaraum facit Proetides oppugnantem Phoen. 1109. ἐς δὲ Προιτίδας Πύλας ἐχώρει σφάγι' ἔχων ἐφ' ἅρμασιν Ὁ μάντις Ἀμφιάραος Apollodorique III. 6, 6. p. 208. Ἀμφιάραος δὲ (ἔστη) παρὰ τὰς Προιτίδας. Itaque hoc videor haud dubio argumento coniectasse Ismenum fluvium, cuius ripam Amphiaraus fuga legisse narratur, cursum suum ad loca Mycalessi proxima egisse. Sed quid coniectationem ego loquar? Argumento (possum enim) rem ostendam ac stabiliam posito in verbis Scholiastae Nicandr. Ther. 887. p. 121. Ἔστι δὲ καὶ πόλις Κνῶπος δι' ἧς ὁ Ἰσμηνὸς φέρεται, quod clarum argumentum esse et grave consentiet, qui caussam supra disceptatam a nobis II. 4. p. 146. sq. recordatus fuerit. Iam vero cedo, quid non suspiciosius modo, sed incredibilius dici potuerit, quam quod idem Scholiasta Cnopum atque Ismenum eundem fuisse fluvium affert Σχοινεὺς δὲ καὶ Κνῶπος δύο ποταμοὶ Βοιωτίας. Κνῶπος δὲ ὁ Ἰσμηνὸς εἴρηται ἀπὸ Κνῶπος („lectio incerta" Lobeck. Paralip. p. 118.) τοῦ Ἀπόλλωνος. Quin tu meo contempto arbitratu tergiversari noli et non adiungere Scholiastae fidem; scilicet hoc quoque facile credes, Ismenum priores nomine Schoenei appellasse. Id tibi cantat Eutecnius, vetus et eruditus enarrator, ut Spanhemius ait in Callimach. h. in Pallad. 28. p. 561., in Metaphras. Theriac. p. 367. γίγνεται ἡ βοτάνη ἡ τῆς Βοιωτίας μὲν ἐν Ψαμάθῃ, παρὰ δὲ ποταμὸν, πρότερον μὲν Σχοινέον οἱ πάλαι ἐκάλουν, Ἰσμηνὸν δὲ οἱ ἐπιχώριοι μετὰ ταῦτα αὐτῷ ἔθεντο· παρὰ τοῦτον φύεται πολλὴ τὸν Ἰσμηνὸν ἡ σίδη καὶ μὴν καὶ ὁ Κνῶπος ἄγει. Scripsi verba, uti reperta sunt in Schneideri exemplari, quamquam, ut hoc leviter perstringam, non perspicio illa καὶ μὴν καὶ ὁ Κνῶπος ἄγει, quae in libris tradita sunt in hunc modum lacerata ἡ σείδη μην και η δων ινοπος αγει. Quae percurrenti mihi subita atque non multum subinde meditata coniectura subnata est haec: γίγνεται ἡ βοτάνη — παρὰ — ποταμὸν, ὃν πρότερον μὲν Σχοίνιον οἱ πάλαι ἐκάλουν — παρὰ τοῦτον φύεται πολλὴ τὸν Ἰσμηνὸν ἡ σίδη, πλὴν καὶ ἧ ῥοῦν (conf. Elmsl. Eurip. Heracl. 38. p. 52.) ὁ Κνῶπος ἄγει id est: apud hunc igitur Ismenum plurima nascitur side, verum etiam illic, qua flumen suum Cno-

pus vehit". In loquendi similitudinem enim satis apte videbatur convenire Gregor. Corinth. (lib. Monac.) in Hermog. *περὶ δεινοτ.* p. 1177, 24. *διὰ γοῦν τὸ εἶναι αἰσχρὰ ταῦτα περιέπλεξε πλὴν καὶ ἐδήλωσεν εὐπρεπῶς ὃ ἐβούλετο.* Quid ergo? de Eutecnio et Scholiasta Nicandri, quoniam ii in tam discrepanti editione Nicandrum auctorem profiteri videntur, quid iudicandum est? Decuit nimirum eos sponte commemorare Ismenum celeberrimum eius regionis fluvium, quam ab uberrimo sidarum proventu viderent a Nicandro laudari. Nec refert hoc argumentari et pluribus disputare. Sed et illud maxime profiteor, Nicandro teste in Thebanam paludem Cnopum et Schoeneum influere, neque abnuo ex Dicaearchi, quibus dixi, verbis me de Cnopo et Ismeno sic existimare, ut suo utrumque lapsu et cursu profluxisse suique, quoad immergerentur, nominis retinentem fuisse arbitrer. Addixerunt tamen rei commenticiae credulitatem suam Ortelius in Thes. Geogr. et Is. Vossius Obss. in Pomp. Mel. II. 3. p. 152. „Cnopus idem est atque Ismenus, ita ut Ismene oppidulum et Cnopia eadem fuisse videatur", in quam sententiam raptim pedarius ivit Krusius p. 566.

Ergo hoc scientiae pervestigatione comprehendisse videor, Ismenum delapsum inter Teumesum et Glisantem Cnopium agrum atque Euboici freti oram petere. Sequitur porro id, quo apertam rem manifestamque faciam, quae quibusdam adhuc suspiciosa videri queat. In hoc enim loco caput erit nobis, si demonstrare poterimus Ismenum in mare erumpere. Nimis mira memoro. Namque auctoritate cum Mannerti Geogr. Graec. Vol. VIII. p. 226. Dodwelli Itin. I. P. II. p. 42. 58. II. P. I. p. 115. sq. Reisigii, tum Odofr. Muelleri Orchom. p. 43. p. 487. et, qui Muelleri doctrina fruitur atque utitur, Krusii Vol. II. P. I. p. 487. not. 443. p. 483. p. 484. praevaluit, ut in Hylice palude et Dirces et Ismeni os assignarent. Quid ita? quia, ut ego arbitror, professio quorundam testantium, Mycalessi et circa loca arduo difficilioreque adscensu esse, quam quo fluvium evadere credibiliter dicas, tantum potuit, ut re praeiudicata Ptolemaeus contrariae auctor sententiae cum Meletio Geograph. p. 329. condemnati in iudi-

cium venerint. Narra mihi; veteris scriptoris auctoritas ex voluntate aliquot hominum nostrae memoriae omnino improbanda, illudenda fuit? circumspectione aliqua et accurata consideratione non tuenda fuit? si id coeptum secus caderet, porro non fuit rite comploranda? Age, quoniam Muellerus Ptolemaei fraudem exprobravit magis quam ratione aperuit totiusque huius ipse invenit et adornavit criminis comparationem, is potissimum experiatur consentientium ad unum omnium scriptorum nervos atque vires. Etenim complures, id quod praeter optatum Muelleri cogitationemque referre videor, eandem quam Ptolemaeus caussam defendunt atque, ut anquisitius pressiusque definiam, quid rei sit, quotquot de Ismeni exitu commemoraverunt, in mare Euboicum eum affirmarunt profluere. Et primum quidem Statium producam, qui praeclare in Thebaidis libro IV. 415. „(Tiresias) mersum Ismeni subter confinia ponto Miscentis parat ante ducem circumque bidentum Visceribus laceris et odori sulfuris aura Graminibusque novis et longo murmure purgat"; ad mare enim id lustrationis sacrum peragi solitum fuisse docet Plutarchus Quaest. Gr. XL. Vol. VIII. p. 400. et exposuit Lobeckius in Aglaoph. p. 1011. conf. Spanh. Callim. h. in Apoll. 110. p. 114. sq. Idem in libr. IX. 300. de iis, qui in Ismeno perierunt „Ibitis aequoreis crudelia pabula monstris" et v. 516. „En meus Hippomedon — pelagi crudelibus ibit Praeda feris", quod sic explicatum est ab vetere Scholiasta Barthii p. 1017. „Insepultum Ismenus in mare rapiet" (quibus non ita dissimilia sunt haec Theoduli in Anecd. Boiss. II. p. 220. *ἔστι δ' ὅτε (τῶν αἱμάτων ῥύακες) καὶ ποταμοῖς συνιόντες καὶ βάπτοντες αὐτῶν κατάκρας τὸ ῥεῖθρον συνεκβάλλουσιν οἷμοι πρὸς θάλατταν ἀνθρώπους ἄγοντες ἰχθύσι βορὰν, τοὺς μὲν ἡμιθνῆτας, τοὺς δ' ἐκ πολλοῦ τεθνεῶτας, τοὺς μὲν διαπεπραγμένους καθάπαξ, τοὺς δὲ μόγις αἰσθανομένους ἃ πάσχουσιν* et Prisciani Laud. Anastas. 115. „Flumina torrebant (Boissonadius currere maluit fluvium quam torrentem esse) fluviis mutata cruoris, Et prope corporibus raptis sunt ostia clausa; Tunc mare confuso rutilavit sanguine victum Et saturi pisces tempsere cadavera plura"). In eandemque sen-

tentiam leguntur XI. 276. haec: „hos ignis egentes Fert humus, hos pelago patrius iam detulit amnis" et IX. 437. „ille ego (Ismenus) — stipatus caedibus arctas In freta quaero vias" et de Crenaeo interfecto IX. 358. „iacet ipse procul, qua mixta supremum Ismenon primi mutant confinia ponti" et de matre eius funus sub Ismeno scrutante v. 370. „prona reclinat Corpora nec ponto submota intrabat amaram Dorida, possessum donec iam fluctibus altis Nereidum miserata cohors ad pectora matris Impulit" et „Mitior unda maris, quae iuxta flumina corpus Retulit" v. 379., de quo loco conf. Corollar. XVIII. Nec discrepat Lactantius in Theb. IV. 415. p. 184. C. et Barthii Scholiasta T. II. p. 1071., Lactantius iterum in IX. 359. p. 407. C. et 387. et Scholiasta in IX. 358. p. 994. T. III. v. 359. 370. et 371. p. 995. 372. p. 996. 380. p. 997. „ne admitteret ante aperto pelago piscibus lacerandum funus", v. 387. p. 998. „tecum in horrido et portentoso mari mansura et moritura", v. 277. libr. XI. p. 1340. „submersos Ismenus provolvit in mare". Post hos testem do in hanc rem auctorem Chronici Paschal. p. 61, 16. *δέον καὶ τοὺς ἐπισήμους ποταμοὺς ἐξειπεῖν τοὺς ἀποχέοντας εἰς τὴν θάλασσαν· ποταμοὶ γάρ εἰσιν ὀνομαστοὶ μ'· Ἰνδὸς ὁ καὶ Φείσων, Νεῖλος ὁ καὶ Γηών, Τίγρις, Εὐφράτης, Ἰορδάνης, Κήφισσος, Ταναΐς, Ἰσμηνὸς, Ἐρύμανθος, Ἅλυς, Ἀσωπὸς, Θερμώδων, Ἐρασινὸς, Ῥεῖος, Ἀλφειὸς, Βορυσθένης, Ταῦρος, Εὐρώτας, Μαίανδρος, Εἶσμος,* (p. 62.) *Ἀξιὸς, Πύραμος, Βοῖος, Ἕβρος, Σαγάρις, Ἀχελῶος, Πηνειὸς, Εὔηνος, Σπερχειὸς, Κάϋστρος, Σιμόεις, Σκάμανδρος, Στρυμὼν, Παρθένιος, Ἴστρος, Βαῖτις, Ῥῆνος, Ῥοδανὸς, Ἠριδανὸς, Θούβηρις ὁ νῦν καλούμενος Τίβερις.* Quae fluviorum nomina eodem plane modo consignata extant et in codice bibl. Matrit. CXXI., ut ex iis existimo, quae Iriartius p. 484. sq. inde delibavit, et in codice de quo memini II. 3. p. 127. *Ποταμοὶ μέγιστοι οὗτοι α καὶ Δούναβις* (quod intercidit, id sic explere *Ἴστρος καὶ Δούναβις* licet ex libro *περὶ τεσσάρων τοῦ Παραδείσου ποταμῶν* ap. Bandin. Vol. I. p. 466. et Caesari. Dial. III. resp. CXLIV. p. 110. B. *ἄκουε τοίνυν τοῦ συγγραφέως τοὺς ἐκ μιᾶς κρήνης ἀποῤῥέοντας τέσσαρας ποταμοὺς προς-*

αγορεύοντος καὶ οἱονεὶ δακτυλοδεικτοῦντες αὐτοὺς τῇ προς-ηγορίᾳ καὶ ὄνομα τῷ ἑνὶ Φεισσών· οὗτος δὲ τὴν Αἰθιο-πίαν φησὶ καὶ τὴν Ἰνδικὴν παροδεύων Γάγγης παρ' αὐτῶν προςαγορεύεται· παρὰ δὲ Ἕλλησιν Ἴστρος καὶ Ἰνδὸς ποτα-μός· παρὰ δὲ Ἰλλυριοῖς — Δανούβης) β Γαιών ὁ καὶ Νεῖλος, γ Τίγρις, δ Εὐφράτης ἰδοὺ τοῦ παραδείσου οἱ τέσσαρες, ε Τραναΐς, στ Μηνιός, ζ Ἀχλὺς, η Ἀσσωπὸς, Θερμω-δὼν, Ἐρατεινὸς, Ῥόος, Βορυσθένης, Πομφειὸς, Ταῦρος, Εὐρότης, Μένανδρος, Ἑρμιὸς, Αὐξειὸς, Πύραμος, Βιὸς, Εὖρος, Σαγάριος, Ἀχελὼς, Πηνειὸς, Ευῖνος, Σπερχειὸς, Ἴστρος, Σιμόεις, Σκάμανδρος, Τύρμων, Παρθένιος, Ῥα-νεὸς, Ζέτης, Ῥοδάνος, Ἠριδανὸς, Σίβρις, Δούναβις, quae vitiosissime descripta nihil negotii est reddere emendata, praeterquam quod istud *Ῥόος* sive *Ῥεῖος* convertendum in *Ῥοδίον* esse cum Hesychius arguit p. 1119. *Ῥόδιος ποτα-μὸς ὁ νῦν Δάρδανος* tum Homerus Il. XII. 20. et Schol. p. 335, 21. 25. et Eustath. p. 890, 12. et idem in II. 819. p. 352. extr. *πόλις Δάρδανος ἀπέχουσα ἑβδομήκοντα στα-δίους τῆς Ἀβύδου μεταξὺ δὲ ὁ Ῥοδίος ἐκπίπτει ποταμός* atque Hesiodus Theog. 341. et Scholiasta eius p. 505, 8. *Ῥόδιος, Τροίας.* Add. Corollar. XIX. Namque vel sic agnosco quem fluviorum ab Oceano et Tethye procreato-rum Hesiodus fecit ordinem, illum quidem addito tempore, dum nomina accumulantur, alia commutantur, valde va-riatum. Ceterum iudicium meum est, illo iudice Hyginum tralaticio usum esse in Genealog. p. 5. „Eiusdem seminis flumina Strymon, Nilus, Euphrates, Tanais, Indus, Ce-phisus, Ismarus, Axenus, Achelous, Simois, Inachus, Alpheus, Thermodon, Scamandrus, Tigris, Maeandrus, Orontes", ut Micyllus et Schefferus, quorum alter Ismaro Ismenum, Axium Axeno alter successorem dedit, id fecisse videantur recte atque ordine. Reliqui sunt subtilis-simi testes, quibus Aulidem inter et Salganeum, Salganeo dumtaxat proxime, ut ego ex Harmatis situ dimetior, Ismenum exisse in Euripum convincam. Numquidnam planius fingi potest dicto Ptolemaei p. 97. *Ἀσωποῦ ποτα-μοῦ ἐκβολαὶ, Ὠρωπός. (Βοιωτίας) Αὐλις. Ἰσμηνοῦ ποτα-μοῦ ἐκβολαί. Σαγανεύς. Ἀνθηδών* et Nicephori Gregorae VII. 7. p. 251, 10. *διαβάντες τὰς Θερμοπύλας στρατοπε-*

δεύουσι περί τε Λοκρίδα καὶ ποταμὸν τὸν Κηφισσόν· ὃς μέγιστος ὢν ῥήγνυται μὲν ἐξ ὄρους τοῦ Παρνασσοῦ, κάτεισι δὲ πρὸς ἕω τὸ ῥεῦμα κινῶν καὶ πρὸς μὲν ἄρκτους ποιούμενος τούς τε Ὀπουντίους καὶ Ἐπικνημιδίους Λοκροὺς, πρὸς δὲ μεσημβρίαν καὶ νότον ἄνεμον τὴν μεσόγειον ἅπασαν τῆς τε Ἀχαΐας καὶ Βοιωτίας· μέγιστος μὲν ἀδιαίρετος ἄχρι τῶν περὶ Λεβαδίαν τε καὶ Ἁλίαρτον πεδιάδων τηρούμενος· ἔπειτα πρὸς δύο σχιζόμενος ῥείματα καὶ ἐς Ἀσωπόν τε καὶ Ἰσμηνὸν μετατιθέμενος τὰ ὀνόματα· καὶ διὰ μὲν Ἀσωποῦ τέμνων τὴν Ἀττικὴν ἄχρι θαλάττης· διὰ δ' Ἰσμηνοῦ τῇ τῆς Εὐβοίας θαλάττῃ σπενδόμενος περὶ τὰ τῆς Αὐλίδος προαύλια· ἔνθα πάλαι τοὺς ἐπὶ Τροίαν ναυστολοῦντας Ἕλληνάς τε καὶ ἥρωας τὰ πρῶτα προςεσχηκέναι τε καὶ αὐλίσασθαι λέγουσιν. Quamquam minime dissimulo quae de Cephisi cursu a Nicephoro proposita sunt, in invidiam adducenda esse et vituperationem. Sumpserat ea, ut Boivinus p. 1210. monstravit, ab eodem Ptolemaeo l. d. τῶν δὲ ποταμῶν ὁ μὲν Ἀχελῶος ἔχει τὴν ἀρχὴν ἐν τῷ Πίνδῳ ὄρει· ὁ δὲ Εὔηνος ἐν τῷ Καλλιδρόμῳ ὄρει ἐπιστρέφων πρὸς τὰς ἀνατολὰς ἐπὶ τὸν Κηφισσὸν ποταμὸν, ὃς καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν αὐτῶν ὀρέων ῥέων συμμίσγει τῷ τε Ἀσωπῷ καὶ τῷ Ἰσμηνῷ τοῖς ποταμοῖς κατὰ τὴν Βοιωτίαν, de quo conf. Mueller. Orchom. p. 483. Simile illud, quod ex Servio attulimus II. 2. p. 118. de Parnaso in Cithaeronem et Heliconem diviso. Postremo testem facio Dicaearchum Vit. Graec. p. 194., cuius sententia adhuc latet orationis obscuritate an vitio involuta. Χαλκὶς, inquit, τῇ ἀγορᾷ κειμένη πρὸς τὰς τῶν ἐργασιῶν χρείας ἀνυπερβλήτως. Ὁ γὰρ ἀπὸ τοῦ τῆς Βοιωτίας Σαλγανέως καὶ τῆς τῶν Εὐβοέων θαλάττης ῥοῦς εἰς τὸ αὐτὸ συμβάλλων καὶ τὸν Εὔριπον, φέρεται παρ' αὐτὰ τὰ τοῦ λιμένος τείχη, καθ' ὃ συμβαίνει τὴν κατὰ τὸ ἐμπόριον εἶναι πύλην, ταύτης δ' ἔχεσθαι τὴν ἀγορὰν πλατεῖάν τε οὖσαν καὶ στοαῖς τρισὶ συνειλημμένην. Σύνεγγυς οὖν κειμένου τῆς ἀγορᾶς τοῦ λιμένος καὶ ταχείας τῆς ἐκ τῶν πλοίων γενομένης τῶν φορτίων ἐκκομιδῆς πολὺς ὁ καταπλέων ἐστὶν εἰς τὸ ἐμπόριον· καὶ γὰρ ὁ Εὔριπος δισσὸν ἔχων τὸν εἴςπλουν ἐφέλκεται τὸν ἐμπόριον (leg. τὸν ἔμπορον aut τὴν ἔμπορον conf. Wesseling. in Diodor. V.

p. 339, 23.) *εἰς τὴν πόλιν.* Quae ad cognoscendum illustria magis magisque in aperto erunt, si spreta particula *καὶ* amplexus fueris *κατὰ τὸν Εὔριπον* (sive mavis *ὁ γὰρ ποταμοῦ τοῦ ἀπὸ τῆς Βοιωτίας Σαλγανέως*). Litterarum quidem conversionem a nobis factam vix opus est approbare exemplis. Velut nequit dubitari, quin apud Scholiast. Clement. Alexandr. p. 109. *ὁ δὲ κατὰ πρύμνας ἥρως Ἀνδρόγεώς ἐστιν — οὕτως ὀνομασθεὶς, ὅτι καὶ τὰς πρύμνας τῶν νηῶν ἵδρυτο* recte Schinas scripserit *κατὰ τὰς πρύμνας* et in Lyd. de ostent. XXII. p. 88. C. *αἱ γὰρ πρὸς νότον εἰσὶ θειότεραι καὶ τὸν ποιητὴν* Hasius *κατὰ τὸν ποιητήν* et apud Plutarch. vit. Alex. XXI. p. 281. Vol. IV. *καλῆς καὶ γενναίας καὶ τὸ κάλλος ἅψασθαι γυναικός* Stephanus *γενναίας κατὰ τὸ κάλλος* in hanc, opinor, sententiam: „exaequavit illa pulcritudine nobilitatem generis". Nec vereor, ego ne aut de Pausaniae loco IX. 5, 4. p. 29. supra posit. II. 1. p. 88. coniectura aberraverim aut ab universis repulsus abeam, ubi complacitum mihi esse professus fuero hoc scribendi genus apud Coluthum Rapt. Hel. v. 67. *Ζεὺς δὲ θεῶν κατὰ νεῖκος ἰδών* et apud Theophrastum Hist. Plant. IV. 11, 8. p. 157. *γίνεσθαι δὲ καὶ οὗ ἡ Προβατία καλουμένη καταφέρεται* consuero id rectissimum esse, quod in libris repertum est Vindob. Medic. Urbin. *καθ' ὃ ἡ Προβατία.* Fefellerat autem Schneiderum (ut hic Marxium) vis vocularum *καθ' ὅ*, quam enodavit Siebelisius ad Pausan. I. 28, 5. p. 102. „*καθ' ὅ* est ubi apud Dicaearchum p. 194.". Sed ne longius exordium faciam, exempla abunde habemus collecta cum a Cantero de rat. emend. auct. gr. c. VII. p. 241. et Schaefero in Melett. Crit. potissimum p. 119. et 154. et in Greg. Cor. p. 30. et Walzio Epist. crit. p. 69. et in Theon. Progymn. 4. p. 184. tum ab Hasio in Leon. Diacon. p. 505. Iam vero quod inde ab Salganeo Boeotiae urbe aquarum quasi quoddam agmen recto meatu procurrere Dicaearchus sic memoriae prodit, ut adverso flumine ferri subnectat mare Euboicum, videtur ex ea re satis hoc explicatum esse et cognitu facile, a Dicaearcho fluvii alicuius et Boeotici mentionem haberi, cuius non retorqueatur excursus obvio aestu. Ut videar mihi explorate custoditeque Dicaearchi

sententiam sic definire: „Ismenum aquarum certa via raptimque provectarum vires cum marino fluctu conferre perque Euripum (conf. Strab. X. p. 447. T. IV. p. 24.) in Chalcidensium portum provolvere". Eo autem, quo dixi, modo verba constituenda pridem censueram, cum cognovi in idem iudicium inclinare Iacobsium in Achill. Tat. III. 20. p. 672. sic praecipientem, ut locum in hanc speciem scriptum *ὁ γὰρ ἀπὸ τοῦ τῆς Βοιωτίας Σαλγανέως καὶ τῆς τῶν Εὐβοέων θαλάττης ῥοῦς, εἰς τὸ αὐτὸ συμβάλλων, κατὰ τὸν Βύριπον φέρεται παρ' αὐτὰ τὰ τοῦ λιμένος τείχη* interpretemur „cursus fluminis Salganei et maris circa Euboeam versus Euripum fertur". Quod quum supersedeam percensere, proloquendum utique illud est, memoria litteris servata nihil quidquam proditum esse de Boeotiae fluvio Salganeo.

Ergo hoc verissime perceptum est et cognitum, Ismenum Salganeum inter atque Aulidem in Euripum effundi. Quod unus omnium nescio quo argumento iudicavit Dalechampius in Athen. p. 714. „Ismenus fluvius e Cithaerone nascitur ac per illam Boeotiae planitiem mare petit". Contra nova et perturbata, ut quae maximo, protulit Cellarius Not. Ant. Orb. II. 13. T. I. p. 1134. „Ptolemaeus Ismeno separata ostia tribuit, quia Asopon alieno loco posuit; aliis defertur ab Asopo, quod verisimile ex eo, quia uterque prope Thebas fluit". At vero illud, quod sine ulla dubitatione defendi debet, id qua datur ratione defendere? Occurritur enim nobis et quidem a doctis omnibus quaerentibus, num quid tam temerarium sit tamque eius, qui antiquitatis diligentiorem se investigatorem fatetur, indignum gravitate, quam sentire, probare, persuadere velle id, quod falsum esse magno argumento esse debeat illius orae situs identidem a doctis hominibus perlustratus nostra memoria et exploratus? Veluti eum situm Thierschium — quantopere autem iuvat meminisse illius oti felicitatem, quo ex familiaribus summi viri sermonibus simul ingenuas oblectationes saluberrimamque habebam institutionem — memini igitur Thierschium, cum de itinere per Graeciam ab eo facto mentionem iniecissem, mihi narrare Mycalessi et locorum circumiacentium situm altiorem.

Qui quum meam ego subinde ostendissem de Ismeni ostio sententiam paullisper admiratus, quem magnum et praeter opinionem suam animadverteret scriptorum consensum, dubiam significationem iecit, capessendum videri in ancipiti caussa hoc diverticulum, ut non recta via, verum per Hylicen paludem Ismenus fluvius in Euboicum mare evadere censeretur. Atque sic existimanti ego adeo non defui, ut memoriam usurparem Scholii Nicandr. (quod supra posui p. 169.), quod ducere aliquis posset esse quasi quandam sedem et firmamentum constituendae fidei. Nitatur igitur et confidat hac lubrica atque ambagiosa coniectatione, cui commodum erit. Equidem quae olim ab initio mihi inciderat cogitatio, in ea nunc quoque acriter persevero versari speroque fore, ut recte eam susceptam nonnullis non opinione solum, sed etiam ad veritatem plane persuadeam. Credo enim Ismenum, cuius hodie vestigium remanet omnino nullum, vehementiore aliquo terrae motu in imum desedisse et perisse maritima illa regione in altiorem situm elata et tramite obstructo, per quem in fretum fluvius descenderat. Conf. quae de Inacho scripsit Havercampius in Tertull. Apol. XL. p. 341. a. Quo quid sit probabilius, mihi certe in mentem venire non potest. Namque Boeotia, a cuius contextu Euboeam antiquissima aetate ereptam constat ex testimoniis a Dodwello Itin. II. P. I. p. 248. collectis, nullam Graeciae partem accepimus tremuisse frequentius. Cuius rei argumentum vel maximum hoc potest esse, quod edocuerunt Strabo X. p. 447. T. IV. p. 26. *ἔστι δὲ καὶ ἅπασα μὲν ἡ Εὔβοια εὔσειστος, μάλιστα δ' ἡ περὶ τὸν πορθμὸν καὶ δεχομένη πνευμάτων ὑποφορὰς καθάπερ καὶ ἡ Βοιωτία καὶ ἄλλοι τόποι* et IX. p. 406. T. III. p. 420. *ὑπάντρου δὲ καὶ σηραγγώδους οὔσης κατὰ βάθους τῆς γῆς σεισμοὶ γενόμενοι πολλάκις ἐξαίσιοι τοὺς μὲν ἔφραξαν τῶν πόρων, τοὺς δὲ ἀνέῳξαν, τοὺς μὲν μέχρι τῆς ἐπιφανείας, τοὺς δὲ διὰ ὑπονόμων* et Aristoteles Meteorolog. II. 8. p. 366, 22. a. *Εὔριπος ἰσχυρότερον ποιεῖ τὸν σεισμόν. ἔτι δὲ περὶ τόπους τοιούτους οἱ ἰσχυρότατοι γίνονται τῶν σεισμῶν, ὅπου ἡ θάλασσα ῥοώδης ἢ ἡ χώρα σομφὴ καὶ ὕπαντρος. διὸ καὶ περὶ Ἑλλήσποντον καὶ περὶ Ἀχαΐαν καὶ Σικελίαν καὶ τῆς Εὐβοίας περὶ τού-*

τους τοὺς τόπους· δοκεῖ γὰρ διαυλωνίζειν ὑπὸ τὴν γῆν ἡ θάλασσα. περὶ δὲ τοὺς εἰρημένους τόπους οἱ σεισμοὶ γίνονται μάλιστα διὰ τὴν στενότητα· τὸ γὰρ πνεῦμα γινόμενον σφοδρὸν διὰ τὸ πλῆθος τῆς θαλάττης πολλῆς προςφερομένης ἀπωθεῖται πάλιν εἰς τὴν γῆν, τό γε πεφυκὸς ἀποπνεῖν ἀπὸ τῆς γῆς. Laboraverunt autem alias minores partes (testis est enim Seneca Nat. Quaest. VI. 25. p. 771. Schott. „cum Chalcis tremuerit Thebas stetisse" conf. 17. p. 765.), alias vasta concussio in totam fere Boeotiae longitudinem pertinuit, veluti quae Valente et Valentiniano imperantibus incidit narrata ab iis, quos attulerunt Valesius in Ammian. Marcell. XXVI. 10, 15. p. 168. atque Scaliger in Euseb. Chronic. MMCCCLXXXII. p. 258. a., et a Zosimo IV. 18, 2. p. 382. Cell. et V. 6, 5. p. 513. atque a Cedreno (p. 114.) apud Meurs. Cret. I. 15. p. 62. καὶ τῆς Κρήτης δὲ καὶ Ἀχαΐας καὶ Βοιωτίας Ἠπείρου τε καὶ Σικελίας πλεῖστα μέρη ἀπολέσθαι (συνέβη) τῆς θαλάσσης ἀνελθούσης καὶ ἐπικλυσάσης αὐτά· ὡς καὶ ἐπὶ τῶν ὀρέων ἀποῤῥιφῆναι πλοῖα ἄχρι σταδίων ἑκατόν sive scriptore in Anecd. Boisson. Vol. I. p. 421. ὅτι ἐπὶ Γρατιανοῦ καὶ Οὐαλεντινιανοῦ σεισμὸς ἐγένετο μέγας, ὥςτε ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑποχωρῆσαι τὴν θάλασσαν ἐπιπολύ· — κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς συνέβη τὴν θάλασσαν ὑψωθῆναι καὶ πολλὰ πλοῖα ὑψωθέντος τοῦ ὕδατος ἐπὶ τῶν ὀρέων ἐῤῥίφησαν ἄχρι σταδίων ἑκατόν. Τότε συνέβη τὰ πλεῖστα μέρη ἀπολέσθαι τῆς Κρήτης καὶ τῆς Ἀχαΐας καὶ Βοιωτίας καὶ τῆς Ἠπείρου καὶ τῆς Σικελίας καὶ σχεδὸν πάσης τῆς οἰκουμένης τὰ πρὸς τῇ θαλάσσῃ. Etiam Iustiniani regnum nobile motu maximo, de quo haec tradidit Procopius de bell. Gotth. IV. 25. p. 594. sq. ἐν τούτῳ δὲ χρόνῳ σεισμοὶ κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἐπιπεσόντες ἐξαίσιοι τήν τε Βοιωτίαν καὶ Ἀχαΐαν καὶ τὰ περὶ κόλπον τὸν Κρισαῖον κατέσεισαν. καὶ χωρία μὲν ἀνάριθμα, πόλεις δὲ ὀκτὼ εἰς ἔδαφος καθεῖλον, ἐν ταῖς Χαιρώνειά τε καὶ Κορώνεια καὶ Πάτραι καὶ Ναύπακτος ὅλη — καὶ χάος δὲ τῆς γῆς πολλαχῇ ἀποσχισθείσης γεγένηται· τὰ δὲ διαιρεθέντα ἔνια σχίσματα μὲν αὖθις ἐς ταὐτὸ ξυνιόντα τὸ πρότερον τῇ γῇ σχῆμά τε καὶ εἶδος ἀπέδωκεν, ἔστι δὲ οὗ καὶ διεστηκότα μεμένηκεν —. ἐν δέ γε τῷ πορθμῷ ὕνπερ μεταξὺ Θεσσα-

λίας τε καὶ Βοιωτίας ξυμβαίνει εἶναι γέγονέ τις ἐκ τοῦ αἰφνιδίου τῆς θαλάσσης ἐπιῤῥοὴ ἀμφί τε πόλιν τὴν Ἐχιναῖον καλουμένην καὶ τὴν ἐν Βοιωτοῖς Σκάρφειαν — τοῦ τῆς θαλάσσης δηλονότι ῥοθίου — ἐπιπολάζοντος παρὰ δόξαν τῇ γῇ ἄχρι ἐς τὰ ὄρη, ἃ ταύτῃ ἀνέχει.

His rebus ita disputatis et definitis de Thermodonte adiicio (quid enim attingere eius quaestionis discrimen detrectem?), si fides Herodoto est IX. 43. ὁ δὲ Θερμώδων ποταμὸς ῥέει μεταξὺ Τανάγρης τε καὶ Γλίσαντος, sic omnino statuendum esse, ut is fluvius existimetur ex ea parte decurrere, quae a meridie adiacet Teumeso modico intervallo, ut dixi, a Glisante disiuncto. De qua re aliter sensit Odofr. Muellerus Orchom. p. 43. al. et Krusius p. 490. Sed enim pugnat cum Herodoto cum Pausanias ultra Glisantem Thermodontem profluere affirmans IX. 19, 3. p. 67. ὑπὲρ δὲ Γλίσαντός ἐστιν ὄρος Ὕπατος καλούμενον — τὸν δὲ ποταμὸν τὸν χείμαῤῥον Θερμώδοντα ὀνομάζουσιν tum Plutarchus vit. Demosth. XIX. p. 284. Vol. VI. τὸν δὲ Θερμώδοντά φασιν εἶναι παρ' ἡμῖν ἐν Χαιρωνείᾳ ποτάμιον μικρὸν εἰς τὸν Κηφισὸν ἐμβάλλον· ἡμεῖς δὲ νῦν μὲν οὐδὲν ἴσμεν οὕτω τῶν ῥευμάτων ὀνομαζόμενον, εἰκάζομεν δὲ τὸν καλούμενον Αἵμονα Θερμώδοντα λέγεσθαι τότε καὶ παραῤῥεῖ παρὰ τὸ Ἡράκλειον et vit. Thes. XXVII. p. 30. Vol. I. λέγεται δὲ καὶ περὶ Χαιρώνειαν ἑτέρας (Ἀμαζόνας) ἀποθανεῖν καὶ ταφῆναι παρὰ τὸ ῥευμάτιον ὃ πάλαι μέν, ὡς ἔοικε, Θερμώδων, Αἵμων δὲ νῦν καλεῖται. Accoluisse autem Boeotiam olim Amazones praeter Plutarchum, quem testificatus est Wernsdorfius in Himer. Orat. II. 10. p. 384., auctores sunt Duris ap. Plutarch. vit. Demosth. l. d. et Stephanus Byz. p. 52, 2. Ἀμαζόνειον· — ἔστι καὶ ἄλλο διὰ τοῦ κ Ἀμαζονικὸν ἐν Βοιωτίᾳ, ne illud hic commemorem et Thraciae et Euboeae sinum esse, quem Coela vocent Schol. Clem. Alex. p. 115. Ἀμαζόνες ἔθνος Σκυθικὸν — πρόσοικον τοῖς Κοίλοις. Wesseling. in Hierocl. Synecd. p. 634. Olear. in Philostrat. vit. Apollon. I. 24. p. 32. not. 14. Duker. in Liv. XXXI. 47. Valcken. in Herod. VI. 100. p. 221. (atque ad Alcmonii nemoris, de quo vid. Sturz. Pherecyd. fr. VI. p. 86. sq., similitudinem accedere Boeotiae urbem Almonem Steph. Byz. p. 48, 33.).

Unde erunt fortasse, qui Thermodonti, quo Amazonum ab Hercule devictarum memoria maneret, Herculei fluvii nomen (ποταμὸν Ἡράκλειον Plutarch. Parallel. VII. p. 416. Vol. VIII.) factum esse arbitrentur. Denique Thermodontem parum definite distincteque designarunt Tzetza in Lycophr. 647. sive Callimach. fragm. CCLXX. p. 403. Θερμώδων καὶ Ὕψαρνος Βοιωτίας εἰσὶ ποταμοί et Schol. Paris. Lycophr. p. 148. atque Etym. M. p. 445,29. Θερμώδων ποταμὸς περιῤῥέων τὴν Ἀμαζόνων χώραν· ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Βοιωτίας. Sed pergo porro; nam in hoc magna fortasse fiet dissensio.

Veniendum est autem ad Dircen fluvium. Qui quo evaserit, nemo unus veterum scriptorum nec minima quidem significatione ostendit. Quodsi licet coniectare fluvii exitum, ego vero libenter ei sententiae subscribo, quae in Hylicen paludem eum influere censuit. conf. Krus. Hellad. p. 484. Ad id ipsum enim congruunt ea, quae proponentur eo loco, quo quem propter Thebas Dirce decursum habuerit subtilius edisseremus. Ex quibus simul perspicuum fiet, quem alveum visitavit Dodwellus Vol. II. P. 1. p. 115. sq., Dirces eum fuisse, non Ismeni.

CAPUT VI.

DE NATURA ISMENI ET DIRCES.

Sequitur ut Ismeni Dircesque natura qualis fuerit exquiratur. Et Dirce quidem flumen fuit, ut in Graecia, haud spernenda latitudine atque altitudine, testante Euripide Phoen. 730. βαθύς γέ τοι Διρκαῖος ἀναχωρεῖν πόρος (id est profundum Dirces fluentum Spanhem. in Callimach. h. in Del. 46. p. 358. et Mueller. in Lycophr. 550. p. 100. Vol. I.) et Scholiasta p. 161. not. 6. Δίρκη δὲ ποταμὸς βαθὺς, πλατύς, unde Grotius incertum codicis an ingenii fretus auctoritate eiusdem fabulae versum 647. sic vulgare animum induxerat νοτὶς

ἐπέρχεται γύας Δίρκας χλοηφόρου καὶ βαθυῤῥόου. Nec contraria et pugnantia his esse illa Statii Theb. I. 152. „pugna est de paupere regno. Dumque uter angustae squalentia iugera Dirces Verteret aut Tyrii solio non altus ovaret Exulis, ambigitur: periit ius" palam est. Quamquam hodie Dircen oppido tenuem et rivulum potius quam amnem dicendam esse aiunt Wheleru T. II. p. 376. et Hobhousius XIX. p. 279. Vol. I. Praestat autem eo nomine aliquantum Dircae Ismenus, quem et inter maximos orbis terrarum, si diis placet, fluvios adscriptum recordabere esse in indice bibl. Matrit., de quo supra, et Asopo maiorem autumavit Scholiasta Statii Theb. IX. 449. ap. Barth. p. 1009. „Asopus amnium Boeotiorum primus post Ismenum". Quae tamen verum est, ut opinio mea fert, in hunc modum distingui: Asopus amnium Boeotiorum primus, post Ismenus". Ipse Statius, quemadmodum Pactolum et Hydaspem Nonnus Dionys. XXIV. 52. p. 622,28. ac Rhenum Istrumque Laurentius Lydus de Magg. III. 32. p. 206., Euphratem Pencumque Libanius Epist. MCCXXI. p. 579. consortes voluerunt esse, Asopum Ismeni fratrem fecit Theb. l. d. „frater tacitas Asopos eunti Conciliat vires", tum ut eiusdem provinciae flumen, ut Lactantius ait, tum quod uterque Oceano et Tethye prognati essent vid. p. 173. — Contra Ismeno minorem Dircen, quam nonnumquam fluvium, plerumque fontem habitam esse commonstravi, quum soror esset Ismeni, filiam tamen usurpare instituerunt Callimachus hymn. in Del. 76. Δίρκη τε Στροφίη τε μελαμψήφιδος ἔχουσαι Ἰσμηνοῦ χέρα πατρός et Nonnus XLIV. 9. p. 1138,17. σὺν Ἰσμηνῷ δὲ τοκῆϊ Κυκλάδας αἰθύσσουσα ῥοὰς ὠρχήσατο Δίρκη et Seneca Oedip. 234. „Mitia Cadmeis remeabunt sidera Thebis, Si profugus Dircen Ismenida liqueris hospes". Etenim fluvii credebantur parentibus, ut dixi, Oceano et Tethye, rursus fontes nati esse patribus fluviis Etym. Gud. p. 345. sq. Anecd. Cram. II. p. 453,33. κρῆναι — θυγατέρες τῶν ποταμῶν εἰσιν, nisi quod tamen ex Oceano amnium vim fontiumque cursus initium capere Homerus dixit ap. Quintil. X. 1,46. et Himerius Orat I. 8. p. 336. γάμους Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος — ἀφ' ὧν ἀνίσχουσι μὲν ποταμοὶ καὶ λίμναι, ἔτι δὲ κρῆναι καὶ πηγαὶ καὶ φρέατα μακρὰ καὶ ἡ πάντων μήτηρ ναμάτων θάλασσα et Orph.

Hymn. XXI. 8. Ὠκεανοῦ καλέω νύμφην γλαυκώπιδα Τηθύν· — μήτηρ — πάσης πηγῆς νυμφῶν νασμοῖσι βρυούσης et Scholiasta Aesch. Sept. c. Theb. 294. p. 173. ὁ δὲ — Ὠκεανὸς μιγεὶς Τηθύϊ τῇ αὐτοῦ ἀδελφῇ ἐγέννησε τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰς πηγὰς τὰς οὔσας ἐν τῷ κόσμῳ et Prometh. 140. p. 30. et Epigramm. ἀδεσπ. CCCLXIII. 1. p. 194. T. IV. Ὠκεανοῦ θυγάτηρ καὶ Τηθύος εἰμὶ Νύχεια κρήνη. De Euripide vero quid dicam, qui Acheloo patre Dircen natam esse suopte arbitratu finxerit in Bacch. 492. Ἀχελῴου θύγατερ, Πότνι' εὐπάρθενε Δίρκα, quem sequutus est Natalis Comes Mythol. VII. 2. p. 716.? Et quidem cur sic opinetur Euripides, rationem caussamque nec Spanhemius quaesivit ad Callimach. h. in Del. 77. p. 375. vel Hagenius de Asopi lib. p. 37. neque vero explicavit Elmsleius, a quo in Bacch. v. d. (519.) p. 70. conf. ad v. 996. p. 121. subiecta sunt haec: „Recte fecisse videtur Nonnus, quod Dircen potius Ismeni quam Acheloi filiam fecit. Sed in his rebus quidlibet audendi potestatem sibi vindicat Euripides. Quis enim e. g. praeter Euripidem Phoen. 179. Lunam solis filiam appellavit?" aut dilucide ostendit Urlichsius in Achaei fragm. XVII. p. 47. „Pro antiquissimo Oceani filio Acheloum habitum esse refert Agesilaus, quem laudavit Didymus apud Macrobium Saturn. V. 18. (p. 130. Bip.). Quid quod idem atque Oceanus fuisse traditur Schol. Il. XXI. 194. (p. 574. a. 40.) τὸν γὰρ αὐτὸν Ὠκεανὸν Ἀχελῴῳ φασίν). Oceani et Terrae filius appellatus est ab Alcaeo, Solis et Terrae ab Hecataeo. Sicut igitur Oceanus omnium et marium et fluminum, ita Achelous omnium fluminum et fontium pater est. Ita in fabula Alcmaeonis, quam p. 24. exposuimus, Callirrhoe Acheloi filia est et eodem sensu Euripides Bacch. 519. Dircen Thebanorum fontem Acheloi filiam appellavit. Callirrhoes et Castaliae pater a Panyasi dictus est". Cuius loci commemorationem vertam in Macrobii compendium. Namque quae Didymus attulit ὁ γοῦν Ἀγησίλαος διὰ τῆς πρώτης ἱστορίας δεδήλωκεν, ὅτι Ἀχελῷος πάντων τῶν ποταμῶν πρεσβύτατος· ἔφη γὰρ Ὠκεανὸς δὲ γαμεῖ Τηθὺν ἑαυτοῦ ἀδελφήν· τῶν δὲ γίνονται τρισχίλιοι ποταμοί· Ἀχελῷος δὲ αὐτῶν πρεσβύτατος καὶ τετίμηται μάλιστα, ea non Agesilai esse, sed Acusilai censueram, antequam idem iudicium rescivi Iac. Gronovii esse Thes. Vol. I. ad tabul.

Rrr. De quo fidem interpono ipsius, mirum, Sturzii Acusil. fragm. VIII. p. 216. et XVIII. p. 219. et V. p. 215. et Boeckhii ad Schol. Pind. Pyth. III. 25. p. 329., qui Acusilai partes ab Agesilao apud Suidam vv. *Ἑκαταῖος, ἱστορῆσαι, συγγράφω* et Eudociam Viol. p. 163. et Schol. Pind. l. d., ab Hegesilao apud Tatianum Orat. contr. Graec. c. 24. inconcinne ferri evicerunt. Age nunc Acheloi naturam videamus qualem ferant esse. Morem antiquum autem, quo ita loquendi usus fuit, ut Achelous commune omnis aquae, quae potui esset, nomen haberetur, probant Artemidorus II. 38. (conf. Reiff. p. 389.) *Ἀχελῷος τὰ αὐτὰ τοῖς ποταμοῖς καὶ παντὶ ποτίμῳ ὕδατι σημαίνει* et Hermias in Plat. Phaedr. ap. Goens. in Porphyr. de Antr. Nymph. p. 101. *διὰ γὰρ μεγίστου τούτου ποταμοῦ τὸν ἔφορον δηλοῦσι τοῦ ποτίμου ὕδατος.* Laudantque fluvii aquas ab argenteo nitore Hesiodus Theogon. 338. *Ἀχελώϊον ἀργυροδίνην* et Callimachus h. in Cerer. 13. et Dionys. Periog. 433. (ubi vid. Bernhardy. p. 634.) et idem (nec vero Scymnus Chius, ut tradit Pouquevillius Itin. Vol. I. P. II. p. 79. Sickl.) v. 497. *ὅσσας (νήσους) δίνῃς ἀγρυρέης Ἀχελώϊος ἀμφὶς ἑλίσσει,* et ab insigni dulcedine Constantinus Porphyr. Them. II. 8. p. 26. C. *Ἀχελῷον — οὗ τὸ ὕδωρ ὑπερβαίνει γλυκύτητος (γλυκύτητι* scribendum est) *πάντα τὰ τῶν ποταμῶν νάματα* et Tzetza in Lycophr. 622. *ὁ δὲ Ἀχελῷος ὁ γλυκύτατος τῶν ἁπανταχοῦ ποταμῶν.* Porro de Gregorii loco, qui in mentem occurrit, Orat. ad Bessarion. in Anecd. Boiss. Vol. V. p. 445., cur hic verba non faciam? Is locus quum sic e libro ms. prodendus esset: *ῥεῖ δὲ οἷόν τις ἐνθουσιῶν ποταμίων ῥευμάτων δίκην, ὥςπερ τις χρυσορρόας ὁ Νεῖλος ἤτοι ἀργυροδίνης ἢ Πακτωλός,* Boissonadius animadvertit his: „cod. *χρυσορόας.* Adiectivum *ἀργυροδίνης* nomen suum amisit, quod divinare iam non est facile; forsan *Πηνειός,* qui illo epitheto apud Homerum ornatur". En coepta profligataque quaestio, non ad exitum adducta. Est negotium lentum et, ut quibusdam videbitur, inane; faciam tamen satis. Primum qui eloquentia valentium hominum virtutem facta comparatione fluviorum in animi sensu posuerunt atque illustrarunt, orationis copiam ubertatemque Nili exemplo, Pactolo videntur eius magnificentiam pretiumque fere declarasse. In quam rem utor Manass. Chronic. 3824.

p. 164. *Μάξιμος δ' ὁ καλλίγλωττος, σάλπιγξ ἢ χρυσεοσάλπιγξ, ὁ Νεῖλος ὁ χρυσόρειθρος ὁ τῆς ὀρθοδοξίας* et auctore Epistol. V. p. 166,33. Anecd. Cram. *ἐπίφορον τὴν γλῶσσαν ἔσχηκας εἰς λόγου γονὰς ὦ Νειλῶον ῥεῦμα* (malim *ὦ* Bast. Ep. Crit. p. 254. et 272. Boisson. in Planud. Met. p. 58. 321. 651. et Anecd. V. p. 279. I. p. 265.)· *ὦ Πακτώλιον κῦμα· μᾶλλον δὲ ὦ πόντος Εὔξεινος· ὦ πέλαγος Ἀτλαντικὸν, ὦ οὐράνιον ἀποχέτευμα* (malim *ἐποχ.*) et Theodoro Prodromo Laudat. Eloquent. Alexii in Notit. et Electt. Mss. Reg. T. VI. p. 554. *ποταμὸν ἱερὸν πολὺ τὸ ῥεῖθρον ἕλκοντα καὶ χρυσοῦν ὡς ὁ Σαρδιηνὸς Πακτωλὸς καὶ τοῦ θεοῦ τὴν πόλιν εὐφραίνοντα τοῖς ὁρμήμασι* et T. VIII. p. 83. *μηδὲ ὅλους ἔχωμεν Πακτωλοὺς τὸν εἴζρουν ἐς ἡμᾶς ποιουμένους.* Igitur siquidem, ut Manasses 6258. p. 266. *χρυσεοδίνης Πακτωλὸς, Νεῖλος ἀργυροχεύμων,* in hunc modum loqueretur *ὥςπερ ἀργυροδίνης Νεῖλος ἢ χρυσορρόας Πακτωλός,* tum nullam caperet reprehensionem Gregorius; nam quod Berkelius in Stephan. Byz. p. 540. a. pro certo affirmavit „quamquam certum sit Pactolum arenis suis auri ramenta vehere, nusquam tamen Chrysorrhoan dici", eam vanam affirmationem esse Munckerus arguit in Hygin. fab. CXCI. p. 269. et CCXLII. p. 296. et Maussacus in libell. de fluv. Vol. X. p. 734. not. 89. atque Eckhelius Doctr. Numm. III. p. 155. Atqui Gregorius, si hoc ab eo profectum putes: *χρυσορρόας Νεῖλος ἢ ἀργυροδίνης Πακτωλός,* inter se adversa disiunctaque composuit, quoniam quum integrum sit Nilo utrumque laudi dare, Pactolum tamen minime rationis est invicem *χρυσοδίνην* (ut Nicephorus Progymn. VII. 5. p. 476,13. *ἐκ Πακτωλοῦ χρυσοδίνου* et Manasses l. d.) et *ἀργυροδίνην* dicere. De Nilo iuvat producere testes primum Athenaeum V. p. 203, C. *μόνος γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ χρυσορρόας καλούμενος Νεῖλος μετὰ τροφῶν ἀφθόνων καὶ χρυσὸν ἀκίβδηλον καταφέρει ἀκινδύνως γεωργούμενον ὡς πᾶσιν ἐξαρκεῖν ἀνθρώποις δίκην Τριπτολέμου πεμπόμενον εἰς πᾶσαν γῆν* conf. Maussac. l. d.,' Scholiastam Aeschyl. Prom. 806. p. 103. *Νεῖλος — διὰ τὸ πιαίνειν τὴν Αἴγυπτον — χρυσορρόας καλεῖται* et Eustath. in Odyss. IV. 351. p. 1500,4., Lydum de menss. IV. 68. p. 258. *Μέλας — ὄνομα τῷ Νείλῳ πρότερον, εἶτα Αἴγυπτος — εἶτα Χρυσορρόας,* Gregorium Naz. Orat. XXI. p. 391. B. *ποιητοῦ δ' ἦν ἄρα καὶ τὸν Νεῖλον*

εἰπεῖν τὸν χρυσορρόαν ὄντως καὶ εὔσταχυν, Cedrenum p. 11. D. Chronic. Pasch. p. 53,12.; deinde Moschum Idyll. II. 53. *ἀργύρεος μὲν ἔην Νείλου ῥόος*, Manass. 6258. p. 266. *ἀργυροχεύμων* et 225. p. 13. *ὁ λευκόρειθρος*, Pediasimum *περὶ γυναικὸς ἀγαθ.* v. 24. ap. Fabric. Bibl. Gr. XIII. p. 576. vel Walz. Append. ad Arsen. p. 517. *ὀλβιόδωρος Νεῖλος ἀργυρορρόας*. Quae quidem proferri potuerunt salva auctoritate Senecae Nat. Quaest. IV. 2. p. 728. „lutosus et turbidus fluit" et VI. 26. p. 771. „turbidus defluens Nilus, multumque secum limum trahens" et Laurentii Lydi de menss. IV. 68. p. 262. Quid igitur? si quis pristinam scripturam hanc esse pugnet *ὥσπερ χρυσορρόας Νεῖλος ἢ ἀργυροδίνης Ἀχελῷος* (quibus Boissonadius quidem subiungit *ἢ Πακτωλός*), id nonne recte et probabiliter dicere iudicetur? Certe Sexto Empirico (adv. Physic. I. 183. p. 591. *εἰ δὲ ὁ Ποσειδῶν θεός ἐστι, καὶ ὁ Ἀχελῷος ἔσται θεός· εἰ δὲ ὁ Ἀχελῷος, καὶ ὁ Νεῖλος*) Achelous, quo non clarior maiorque ullus in Graecia esset fluvius, comparationem quandam habere visus erat cum Nilo, cuius tum magnitudo ubertasque tum dulcedo in creberrima semper laude fuit. vid. Philostr. vit. Apollon. Tyan. VI. 11. p. 244. *μέλιτι ξυγκεκραμένος — ὁ Νεῖλος*. Theophylact. Simocatt. VII. 17. p. 308,2. sq. Glyc. Annal. I. p. 16. sq. Schol. Aesch. Prometh. 808. p. 104. Casaub. in Strabon. XVII. p. 799. et in Spartian. Pescenn. VII. p. 663. sq. Quum ea ita sint, tamen quae sit vocularum *τις* et *ὁ* conditio diligentius pensitantem me poenitet Boissonadii sententiae esse animique iudicium mei sua sponte eo propendet, ut nomina Nilum et Pactolum (*ὁ Νεῖλος ἢ Πακτωλός*) primum enarrandae vocis *χρυσορρόας* gratia adscripta in margine, tum in ipsam verborum cohaerentiam temere inverso ordine invecta formamque orationis antiquam hanc fuisse statuam: *ῥεῖ δὲ — ὥσπερ τις χρυσορρόας ἤτοι ἀργυροδίνης*. „Ubi prius *ἢ* omissum est" Boeckh. Pindar. fragm. 103. p. 625. conf. Schaefer. in Schol. Apoll. Rhod. IV. 1239. p. 321. et Iacobs. in Achill. Tat. p. 946. Atque his satis superque a me videtur dubii loci explanationi factum esse. Igitur de Acheloi natura quae exprompsi, huc spectant, ut modo et ratione eos fecisse possim tenere, qui Acheloo patre natos evulgarunt quorumcunque fontium

aquas constaret et limpitudine excellere et saporis suavitate. Velut Castalia utraque laude illustris (*τὰς Κασταλίας ἀργοροειδεῖς βαίνετε δίνας* est apud Eurip. Ion. 95. *ῥεῖ καὶ ἀργυροῖς ἡ Κασταλία — νάμασι* apud Alcaeum ap. Himer. Orat. XIV. 11. p. 626. Dion. Chrysost. Or. XXXIII. p. 11. Martial. XII. 3,13. „fons ubi Castalius vitreo torrente superbit". Hessel. in Vib. Seq. p. 225. Pausan. X. 8,5. p. 199. Vol. IV. *τὸ ὕδωρ τῆς Κασταλίας πιεῖν ἡδύ*. Nonn. VII. 235. p. 214,27. *πηγῆς Πηγασίδος — μελισταγὲς ἵππιον ὕδωρ*), quam ex Cephiso fluere memoria extat Alcaei ap. Paus. l. d. *τὸ ὕδωρ τῇ Κασταλίᾳ ποταμοῦ δῶρον εἶναι τοῦ Κηφισοῦ*, Acheloidem esse praedicat Panyasis ap. eund. Pausan. *Ἵκετο Κασταλίης Ἀχελωΐδος ἄμβροτον ὕδωρ* et Constantinus Porphyrog. de Them. II. 8. p. 26. C. *ἡ πηγὴ Κασταλίας ὄνομα ἔχουσα ἀπὸ νύμφης τινὸς οὕτως καλουμένης (καὶ) ποταμοῦ* (enarratum Panyasis versum crederes) *ὃν Ὅμηρος Ἀχελῷον ὀνομάζει* (scrib. *ὠΐον*). Qualis etiam Pirene Corinthi fons fuit, quem ab Asopo alii, alii (Iacobs. in Anthol. Gr. Addend. T. III. P. III. p. 32. conf. Strab. VIII. p. 379. T. III. p. 268. Stat. Silv. I. 4,25. et Pindar. Ol. XIII. 63.) a Pegaso, pars (ut auctor Eoearum ap. Pausan. II. 2,3. p. 210.) ab Oebalo natum perhibent, quem Strabo testatur dulcem ac perspicuum (Eustath. Il. II. 570. p. 290,29. et 39.) *εἶναι — μεστὴν ἀεὶ διαυγοῦς καὶ ποτίμου ὕδατος* (Himer. Eclog. XIII. 22. p. 222. *τὴν πότιμον φιλοτησίαν* et Orat. XXXI. 2. p. 862. *ἐπειδὴ χωρισθεὶς ὑμῶν παισὶν Ἐφυραίων ὡμίλησα, κατηφὴς μὲν ἐδόκει μοι καὶ . . . . (ἁλ)μυρὰ δὲ κρήνης τὰ ῥεύματα*) et Pausanias II. 3,3. p. 214. *τὸ ὕδωρ πιεῖν ἡδύ* et Athenaeus IV. p. 156. E. *ὕδωρ ἥδιστόν ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς Πειρήνης* conf. Bernart. Stat. Silv. l. d. p. 142. A., pallidum Persius Prolog. 4. (Paschal. de Coron. III. 3. p. 140. Spanhem. in Iulian. Caes. p. 41. sq. Heus.) id est *χλωρὸν* (ut *χλοερὰ ῥέεθρα* Martii fontis Eurip. Phoen. 660. *οἴνου χλωραὶ σταγόνες* Eurip. Cycl. 67. Iacobs. Delect. Epigr. IX. 52. p. 360.) sive lucidum in modum auri et electri (Hemsterh. in Lucian. Contempl. 11. p. 388. Vol. III. Burmann. Ovid. Met. XI. 145. p. 756. Spanhem. l. d. „electro purior — amnis" Virg. Georg. III. 522. „electro purior resplendebat amnis" Marcian. Capell. I. 14. p. 47. Nonn. XI. 37. p. 296,21. *Γεῦδις ἐχεκτεάνων ὑδάτων λευκαί-*

νεται ὁλκῷ) vel violae (Paschal. l. d. Salmas. de Homon. Hyl. Iatr. XXVII. p. 28. A.) Lunaeve, quam argenteam, interdum auream (Wernsdorf. in Himer. Orat. I. 20. p. 365. Foggin. in Theodos. Acroas. de Exp. Cret. p. 541. Schwarz. de monim. Salonin. dic. IV. p. 10. sq. Burmann. in Val. Fl. V. 567. conf. Tibull. I. 3,93. et Dissen. p. 85. λευκαίνει ἠώς Scalig. in Varr. de Ling. Lat. VI. p. 232. χιονέης σελήνης Nonn. XXII. 158. p. 586,2.), nonnumquam γλαυκάν appellant (Merrick. in Tryphiod. 514. p. 406. Iacobs. in Anth. Gr. T. II. P. II. p. 249. sq.). Eum igitur fontem fuerunt, qui ab Acheloo ortum memorarent, teste Pausan. II. 2,3. p. 210. Πειρήνης τῆς Ἀχελώου. Quodsi eaedem fuerunt Dirces virtutes, eosdem esse natales Dirces praedicare licuit Euripidi. Atqui istud quidem docere nihil negotii est. Est enim perspicuum Aeliani testimonium hoc Var. Histt. XII. 57. p. 187. Δίρκη καθαρῷ καὶ ἡδεῖ ῥέουσα ὕδατι et Statii Theb. I. 38. „Caerula cum rubuit Lernaeo sanguine Dirce" (caeruleus enim ad purum colorem fluvii spectare praeclare firmavit Dissenius in Tibull. I. 7,13. p. 152. conf. Stat. Silv. I. 5,51.) et ipsius Euripidis Herc. Fur. 567. Δίρκης τε νᾶμα λευκὸν αἱμαχθήσεται, quod interprete Spanhemio in Iulian. l. d. p. 42. et Callim. hymn. in Iov. 19. p. 10. est aqua clara et limpida, ut apud Hom. Od. V. 70. Il. XXIII. 282. Nonn. XVI. 386. p. 460, 13. et XXIX. 292. p. 758,5. Eustath. Il. II. 753. p. 337,25. et Od. VI. 87. p. 1553,21. Rittershus. in Oppian. Hal. I. 23. p. 164. Barth. in Claudian. Rapt. Pros. I. 269. p. 899. b. Baden. in Senec. Hippol. 504. Quid de Bocharto loquar, quem opinio tenet Dircen ipso nomine praeferre aquarum gloriam (Chan. I. 16. p. 464. D.)? Sed purissimam Dircen fuisse magna significatio, neque Elmsleio tamen intellecta, fit etiam ex eo, quod Euripides Bacch. 493. eam εὐπάρθενον appellavit, id est bene integram atque adeo pudicam, ut Statius loquitur Theb. I. 697 „rore pudico Castaliae". Sic enim huius vocabuli vim definire non magis quam Hesselius in Vib. Sequestr. p. 225. et Peerlkampius in Horat. Carm. I. 26. p. 113. (conf. καθαραῖς δρόσοις Κασταλίας Eurip. Ion. 96. ἁγνόταται πηγαὶ πυρός Pindar. ap. Dissen. in Tibull. I. 9,35. p. 184. „casti fontes" Heins. in Ovid. Fast. II. 174.) ambigo diligenter mecum Aeschyli Pers. 619. Euripidisque Helen. 1. exempla recorda-

tus, quibus Valckenarius in Hippol. 1005. p. 271. 2. a πηγὴν παρθένον et Schaeferus in Schol. Apoll. Rhod. IV. 269. p. 287. καλλιπαρθένους ῥοάς nihil aliud quam ῥοὰς καθαρὰς, καλάς esse attulerunt. Quale exemplum praeterea hoc Hygini est fab. CLXXXI. p. 252. „fontem, cui nomen Parthenius est" cll. Ovid. Met. III. 161. „fons — tenui perlucidus unda" (de voce perlucidus dixit Oudendorpius in Appul. Met. V. p. 318. b.) conf. Eustath. in Od. V. 69. p. 1534,36. λευκὸν δὲ ὕδωρ — διὰ τὸ ἀβαθές et Stephani Byzantii p. 336,16. Παρθένιος· τὸ ἠρεμαῖον καὶ παρθενῶδες τοῦ ῥεύματος conf. Kopp. in Marcian. Capell. II. 205. p. 244. Eustath. Il. II. 854. p. 362,12. Schol. p. 94. a. 50. Παρθένιον ποταμὸν — λέγουσι διὰ τὴν πραότητα οὕτως προσαγορεύεσθαι. Etiam adiiciam Plutarchum de Pyth. Orac. XXII. Vol. IX. p. 285. haec scribentem ἄπειρος καὶ ἀδαὴς ὀλιγοῦ δεῖν ἁπάντων καὶ παρθένος ὡς ἀληθῶς τὴν ψυχὴν τῷ θεῷ σύνεστιν animo et cogitatione complexum fuisse illud Euripidis dictum παρθένον ψυχήν, in cuius contemplatione versatur Valckenarius l. d. Secus de hac voce existimavit (non animadversis Nonni locis III. 255. p. 100,5. εὐπάρθενος ἀνὴρ Ἴναχος, V. 582. p. 174,24. φυῆς εὐπάρθενον ἥβην, aliis) Lobeckius in Paralip. Diss. V. p. 372. „saepe nominibus adduntur epitheta a nomine synonymo vel homoeosemo composita — γλυκυπάρθενοι Ὧραι Meleag. Ep. LIV. φιλοπάρθενος Ἄυρη Nonn. XLIV. 431. — et Diana εὐπάρθενος Anthol. VI. n. 287. item Dirce nympha Bacch. 520. et lymphae Niliacae καλλιπάρθενοι ῥοαί Hel. 1., nisi ita dicuntur ob inhabitantes Nymphas". Quocirca consentaneum erat a pulcritudine (καλλίῤῥοος Weichert. Epist. Crit. de Val. Flacc. p. 58.) Dircen celebrari, quod a Pindaro factum est Isthm. VII. 19. παρὰ καλλιρόῳ Δίρκᾳ et Euripide, quibus locis dixit Uptonus in Arrhian. Diss. Epict. p. 141., Herc. Fur. 764. Δίρκα ἁ καλιῤῥέεθρος et Phoen. 645. καλλιπόταμος ὕδατος ἵνα τε Νοτὶς ἐπέρχεται γύας Δίρκας et Niceta Choniata de Man. Comn. II. p. 99,19. τοῖς νάμασι τῆς καλλικρούνου Δίρκης.

Porro autem quo Aeschylus apud Phot. p. 287,8. et 17. fragm. 388. Ναρᾶς τε Δίρκης· ῥευστικῆς Dirces naturam adumbravit vocabulo, id etiam ipsum ego interpretor eo pertinere, ut fontem percipiamus fuisse liquidum id est et pure

(Bentl. in Hor. Carm. III. 13,6. p. 191.) et solute libereque (Dissen. in Tibull. I. 5,76. p. 127. et 1,62. p. 24. et 2,27. p. 39.) profluentem. An vero vivam et iugem hic intelligi aquam credere Lobeckio libet, qui nec disertius enodatiusve quam Salmasius (in Trebell. Poll. XXX. Tyrann. c. XVIII. p. 303. et Plin. Exercitt. p. 916. a. D. conf. Albert. in Hesych. II. p. 655, not. 5.) eam vocem explicavit in Phrynich. p. 42. et magnam ubique otiosorum epitheton copiam inveniri fere more hominum Batavorum, uti Burmanni, narrat ad Aiac. 139. p. 133. ed. alt.? Quo meam confirmem sententiam, adsunt argumento tum Phrynichus l. d. *νηρὸν ὕδωρ μὴ εἴπῃς ἀλλὰ πρόσφατον, ἀκραιφνές·* quod quid sibi velit commonstrant Dioscorides, Anticlides, alii ap. Hemsterh. et Dindorf. in Steph. Thes. p. 1275. B. C. conf. Rhoer. in Porphyr. de Abstin. p. 368., tum Probus in Virg. Ecl. VI. 31. p. 351., Livius XLIV. 33. „vix deducta summa arena erat, quum scaturigines turbidae primo et tenues emicare, dein liquidam multamque aquam fundere coeperunt", Tibullus IV. 1,123. „Splendidior liquidis cum Sol caput extulit undis", Ovidius Met. III. 164. „liquido rore" et 161. „fons tenui perlucidus unda" et VII. 108. „liquidarum aquarum", quo significari ait aquarum naturam Boissonadius in Planud. Met. p. 161., Varro de Re Rust. LXXIII. p. 65. „per aestatem boves aquam bonam et liquidam bibant semper curato", Plinius Paneg. 82. „eadem illa nunc rigentia gelu flumina aut campis superflua, nunc liquida ac deferentia", Claudianus de Cons. Prob. et Olybr. 223. „in liquidos fontes se barba repectit" et in Rufin. I. Praef. 10. „Cephisos liquidis purior ibat aquis", ubi alii libri „nitidis, quod glossema alterius" habet Heinsius, Calpurnius Eclog. II. 88. „fontibus in liquidis quoties me conspicor, ipse Admiror toties", idem IV. 41. et auctor carm. ad Pison. 64. „liquidis cursibus", Arnobius IV. 16. p. 146. „Nilus maximus fluminum (Minervam) aquis generavit ex liquidis et in virgineos habitus roris concretione conduxit", Columella XII. 38,4. p. 590. „vinum liquidum ac sine faece diffundas" idemque, ut mea memoria est, alio loco „aqua profluit e fonte liquidissimo" conf. Prudent. Psychom. 789. „liquido odore", ubi Putaneus „puro odore". Sed ad tempus mittam de puritate, dum exsequar alteram, quam au-

ctore Acliano praedixi Dirces fuisse commendationem. Quam denotavit Arrhianus Diss. Epictet. II. 16. p. 260. Upt. Ἄλλος ἐλθὼν ὅτι οὐκέτι τὸ τῆς Δίρκης ὕδωρ πίνειν μέλλει. Τὸ γὰρ Μάρκιον χεῖρόν ἐστι τοῦ τῆς Δίρκης. Ἀλλ' ἐκεῖνο μοι σύνηθες ἦν. Καὶ τοῦτο πάλιν ἔσται σοι σύνηθες. Εἶτ' ἂν μὲν τοιούτῳ προσπαθῇς καὶ τοῦτο πάλιν κλαῖε καὶ ζήτει στίχον ὅμοιον τῷ Εὐριπίδου ποιῆσαι Θερμάς τε τὰς Νέρωνος Μάρκιόν θ' ὕδωρ. Ἴδε πῶς τραγῳδία γίνεται ὅταν εἰς μωροὺς ἀνθρώπους πράγματα τυγχάνοντ' ἐμπέσῃ. Subiicit animus cum his contendere Nonni versus XIII. 520. 532. p. 382, 12. 23. Τῶν πρόμος ἡγεμόνευε λιπὼν ὀφιώδεα Δίρκην Πρίασος Ἀονίης μετανάστιος ἀστὸς ἀρούρης. Ὁππότε γὰρ Φρυγίης πέδον ἔκλυσεν ὑέτιος Ζεὺς — Ἰκμαλέον τότε δῶμα λιπὼν κεκαλυμμένον ὄμβρῳ — Πρίασος Ἀονίης μετανάσσατο κόλπον ἀρούρης — Αἰεὶ δ' ἀλλοδαποῖσι παρ' ἀνδράσι δάκρυα λείβων Μνώετο Σαγγαρίοιο καὶ ἠθάδα δίζετο πηγὴν Ἀονίου ποταμοῖο πιὼν ἀλλότριον ὕδωρ. De reliquo illud Θερμάς τε τὰς Νέρωνος Μάρκιόν θ' ὕδωρ nec pervidit Uptonus p. 141. neque omnino animadverterunt Euripidis interpretes affectare instar Euripidii versus Phoen. 368. γυμνάσιά θ' οἷσιν ἐνετράφην Δίρκης δ' ὕδωρ Plutarcho etiam usurpati de Cupid. Divit. VII. p. 157. Vol. X. Quod porro Pindarus, qui carmina sua vino mellitove potui comparare soleat (Boeckh. Explic. Olymp. VI. 91. p. 162. conf. ad Pyth. V. 107. p. 293. Rittershus. in Oppian. Hal. IV. 10. p. 286.), Lamponem carmine a se rigatum esse ait Dircaeae aquae haustu Isthm. V. 74. πίσω σφε Δίρκας ἁγνὸν ὕδωρ, τὸ βαθύζωνοι κόραι χρυσοπέπλου Μναμοσύνας ἀνέτειλαν παρ' εὐτειχέσιν Κάδμου πύλαις, eodem pertinet. Hoc illud est (conf. Mitscherlich. in Hor. Carm. I. 26, 6. p. 251. b.), unde Horatius profecit Epist. I. 3, 10. „Quid Titius — Pindarici fontis qui non expalluit haustus", ubi Schmidius p. 89. Pindarum fabulatur fere latice Hippocrenes videlicet exiguo quodam intervallo a Thebis remotae incaluisse. Credo potando poeta se explebat, quoties aestivo tempore petiverat Thespias. vid. Pausan. IX. 23, 2. p. 80. Chamaeleo et Ister ap. Eustath. prooem. in Pindar. 27, p. 19., ubi dubito an pro θηρῶντος αὐτοῦ scribendum sit θεριοῦντος conf. Iacobs. in Achill. Tat. p. 393. Itaque in huius rei cognitione mirari subibat ab Athenaeo IV. p. 156. E. τοῦ

δείπνου δὲ χρονίζοντος λόγος ἐγένετο, ποῖον τῶν ὑδάτων ἡδιστόν ἐστιν. καὶ τῶν μὲν ἐγκωμιαζόντων τὸ ἀπὸ τῆς Λέρνης, ἄλλων δὲ τὸ ἀπὸ τῆς Πειρήνης ὁ Καρνεῖος κατὰ Φιλόξενον εἶπεν τὸ κατὰ χειρῶν, quae repetivit Eustathius in Odyss. I. 146. p. 1401,45. ἐγκωμιαζόντων τινῶν μὲν τὸ ἀπὸ Λέρνης ὕδωρ κρήνης Ἀργείας, τινῶν δὲ τὸ ἀπὸ Πειρήνης τῆς κατὰ Κόρινθον, tacitam praeteritam esse Dircen, vel, ut subtilius pressiusque dicam, non sic Dircaeae aquae significationem quae rebam optabamque, ut gravabar commemorationem Lernae. Quippe nihil enim „corruptius Herculea unda" novit Iosephus Iscanus III. 239. aut „nocentius" Statius Theb. IV. 711. et Silv. III. 1, 29. et „atrius" id. I. 385. Namque „et veteri spumavit Lerna veneno" Stat. I. 360., ut tam profanus esse duceretur, quam Ismenus sacer piusque, id. IX. 340. et ingens (ἄβυσσος Schol. Pindar. Olymp. VII. 60. p. 169. Lobeck. Aglaoph. p. 618. Anonym. Heerenii in Bibl. Vett. Litt. et Artt. P. VII. p. 19.) omnium purgamentorum receptaculum. Strab. VIII. p. 371. T. III. p. 223. Apostol. XI. 88. Λέρνη κακῶν· διὰ τὸ τοὺς Ἀργείους τὰ καθάρματα ἐκεῖ ἀποφέρειν. Ὁ γὰρ Δαναὸς ἐν τῇ Λέρνῃ τὰς κεφαλὰς τῶν Αἰγυπτιαδῶν ἀπέθετο καὶ ὡς εἰκὸς ἐφ' ὕβρει ἐκέλευσε δυςοιώνιστα ἐκεῖ ῥίπτειν· ἦν δὲ ἡ Λέρνη πηγή sive Diogenian. VI. 7. Prov. Vatic. II. 51. Zenob. IV. 86. Hesych. II. p. 452. Suid. p. 540, 5. Heyn. in Apollod. II. 1, 4. p. 273. Pausan. II. 24, 3. p. 307. ἐν Λέρνῃ σώματα τὰ λοιπὰ (τῶν Αἰγύπτου παίδων)· ἐν Λέρνῃ γὰρ καὶ ὁ φόνος ἐξειργάσθη τῶν νεανίσκων. Qua igitur Lernaeae aquae suavitate quantopere Graecos homines putas delectatos fuisse? At eam calumniam deprecari an dissolvere licet excusatione Aeschyli Prom. 698. ἧσσον πρὸς εὔποτόν τε Κερχνείας ῥέος Λέρνης τε κρήνην. Recte hoc, siquidem non falleret coniector et interpres librorum scripturae ἄκρην Canterus. Qui subtilitate quidem arbitrii cedere Spanhemio debet, a quo et excogitatum est et fortius, quam ab Blomfieldo, commendatum hoc scribendi genus Λέρνης ἀκτήν τε, quae vocabula saepenumero confusa esse adnotavit Schaeferus ind. Schol. Apoll. Rhod. p. 652. Hanc vero rationem me censente facile senties sollertiorem esse quam utiliorem, sive veteris tralaticiaeque scripturae utique retinens per Lernae maritimae urbis campos (Λέρνης βαθὺν λειμῶνα Aesch.

Prom. v. 673. „pascua Lernae" Ovid. Met. I. 597.) Io decucurrisse defendis Hesychii fide p. 200. *ἄκραι· κρόκαλα*, seu Nemeae rupi (Virg. Aen. VIII. 295. *Νεμειαῖον ὄρος* Etym. M. p. 600, 27. et Schol. Hesiod. Theog. 327. p. 504. not. κ.), notae Argi stationi (ut Arrhianus auctor est in Bithyn. libr. II. ap. Etymol. M. p. 176,35. *ἡ δὲ ἄκρα (τοῦ Ἄργους) ὕστερον Νεμέα ἐκλήθη ἀπὸ τῶν Ἄργου βοσκημάτων ἐκεῖ νεμομένων* conf. p. 600, 23. Schol. Eurip. Orest. 859. p. 428. *ἄκρα τόπος οὕτω καλούμενος· λέγει δὲ τὴν πρῶνα ἐνταῦθά φασι τοὺς Ἀργείους ἐκκλησιάζειν*) placet cognomen ab Aeschylo datum esse propinqui fontis (*λεοντόβοτος Λέρνη* Nonn. VIII. 240. p. 238, 7.). Et fortasse super haec possent alia commemorari haud inepta. Sed quam te cunque in partem dederis, non ita magni discriminis laborem molieris ab loco Aeschyli. Alii proment et contrariae sententiae praesidium assument illud, quod „Amymonius fons — Lernaeus est postea appellatus" testante Hygino fab. CLXIX. p. 241. et Scholiasta Eurip. Phoen. cod. Baroc. 188. p. 55. *τῆς Ἀμυμώνης τῆς πηγῆς, ἥτις ἡ αὐτή ἐστι τῇ Λέρνῃ.* Namque Neptunus, quo Amymonae se virum passae honorem haberet, agro vel rupe prope Lernam sita (Lucian. Dial. Mar. VI. 3. p. 106. Vol. II. *πατάξας τῇ τριαίνᾳ τὴν πέτραν πλησίον τοῦ κλύσματος*) vel palude ignava et adhuc per omnes partes insalubri (Propert. II. 20, 47. „pulsa tridente palus"), quo illa aut aquam vestigans (Hygin. l. d. p. 240. Serv. in Aen. IV. 377. p. 285. Apollodor. II. 1, 4. p. 83. Propert. l. d.) aut venata (Hygin. l. d. Lactant. in Stat. Theb. II. 434.) processerat, tres elicuerat aquae venas (Hygin. l. d. p. 240. sq. „tres silanos" (Apollodor. II. 5, 2. p. 117. *τὰς πηγὰς τῆς Ἀμυμώνης* et II. 1, 4. p. 83. *τὰς ἐν Λέρνῃ πηγάς* sive Etymol. M. p. 681, 10. et Schol. Hom. Il. IV. 171. p. 128. b. 49. et Eustath. p. 461, 3., quae non intellexit Heynius in Apollod. p. 268. „nunc pro agro Lerna"), quibus venis Amymonius fluvius concipitur. Hoc enim, opinor, sibi vult Mythographus I. fab. 45. p. 17, 19. „inde cum aqua flueret, Lernaeus est fons dictus et Amymones fluvius" sive Hygin. l. d. et Lactant. l. d. ap. Hessel. in Vib. Seq. p. 79. sq. Locus, quem *Λερναίαν Τρίαιναν* vocant, signum fabulae remanet, id quod secus atque Munckerus in Hygin. p. 240. et Spanhemius in Callim. h. in Del. 31. p. 347.

et Boettigerus Amalth. II. p. 318. ego edoceo non Scholiastae Eurip. Phoen. 188. p. 55. (p. 632. Valck.) dumtaxat testimonio, quod tale ab initio fuisse arbitror: *Τρίαινά ἐστι τὸ δόρυ (οὗ) τὸ ἓν σίδηρον ὀρθὸν, τὸ δὲ ἕτερον στρεβλόν· ἐντεῦθεν δὲ* (abhorret enim ab hoc loco *ἐνταῦθα* non minus, quam a Pausania VII. 14, 2. p. 191. Vol. III. vid. Bast. Epist. Crit. Addend. p. 277.) *τόπος Ἄργους, ἔνθα τὴν τρίαιναν ἔπηξεν ὁ Ποσειδῶν συγγενόμενος τῇ Ἀμυμώνῃ*, verum et Nonni testimonio VIII. 242. p. 238, 9. *παρὰ προπύλαια δὲ Κάδμου Νυμφιδίης πήξειεν ἑῆς γλωχῖνα τριαίνης Ξυνώσας γέρας ἶσον ἐχιδνοκόμῳ παρὰ Δίρκῃ Οἷα παρ' Ἀργείοισι λεοντοβότῳ παρὰ Λέρνῃ Σῆμα γάμων ἔστησεν Ἀμυμώνης, ὅθι νύμφης Λερναίης ἔτι χῶρος ἐπώνυμός ἐστι τριαίνης* et Euripidis Phoen. l. d. *ὅδ' ἐστίν, αἰχμαλωτίδας ὃς δορὶ Θηβαίας Μυκήναισιν Λερναίᾳ Τε δώσει Τριαίνᾳ, Ποσειδανίοις Ἀμυμωνίοις ὕδασι δουλείαν περιβαλών*, quibus versibus quid declaratum sit ab Euripide iuxta cum Grotio omnes ignorant, quicunque Lernaeam cuspidem eo nomine arbitrantur sic memoratam, quemadmodum a Statio factum est Theb. III. 492. „solvere Echionias Lernaea cuspide portas" IX. 124. X. 728. Alias autem, si hoc addere attinet, persequemur aliqua de locis, qui ex argumento nomen acceperunt, *Αἰχμή, Δορυ, Δόγχη, Ἀσπίς*. In ea igitur rupe, quae proxime aberat a Lerna palude, Lernaeae hydrae fuit latibulum (Apollodor. II. 5, 2. p. 117. *τὴν δὲ ὕδραν εὑρὼν ἔν τινι λόφῳ παρὰ τὰς πηγὰς τῆς Ἀμυμώνης*) platano opacum (Pausan. II. 37, 4. p. 371. *τῆς δὲ Ἀμυμώνης ἐπὶ τῇ πηγῇ πλάτανος· ὑπὸ ταύτῃ τὴν ὕδραν τραφῆναι τῇ πλατάνῳ φασίν*), dubito an multum diversum a Treto antro, in quo Nemeaeus leo excubuisse dicitur ab Diodoro et Hygino ap. Wesseling. IV. p. 257, 83. et in Anecd. Bachm. II. p. 334, 12. conf. Paus. II. 15, 1. p. 265. 4. p. 266. Lobeck. Paralip. p. 332. adnot. 10. Hesiod. Theog. 331. (*Λέρνης ἄκρον* Aeschyl. l. d.). Mene igitur sequi Siebelisii in Pausan. II. 37, 4. p. 263. inconsiderantiam, quam prudentiam Spanhemii in Callimach. h. in Pallad. 48. p. 584. sq. et Hesselii Oberlinique in Vib. Sequestr. p. 81. 278., qui Lernam atque Amymonen discretas separatasque esse crediderunt Straboni VIII. p. 371. T. III. p. 223. *δείκνυται δὲ καὶ Ἀμυμώνη τις κρήνη κατὰ Λέρνην· ἡ δὲ Λέρνη λίμνη τῆς Ἀργείας ἐστί*? Quae

equidem scio non situ, sed natura etiam disiunctissimas et maxime diversas. Etenim hoc praestant Amymonii fontes ceteris Argivae terrae amnibus, quod numquam ne maximis quidem exusti siccitatibus exaruerunt, praeterquam quod in Phaethontis ruina (Ovid. Met. II. 240.) cum reliquis ad unum omnibus, dein Bacchi numine tum repressi sunt, cum „Danaum Thebanos inclita campos Agmina cum peterent, siccatos numine Bacchi Expavere lacus fontesque et flumina ductor Adrastus latis sitiens quaesivit in arvis" ut Corippus ait Ioanneidis V. 305. Statium aemulatus Theb. libr. V, 518. sqq. IV. 699. sqq. 711. 735. „Aret Lerna nocens, aret Lyrcius, et ingens Inachus averrensque natantia saxa Charadrus et numquam in ripis audax Erasinus et aequus Fluctibus Asterion. — huc illuc impellit Adrastus Exploratores, si stagna Licymnia restent, si quis Amymones superet liquor. omnia caecis Ignibus hausta sedent". Add. Senec. Thyest. 115. „Iam Lerna retro cessit et Phoronides Latuere venae nec suas profert sacer Alpheos undas", ut hinc etiam appareat, quam sint inania et levia illa Scholiastae Hesiod. Theog. 313. p. 502, 21. et Ioannis Diacon. Alleg. p. 565, 23. *Λέρνη λίμνη ἐν Ἄργει ἔρνους δίκην λίαν αὐξομένη* et *ὕδατα ῥέοντα σφοδρῶς ἐπιτελοῦντα καὶ λίαν ὑγρὰ καὶ δίκην ἔρνους λίαν αὐξομένου ἐν διύγροις τόποις.* Testis mihi est Pausanias II. 15, 5. p. 267. *Ἴναχον δὲ Ποσειδῶνι καὶ Ἥρᾳ δικάσαι περὶ τῆς χώρας, σὺν δὲ αὐτῷ Κηφισσόν τε καὶ Ἀστερίωνα· κρινάντων δὲ Ἥρας εἶναι τὴν γῆν οὕτω σφίσιν ἀφανίσαι τὸ ὕδωρ Ποσειδῶνα· καὶ διὰ τοῦτο οὔτε Ἴναχος ὕδωρ οὔτε ἄλλος παρέχεται τῶν εἰρημένων ποταμῶν ὅτε μὴ ὕσαντος τοῦ θεοῦ, θέρους δὲ αὐά σφισίν ἐστι τὰ ῥεύματα πλὴν τῶν ἐν Λέρνῃ.* Age iam, in expedito est intelligere et cogitatione comprehendere, quid sit, quod Lucianus in alteram partem atque Scholiasta Germanic. 344. p. 82. omnesque, quos nominat Nic. Heins. in Ovid. Heroid. Epist. XIV. 123. p. 194., discessionem fecerit unam Amymonen poenae, qua apud inferos Danaides conficiuntur, exsortem nuncupans Dial. Mar. VI. 3. p. 106. Vol. II. *οὐδὲν δεινὸν πάθῃς,* Neptunus inquit, *ἀλλὰ καὶ πηγὴν ἐπώνυμόν σοι ἀναδοθῆναι ἐάσω ἐνταῦθα — καὶ σὺ εὐδαίμων ἔσῃ καὶ μόνη τῶν ἀδελφῶν οὐχ ὑδροφορήσεις ἀποθανοῦσα.* Etenim quotquot extra Amymo-

nen a Danao, Argivorum rege puteis ubique effossis nobili (Falkenburg. in Nonn. p. 1318. b. Spanhem. in Callim. h. in Pallad. 47. p. 583. sq.), procreatae fuerunt (inter quas Trite Hygin. fab. CLXX. p. 241. id est Trete), eae omnes „Assidue repetunt quas perdunt Belides undas" Ovid. Met. IV. 462. vid. Cognatus in Lucian. Timon. 18. p. 374. Oudendorpius in Thom. Mag. p. 842. Rhoerius in Porphyr. de Abstin. p. 291. Frontō Ducaeus in Gregor. Nyss. Orat. de Placilla p. 69. Boissonadius Anecd. I. p. 394. II. p. 297., ut ex vero iis factum esse nomen videatur *Ἠπεδαναὶ* id est *μὴ δυνάμεναι δι' ὑπερβολὴν ἀσθενείας ἐν τῷ πέδῳ στῆναι* Schol. Hom. Il. VIII. 104. p. 223. a. 16., infideles ad aquarum perennitatem, Apostol. VII. 84. *Ἠπεδαναὶ αἱ καὶ Δαναΐδες καλοῦνται* et Vatic. Append. III. 31. ap. Wyttenbach. in Plutarch. de aud. poet. p. 228. Quid ergo? num quid vetat de controversia sic decidere, ut verbis *τὸ ἀπὸ τῆς Λέρνης* existimemus ab Athenaeo significationem datam esse illius ipsius (Amymonii) fontis, quem proxime a Lerna abfuisse convenit? Noli vero in has latebras correpere. Si quisquam debuit umquam parcere verbis suspensis et obscuris atque singulas res definire circumscripteque complecti, Athenaeo profecto in hoc loco studendum orationis perspicuitati fuit diligentissime. Qualis perspicuitas cernitur in his Ovidii versibus: „quaerit Boeotia Dircen, Argos Amymonen, Ephyre Pirenidas undas" Met. II. 239., quibus quidem nihil scribi poterat aut disertius aut doctius. Itaque res cogit, ut non Argivam Lernam, sed Lernam dici ab Athenaeo sumamus Corinthiam. Namque Corinthus tamquam Argorum aemula non Tretum solum iactavit suum (Anecd. Bachm. II. p. 334, 12. *τόπος ἐν Κορίνθῳ παρὰ τὸν Τρητὸν λεγόμενον, οὗ Ἡρακλῆς τὸν λέοντα φονεύσας τὰ Νέμεα ἐπιτελεῖσθαι κατήρξατο*) et Nemeam fluvium (Wesseling. in Diodor. XIV. p. 707, 66. Schneider. in Xenoph. Hist. Gr. IV. 2. p. 231.) portasque Nemeades (Hesych. p. 665. *Νεμεάδες πύλαι· ἔνιοι τὰς ἐν τῇ Κορινθίᾳ κακῶς· τοῦ γὰρ Ἄργους εἰσὶ τοὔνομα λαβοῦσαι διὰ τὸ πρὸς τῇ Νεμέᾳ τετράφθαι*), sed Lernam etiam habuit fontem pellucidum gelidumque testantibus Seneca Hippol. 507. „Nunc ne-

moris alti densa metatur loca, Ubi Lerna puro gelida pellucet vado" et Pausania II. 4, 6. p. 221. *τοῦ θεάτρου δέ ἐστι τοῦδε πόρρω γυμνάσιον τὸ ἀρχαῖον καὶ πηγὴ Λέρνα· κίονες δὲ ἑστήκασι περὶ αὐτὴν καὶ καθέδραι πεποίηνται τοὺς εἰςελθόντας ἀναψύχειν ὥρᾳ θέρους.* Verum enim vero hanc viam qui praeivit Spanhemius in Callimach. h. in Pallad. 46. p. 580. a Schweighaeusero Animadvv. T. II. p. 521. strictim commemoratus, diffidens eum retro repetivit. „Ex Lerna, inquit, laudatissimam iuxta et Pirenes in Acrocorintho fontis aquam a Graecis habitam docebit Athenaeus. Nisi id de alio Corinthi fonte, Lerna itidem iuxta Pausaniam dicto intelligere quis malit. Obscura tamen eadem aqua prae Argolidos Lerna". Sed enim in ea famae obscuritate utique Corinthiam Lernam ab Athenaeo cognominatam oportuit tanto magis, quod secundum a Lerna locum obtinet Pirenes mentio. Ergo postquam excusationum caussas pernovimus contestatique sumus, levibus, ut lenissime dicam, utrinque argumentis et testibus ideoque subdifficili coniectura veritatis ita tamen decerno, ut in Lernae vicem cedat Dirce. Quod iudicium ne ignoretur quam sit iuste et probabiliter factum, facile Lerna praevaluit, quod esset neque litterarum formis multum dispar (documento sunt libri Eudociae Palaephatique c. VI. p. 41. *τὸν ἐν Λέρνῃ δράκοντα*, de quibus Fischer. Prolus. I. 4. p. 18. sq., et Scholiastae Eurip. Phoen. 125. p. 38. *τὰ νάματα τῆς Λέρνης·* Mosq. *Δίρκης*) nec minus inclytum sanctitate Bacchique numine. De qua re cuius interest amplius doceri, ei delegamus Libanium *ὑπὲρ Ἀριστοφ.* Vol. I. p. 427, 8. (*ὁ τὴν Λέρνην κατέχων Ἴακχος*). Anthol. Gr. Epigr. CCCLXXV. a. v. 4. T. IV. p. 197. Gruter. Inscript. CCCIX. 3. (ap. Meurs. Graec. Fer. V. p. 817. C.). Pausan. II. 37, 5. p. 372. Nonn. in Gregor. Naz. Stelit. I. p. 508. B. Lobeck. Aglaoph. p. 574. 617. sq. Et quae Dirces fuit aquarum dulcedo hactenus narrata sit. Hoc idem praecipui a natura datum credibile est Ismeno fuisse, ut qui eodem conciperetur fonte. Atqui is salsus fluxit, si Dalechampium audis videlicet Ismeno referentem (in annott. p. 712. a.), quae habet Athenaeus II. p. 42. A. *μεταβάλλειν τέ φησι*

οὐ μόνον τὰ πικρὰ τῶν ὑδάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ ἁλυκὸν καὶ ὅλους ποταμοὺς καθὰ τὸν ἐν Κιθαιρῶνι. Quid ita? quia quae proxime subiecta sunt αἴτιον δὲ τὸ πολλοὺς κεραυνοὺς πίπτειν περὶ τὸν τόπον, iste nihil secum recordatus Asopi memoriam dimiserat, qui „adhuc ripis animosus gurges anhelis Fulmineum cinerem magnaeque insignia poenae Gaudet et Aetnaeos in coelum efflare vapores" Stat. Theb. VII. 325. vid. Coroll. V. Ceterum quem illo loco Athenaeus dicat fluvium, nihil quaesivit Koppius Hist. Reip. Boeot. p. 5. Nec fraudatum altera, qua Dircen commendabilem fuisse dictum est, laude Ismenum monstrat Statius his: „Bacchaeaque cornua puro Fonte lavare feror" IX. 435. et IX. 352. „vitrea de valle Exiliit", quem esse alveum planum facit Burmannus in Ovid. Met. II. 256. et perlucidum alveum Nic. Heinsius in Claudian. Fescenn. 76. conf. Barth. in Rapt. Proserp. I. 269. p. 899. Popm. in Varr. fragm. p. 367. Kopp. in Marcian. Capell. I. 66. p. 107. Claudian. Idyll. VI. Apon. 32. „vitreis lucidus usque vadis". Quocirca minime dedecuit antiquitus tribui Ismeno Ladonis nomen, qui qualis fuerit liquido narrat Pausanias VIII. 20, 1. p. 343. Vol. III. ὁ δὲ Λάδων ποταμῶν τῶν ἐν Ἑλλάδι ὕδωρ παρέχεται κάλλιστον et 25, 7. p. 366. Λάδων — κάλλους μὲν εἵνεκα οὐδενὸς ποταμῶν δεύτερος οὔτε τῶν βαρβαρικῶν ἐστιν οὔτε Ἕλληνος. Leve est, quod de Dirce dicis caussa addo: notationem vocis eius talem a Fulgentio Mytholog. II. 10. p. 84. effutitam temere esse, numquam ne mediocri quidem cuiquam probatam, „Illa (Venus) dolens quinque filias Solis amore succendit id est Pasiphaen, Medeam, Phaedram, Circen, Dircen — Dirce, saporis index, quasi δριμὺν κρίνη, quod nos Latine acre iudicans dicimus", quae renarrata sunt a Mythographo III. fab. 11, 6. p. 231, 44. „Illa dolens quinque Solis filias Pasiphaen, Medeam, Phaedram, Circen et Dircen detestabili amore succendit". Illud etiam quasi praeteriens addam, apud Ciceronem de Nat. Deor. III. 19. „Circe autem et Pasiphae et Aee (Aeaee) e Perseide Oceani filia natae patre Sole" videri defendi posse patrocinio Tzetzae in Lycophr. 174. 798. ἀδελφαὶ δὲ Αἰήτου καὶ Ἀλωέως ἤτοι Ἡλίου θυγατέρες

Κίρκη καὶ Πασιφάη, καθ' ἑτέρους καὶ Καλυψώ. Propert. III. 10, 31. Muncker. in Hygin. fab. CXXV. p. 189.

Sed quoniam non est praetermittendum id, in quo duo docti homines errorem commiserunt, diligenter cavendum est, si quis Ismeni fontem Dircaeave flumina loquitur, eum ne meminisse interpretere de Ismeni origine atque de fonte, unde gemini fluvii oriuntur. At enim et Muellerus Orchom. p. 487. (praetereo doctrinam furtumque Krusii Hellad. II. p. 488.) Dircen ex compluribus fontibus profundi testificatus est Sophoclem Antig. 844. *Ἰὼ Διρκαῖαι κρῆναι Θήβας τ' εὐαρμάτου ἄλσος* et 105. *Διρκαίων ὑπὲρ ῥεέθρων μολοῦσα,* eo nomine reprehensus ab Schoenio Ephem. Schol. l. d. p. 157., et consimilia Spanhemius argumentatus est in Callimach. h. in Del. 76. p. 375. „Quum a Sophocle haud semel numero plurium dicantur *Διρκαῖα ῥέεθρα,* ut Antig. 105. et a Papinio similiter Theb. VII. 564. „Dircaea flumina" ac praeterea in dicto Tragici dramate 856. nominatim *Διρκαῖαι κρῆναι,* fieri potest, ut vicinus Dircae fons et cum eo hic a Callimacho iunctus, nempe *Στροφίη* ac velut eodem patre Ismeno genitus, sub illa etiam Dircaeorum fontium appellatione designetur". Etiamne in tam perspicuis rebus argumentatio quaerenda aut coniectura capienda sit? Nonne tibi quae illi conquisiverunt curiosius, cernere oculis videris in quam partem pateant? non ipsas aquas usitate denotari vides a Sophocle Inach. fragm. II. 1. (256. p. 41.) *Ἴναχε γεννᾶτορ, παῖ κρηνῶν πατρὸς Ὠκεανοῦ* (Hesych. p. 345. *κρηνῶν· πηγῶν, ὑδάτων.* Dionys. Perieg. 1182. *ὕδατά τ' Ὠκεανοῖο*), Aeschylo Eumen. 27. *Πλείστου πηγάς,* et ab eodem c. Theb. 259. et Euripide Bacch. 494. *Δίρκης πηγαῖς,* (Philostrat. Vit. Soph. I. 21. p. 521. *τῶν τοῦ Πακτωλοῦ πηγῶν ἥδιον* atque *τὰς Σιμοεντίδας πηγάς* Rhes. 823. conf. Eurip. El. 56. *πηγὰς ποταμίας.* Troad. 230. *Κρᾶθις ζαθέαις πηγαῖσι τρέφων — γᾶν.* Nonn. XVII. 173. p. 472, 25. XLV. 353. p. 1178, 21.)? nonne idem denotari vides a Nonno XLVI. 25. p. 1180, 22. *Δίρκης λεῖπε ῥέεθρα,* et Euripide Iph. T. 1223. *Κασταλίας ῥεέθρων,* Electr. 865. *παρ' Ἀλφειοῦ ῥεέθροις* et Sophocle Antig. 1124. *Ἰσμηνοῦ ῥεέθρων* id est *Ἰσμηνοῦ*

ῥοάς Eurip. Phoen. 101. χεύματα 1124. ὕδωρ Bacch. 5. et Suppl. 383. Nec minus id genus usitatum et pervulgatum apud latinos scriptores, de quibus excitasse abunde est Senecam Agam. 316. „Quaeque Erasini gelidos fontes Quaeque Eurotam bibis", Lucanum V. 337. „si cuncta minentur Flumina quos miscent pelago subducere fontes", Valerium Flacc. V. 373. „illum non tanto gliscere coelo — vellent calidis iam fontibus amnes"; dein Ovidium Fast IV. 467. „Amenana flumina" Statiumque „Lethaea flumina" Silv. III. 3, 22. et Salmas. Plin. Exercitt. p. 121. a. C. Horat. Epod. XIII. 14. „frigida parvi Scamandri flumina", Virgil. Aen. IX. 584. „Symaethia flumina", Serv. in Aen. XII. 517. p. 79. „vetuste flumina pro fluore posuit, neque enim Lerna fluvius est". Conf. Stat. Silv. III. 3, 61. „Smyrna tibi gentile solum potusque verendo Fonte Meles", Claudian. in Sec. Cons. Stilich. 61. 232. „aurifero Pactoli fonte", Auson. Epigr. IV. 3. Ad hoc disertus esse possem, si Sophoclis illud *Διρκαῖαι κρῆναι* acriore spectatione per quandam quasi calumniam rimatus probarem Dircen fuisse magnitudine insignem sua duobusque sufficientem fluminibus. Velut scio multum ponderis apud nonnullos habitura haec Maximi Tyrii verba Diss. VIII. p. 143. *Φρύγες — τιμῶσι ποταμοὺς δύο Μαρσύαν καὶ Μαίανδρον· — ἀφίησιν αὐτοὺς πηγὴ μία. — Θύουσι Φρύγες τοῖς ποταμοῖς οἱ μὲν ἀμφοτέροις, οἱ δὲ τῷ Μαιάνδρῳ, οἱ δὲ τῷ Μαρσύᾳ καὶ ἐμβάλλουσι τὰ μηρία εἰς τὰς πηγὰς ἐπιφημίσαντες τοὔνομα τοῦ ποταμοῦ ὁποτέρῳ ἔθυσαν* conf. Xenoph. Anab. I. 2, 8. *ἐπὶ ταῖς πηγαῖς τοῦ Μαρσύου.* Quale fere esse, ut id genus velut primis lineis designem, visum Oudendorpio in Appul. Met. IV. p. 308. est illud Petronii „barbis horrentibus nauta" ac Dukero, si diis placet, hoc Flori I. 1, 12. „Sabinis proditae portae" conf. Schrader. Animadvv. in Mus. II. p. 130. Talia igitur excutiendi caussam nunc procul habeo.

Attinet vero de Dirce Ismenoque in medium proferre, quod multo etiam luculentius est, testimonium illud, ex quo intelligitur eam illarum aquarum praestantiam fuisse, ut texta iis perluta plurimo nitore splendescerent. Tzetza enim eo Chiliadum loco, cui inscripsit *τὰ τοῦ Ἰσμηνοῦ*

ποταμοῦ καλλυνόμενα ῥεύμασιν, X. 388. p. 379. haec mandavit litteris: Ὁ Ἰσμηνὸς ὁ ποταμὸς Θηβῶν τῶν ἑπτα-πύλων Καὶ ἡ πηγὴ ἡ Δίρκη δὲ φύσει τῶν σφῶν ὑδάτων Διαύγειαν καὶ στίλψιν δὲ καί γε πολὺ τὸ λεῖον Δωροῦνται τοῖς ὑφάσμασι τοῖς ἐν Θηβῶν τῇ χώρᾳ, Τὸ τεχνικὸν αἱ χεῖρες δὲ τῶν εἰργασμένων ταῦτα. Quae res non mediocre videtur attulisse momentum, ut apud recentiores Graecos Thebanarum mulierum telae laudem haberent maximam, quarum quidem memoriam veterum scriptorum nemo usurpaverat, nedum frequentaverat. Namque Euripides Bacch. 106. εἰς ὄρος ἔνθα μένει Θηλυγενὴς ὄχλος Ἀφ' ἱστῶν παρὰ κερκίδων τ' Οἰστρηθεὶς Διονύσῳ et 1188. — τὰς παρ' ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας Ἐς μείζον' ἥκω, θῆρας ἀγρεύειν χεροῖν Nonnusque XLV. 48. p. 1160, 15. Καί τις ἀνοιστρηθεῖσα θυελλήεντι πεδίλῳ Κούρη λυσιέθειρα διέσσυτο παρθενεώνος Κερκίδα καλλείψασα καὶ ἱστοτέλειαν Ἀθήνην — Μίσγετο Βασσαρίδεσσι καὶ Ἀονὶς ἔπλετο Βάκχη et si quis praterea Thebanorum Boeotiorumve, ut Antoninus Liber. XXV. p. 112., mentionem movit radiorum, tantum abest ut illius laudis dederint significationem, ut Thebanas matronas derelicti radii exemplo demonstraverint in Cithaeronem evagatas fuisse abiecta domesticarum rerum, quarum cura propria mulierum esset cum maxime, cogitatione. Quod exemplum et perspicuum est et ab Homero usque plurimorum usurpatione celebratum velut Euripidis Meleag. IX. p. 228. ἔνδον μένουσαν τὴν γυναῖκ' εἶναι χρεὼν ἐσθλήν et X. p. 229. εἰ κερκίδων μὲν ἀνδράσιν μέλοι πόνος, γυναιξὶ δ' ὅπλων ἐμπέσοιεν ἡδοναί. Gregor. Nazianz. Epist. CLV. p. 871. C. ἵππον γὰρ ἄγεις καὶ τινάσσεις αἰχμὴν καὶ θῆρές σοι μέλουσι· τῇ δὲ οὐδὲν ἔργον οὐδὲ πολλῆς τῆς ἰσχύος κερκίδα φέρειν καὶ ἠλακάτην μεταχειρίζεσθαι καὶ ἱστῷ προσκαθέζεσθαι· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γυναικῶν. Symmach. Epist. VI. 67. p. 252. Par. „sic priscae feminae vitam coluisse traduntur. Et illas quidem deliciarum sterile seculum colo et telis animum iubebat intendere". Conf. Manass. 6195. p. 263. ὥπλισται καὶ τὰ γύναια κερκίσιν ὥσπερ λόγχαις. Aelian. Var. Histt. III. 42. p. 238. ὁ δὲ (Διόνυσος) ὀργίζεται καὶ αἱ μὲν περὶ τοὺς ἱστοὺς εἶχον καὶ ἐπονοῦντο περὶ τὴν

Ἐργάνην εὖ μάλα φιλοτίμως· ἄφνω δὲ κιττοί τε καὶ ἄμπελοι τοὺς ἱστοὺς περιεῖρπον — τὰς δὲ οὐδὲ ταῦτα ἀνέπειθεν ἐλθεῖν εἰς τὴν λατρείαν τοῦ δαίμονος. Nonn. V. 598. p. 176, 7. VI. 153. p. 186, 17. XX. 252. p. 544, 31. XXIV. 245. p. 634, 23. XLI. 295. p. 1068, 33. Valcken. in Eurip. Phoen. 1727. p. 576. conf. in Herodot. IV. 162. p. 324. Spanhem. in Aristoph. Nub. v. 53. Staver. in Misc. Obss. Vol. X. T. III. p. 383. sq. et in Cornel. Nepot. Praefat. 7. p. 14. Verum magis est, ut qui Thebanas vestes (*ὀθόνας* Olear. in Philostr. vit. Apollon. I. 7. p. 8. not. 9.) a tenerrima subteminum subtilitate (*εὐήτριοι* Valck. in Phoen. l. d. p. 576. Salmas. in Capitol. Pertin. VIII. p. 547. sq. et Vopisc. Aurelian. 45. p. 540. sq.) aurique pulcro intexti varietate (*χρυσοϋφεῖς* Salmas. in Capitolin. l. d. p. 546. sq. et Trebell. Poll. XXX. Tyr. XXX. p. 328. et in Vopisc. Carin. XX. p. 850. conf. Pachymer. II. p. 125, 12. de Michael. Palaeol. *Σηρῶν χρυσόσημα πέπλα.* Nicet. Chon. p. 40, 23. *νήματα Σηρικὰ διαπλεχθέντα χρυσῷ. στολαὶ χρυσόπαστοι* Koen. in Greg. Cor. p. 455. Philostr. Imagg. I. 6. p. 11, 10. *φαρέτραι χρυσόπαστοι καὶ χρυσαῖ*) habuerunt commendatissimas, laudem haud vani sermonis auctores Tzetzam Chil. l. d. et XI. 846. p. 433. et Schol. ad eius Epist LXI. p. 363, 3. *εἶδον τὸ ὕφος κερχίδος ἔργον Θηβαϊκῆς — αἴπενος* (ita enim pro *ἔπαινος* perverse scriptum liber tenet, quemadmodum Monac. lib. in Theodor. Metochit. c. XV. p. 102. *ἐπαίρενον* pro *ἐπέραινον*) *ἱστουργικὰς εἶναι τὰς γυναῖκας Θηβαίων*, Nicetam Choniat. de Man. Comn. II. p. 98, 20. *τῇ Καδμείᾳ γῇ παρενέβαλε* (Rogerius Siciliae rex) *καὶ τὰς ἐν μέσῳ κωμοπόλεις ὁδοῦ πάρεργον ληϊσάμενος ταῖς ἑπτὰπύλοις Θήβαις προσέβαλεν — καὶ οὕτω πάντα χρυσὸν, ἄργυρον πάντα διεκφορήσας καὶ τὰς χρυσοϋφεῖς ὀθόνας ταῖς ναυσὶν ἐνθέμενος — τῶν τε γυναικῶν ἀποκρίνας ὅσαι — τὴν ἱστουργικὴν κομψότητα καλῶς ἐπιστάμεναι, οὕτως ἐκεῖθεν ἀνάγεται* et eundem de Alexio Isaacii Angeli fr. lib. I. p. 609, 1. *πλὴν ὁ Πέρσης τῷ καιρῷ καταχρώμενος οὐκ ἄλλως τὴν εἰρήνην ἐδέχετο εἰ μὴ αὐτίκα δωρήσεταί οἱ βασιλεὺς ἀργυρίου κεντηνάρια πέντε κεκομμένα εἰς νόμισμα, ἐτησίως δ' ἐκ τοτε τρισὶν ἐκ τούτων φιλοτιμεῖται καὶ Σηρικοῖς τεσσαράκοντα νήμασιν, ἅπερ ἐκ Θηβῶν*

ἑπταπύλων βασιλεῖ κεχορήγηται. Quin etiam viros Thebanos tamquam Aegyptiorum adscito more (quem Sophista Anonym. in Gal. Opusc. Philos. p. 714. ap. Valcken. in Eurip. Phoen. 502. p. 183. narravit et Herodotus, Sophocles, Nymphodorus ap. Valcken. in Herodot. II. 35. p. 248. sq. atque Eustathius in Hom. Il. I. 31. p. 31, 10. γυναικεῖον δὲ τὸ ἱστουργεῖν παρ᾽ Ὁμήρῳ, καὶ οὐκ ἄν παρ᾽ αὐτῷ ὑφάνῃ ἀνὴρ, εἰ καὶ τοῖς ὕστερον μοχθηρῶς παρατολμᾶται κατά τι Αἰγύπτιον ἔθος) textrinae arti operatos esse idem Nicetas edocet de Man. Comn. II. p. 129, 20. sq. οἱ αἰχμάλωτοι λυθέντες ἀνάποινοι οὐ μόνον οἱ λαμπροὶ τὸ γένος καὶ βασιλείῳ τιμήεντες αἵματι ἀλλὰ καὶ οἱ τοῖς στρατιωτικοῖς καταλόγοις ἐνετάττοντο, πλὴν τῶν ἐκ Κορίνθου καὶ Θήβηθεν ὁρμωμένων καὶ τούτων ὅσοι τὸ γένος ἀφανεῖς καὶ οἱ τὰς εὐητρίους ὀθόνας ὑφαίνειν ἔλαχον (cod. August. οἱ τὴν ὑφαντικὴν τέχνην τῶν βλατίων ἐγίνωσκον id est pannorum sericorum interprete Fabrotio Gloss. p. 906.) καὶ τῶν γυναικῶν αἱ — τὴν αὐτὴν ἀνδράσι τέχνην ἐκμελετήσασαι· καὶ νῦν ἔξεστιν ἰδεῖν τοὺς ἐν Σικελίᾳ καταίροντας Θηβαίων παῖδας καὶ Κορινθίων ἱστῷ προσανέχοντας τῶν ἑξαμίτων καὶ χρυσοπάστων στολῶν ὡς Ἐρετριεῖς πάλαι παρὰ Πέρσαις δουλεύοντες, quem locum videor optime enarrare transcribendo Schneideri verba in Ind. Scriptt. Rei Rust. p. 372. b. posita haec: „A numero liciorum, quibus in texendo utuntur, varia vestium genera nomina imposita habent, quibus singularum peculiaris aliqua natura et species significatur. — Graeci τρίμιτον et τριμίτινον vestem dixerunt, quam Hesychius εὐσπάθητον bene percussam spatha interpretatur. — Hexamitas vestes holosericas (ἑξαμίτους) Graecia antiqua ignoravit, recentior frequentavit; et Corinthiacos Thebanosque Siciliae colonos texturam hexamitorum praecipue exercuisse testatur Nicetas historicus in vita Manuel. 2. num. 8., quod vocabulum graeci latinique scriptores mediae aetatis variis modis mutatum mutilatumque in ἐξάμυτος, ξάμητος, ξάμιτος, examitum, exametum, Xamitum, Xametum, Samita, Sametum, Samitum, Sciamitum, Samis apud Britonem Philippeidos libro 12. Samit, donec vernaculum nostrum Sammet exiret, ut recte monuit Cangius". De-

nique his anquisitis et in lucem protractis prompta res est et in expedito posita Timarionis verba penitus inspicere, quae leguntur in Notit. et Electt. Mss. Reg. Vol. IX. cap. 6. p. 173. *εἰ δὲ καὶ τὰ ἔνδον ζητεῖς ὡς ὕστερον κατιὼν ἐκ τῆς ἀκρωρείας ἐθεασάμην, παντοῖον εἶδος, ὅσα ἐν ὑφάσμασι καὶ νήμασιν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν καὶ ὅσα ἐκ Βοιωτίας καὶ Πελοποννήσου καὶ ὅσα ἐξ Ἰταλίας εἰς Ἕλληνας ἐμποριναὶ νῆες κομίζουσι. Ἀλλὰ καὶ Φοινίκη πολλὰ συνεισφέρει καὶ Αἴγυπτος Ἱσπανία καὶ Ἡρακλεῖοι στῆλαι ἱστουργοῦσαι τῶν ἐπίπλων τὰ κάλλιστα.* Duplici autem in hoc loco animadversione opus est. Primum facile do Hasio copulam quaerendam esse, qua Hispania cum Aegypto coniungatur; differre enim videtur huiusmodi locorum genus, qualis est Sophocl. fragm. II. *Ἀχιλλ. ἐραστ.* (fr. 163. p. 36.) *λέων δράκων τε, πῦρ, ὕδωρ* vel Athenagor. Legat. p. 110. Rech. *Σάμιοι Λύσανδρον (νομίζουσι θεόν)· — Ἀλκμὰν καὶ Ἡσίοδος Μήδειαν καὶ Νιόβην Κίλικες* (quod quidem in locum suffeci voculae *ἢ* a Gessnero omissae conf. Planud. Met. p. 684. Schaef. in Greg. Cor. p. 384.), *Σικελοὶ Φίλιππον, — Ὀνησίλαον Ἀμαθούσιοι* aut Ovid. Met. VII. 464. „Florentemque Cythnon, Scyron, Theramque, Seriphon Marmoreamque Paron" (Wesseling. in Anton. Itin. p. 528.) et Virg. Aen. III. 126., et Iuvenal. X. 35. „Praetexta et trabeae, fasces, lectica, tribunal", illud igitur ut Hasio assentior, ita arti criticae convenientius arbitror esse post *Αἴγυπτον* subiici *καὶ* quam *τε* post *Ἱσπανίαν*. vid. Coroll. II. Alterum est, ut discernatur, num ordine atque ex re ab Timarione inchoata sit mentio Italiae, quam equidem censeo Siciliae etiam antiquitus insigni a pulcritudine vestium ibi confectarum (Bergler. in Alciphr. I. 6. p. 42.) posthabendam esse. Quod erratum quam proclive librariis fuerit, docet Pausaniae lib. Mosq. VIII. 12, 5. p. 318. Vol. III. *ἐκομίζετο ἐς Σικελίαν ὁ Αἰνείας.* marg. Mosq. *Ἰταλίαν.* Diodor. XIII. p. 546, 98. *οἱ δ' Ἀθηναῖοι τριακόσια τάλαντα — ἐψηφίσαντο πέμπειν εἰς τὴν Σικελίαν.* unus *Ἰταλίαν;* contra V. p. 335, 11. *ἐκ Ἰταλίας τὸ τῶν Σικελῶν ἔθνος πανδημεὶ περαιωθὲν εἰς τὴν Σικελίαν* libri Claromontani *Σικελίας.* Nonn. XIII. 329. p. 370, 19. *Ἰτα-*

λίης τριλόφοιο Πελωρίδα πέζαν ἐρίπνης. Cunaeus Σικελίης. Plutarch. Parallel. XXXIX. p. 436. Vol. VIII. ἐν Αἰγέστῃ τῇ πόλει τῆς Σικελίας. Harl. Ἰταλίας (vid. Ebert. Σικελ. p. 78. not. 214.) Arcad. de accent. p. 83, 7. Λομεντὸς, Λαυρεντὸς Σικελικαὶ πόλεις, ubi scribendum esse Ἰταλικαί vinco vel Stephani auctoritate p. 63, 24. μετὰ Λώρεντον τῆς Ἰταλίας et p. 280, 14. Λωμεντὸς πόλις Ἰταλίας ὀξυτόνως — ἣν καὶ Λωρεντόν φασι μετὰ τοῦ ρ.

Hactenus fuit, quod liquido a me scribi posset, attulique conspirantibus ad unum auctoribus Dircen Ismenumque aquarum dulcedine non minus quam puritate fuisse peculiariter praestabiles. Nunc ubi aperiendum est, quo flumine illi amnes manaverint, non verbis dumtaxat inter se, sed universa re et tota sententia scriptores dissentiunt. Quid enim tam pugnat, quam eundem fluvium dici languidum ab auctore Herc. Oet. 141. „Ismenos tenui flumine languidus" et Agam. 317. „tacitum Ismenon" atque celerem ab Ovidio Metam. II. 244. „mediis Tanais fumavit in undis Et celer Ismenos" vel rapidum ab eodem tragico Phoen. v. 116. „Duc ubi sit altis prorutum saxis iugum, Ubi torta (Mss. torva; torta Gron. et Castellan. de Fest. Gr. p. 631. B.) rapidus ducat Ismenus vada", quibuscum satis convenit Aeschylo fragm. 388., de quo supra dictum est, et Sophocli Antig. 1124. παρ' ὑγρῶν Ἰσμηνοῦ ῥεέθρων id est Ismenus „lubricus" Horat. Epod. XIII. 14. conf. Nitzsch. in Hom. Odyss. IV. 459. p. 277. ὑγρὸς Ἰάων Dionys. Perieg. 416. Ὀρόντης 919.? Harum sententiarum utra vera esset dispicere Dodwellus Itin. I. P. II. p. 58. supersedit. Neque fortasse erat, quod ultra notationem eius diversitatis et animadversionem progrederetur. Nam fluvios afferre habeo plurimos a natura fluminis sui non minus controversos ipsisque veteribus, ut videtur, incognitos, velut Ladonem Ovidius nunc ait esse rapacem, nunc placidum (Nic. Heins. Met. I. 702. p. 84. b.), Spercheum tumidum, nunc tenuem Statius (Heins. in Met. I. 579. p. 71. a.), Inachum rapidum Attius Epigon. 4. p. 199. ὠκυρέεθρον Nonnus XLVII. 516. p. 1234, 8. ingentem Statius Theb. IV. 711., tenuem auctor de fluvv. XVIII. 3. p. 461. Pausanias ap. Hemsterh. in Lucian. Contempl. 23. p. 411.

Vol. III., Parthenium Apollonius Rhod. II. 937. *πρηΰτατον* et Stephanus Byz. p. 336, 16. *ἠρεμαῖον*, verum rapacem Ovidius Ep. ex Pont. IV. 10, 49.; eandemque, ut modum ponam, existimationis inconstantiam auctorum diversitas facit de Apidano (Hortens. in Lucan. VI. 373. Wass. in Thucyd. IV. 78. p. 448. Vol. III.), de Peneo (Ovid. Met. I. 570. „spumosis volvitur undis", Procop. de Aedif. IV. 3. p. 72. A. *ῥεῖ πράῳ τῷ ῥείθρῳ*, Spanhem. in Callimach. h. in Del. 114. p. 416.), Aniene, Hebro, Phaside vid. Burmann. in Valer. Flacc. V. 180. p. 639. sq. Harl. et in Ovid. Am. III. 6, 46. p. 492. b. Quid ergo? rectene praeivit, quod iudicemus, Harduinus in Plin. Nat. Hist. IV. 10. p. 45. „Ladoni amni celeritatem poetae tarditatemque promiscue ut metri ratio, non ut res ipsa postulat attribuunt" vel Burmannus in Val. Flacc. l. d. p. 640. b. „poetae passim eosdem fluvios pro arbitrio et iure suo, modo placidos, tenues et angustos, modo rapidos et magnos faciunt, ut materiae et tempori congruum arbitrantur"? Pellamus vero e medio istam iudicantium inertiam amemusque impigram et providam subtilitatem Iac. Mosanti Briosii Epist. ad Palmer. p. 966. (Lucan. ed. Oudend.) „rapax Ladon, cum de montibus descendit; placidus, postquam per plana fluens Alpheo miscetur" atque Bernhardyi in Dionys. Perieg. 417. p. 629. „huius fluvii cursus latebris collibusque nimium intercipiebatur, unde poetae nunc placidum nunc rapacem dixerunt". Quamquam id non in omnes partes satis habeo. Veluti si pergas de singulis quaerere singulatim, non inscite ita disputes, ut auctorem Herculis Oetaei sic loquutum: „At si quas melior sors famulas vocat, Illas aut volucer transferet Inachus Aut Dircaea colent moenia, quae luit Ismenos (tenui) flumine languidus" obtineas, in sat proclivi erratu Ismenum usurpasse pro Asopo in hunc modum cum Inacho in Nonni Dionysiacis XLVII. 515. p. 1234, 8. composito *τί Περσέϊ καὶ Διονύσῳ; Ἴναχον ὠκυρέεθρον ἀναίνεο καί σε δεχέσθω Θήβης ἀφνειῆς ποταμὸς βραδύς* (vereor enim ut recte scripserit Wernickius in Tryphiod. 352. p. 313. *ἀφνειῆς ποταμὸς Θήβης βραδύς*)· *οὔ σε διδάξω Ἀσωπὸν βαρύγουνον ἔτι ζείοντα κεραυνῷ*. Equidem quoniam hor-

tatur res, ut quod ad totum genus pertineat consectemur, pro temporibus anni ac prout multus imber incidat aut parcior. (Burmann. in Ovid. Am. III. 6, 1. p. 188. a.), aio eiusdem amnis speciem varie scribi argumentorque, id quod liquido narrat Dodwellus Vol. I. P. II. p. 58., ut plerosque omnes Graeciae fluvios (Squir. in Walpol. Memor. p. 339. Krus. in Hellad. I. p. 297. sq.), ita Ismenum ad torrentium naturam accedere. Neque hoc omnino obscurum atque coecum est. Apud Statium Theb. IX. 508. enim Hippomedon hoc conqueritur: „Fluvione (pudet), Mars inclyte, merges Hanc animam? segnesque lacus et stagna subibo — subiti torrentis iniquis Interceptus aquis"? ubi Lactantius „torrentia dicuntur flumina, quae subiecta montibus facillime aquarum augentur incrementis" conf. Salvagn. in Ovid. Ibid. 515. p. 129. Burmann. l. d. Quodque Ismenum nigrum calculis fuisse Callimachus memorat h. in Del. 77. (*μελαμψηφῖδος Ἰσμηνοῦ*), quod Anauri contentione facta (*μελαμψηφῖδος Ἀναύρου* Callim. in Dian. 101.) edisseruit Spanhemius Obss. p. 202. et p. 375. sq., eodem pertinet. Add. Senec. Phoen. 71. „hic rapax torrens (Ismenum dicere videtur) cadit Partesque lapsi montis exesas rotat". Qualis erat etiam Hermus sive *μελαμψηφῖδα* (Bast. Comm. Palaeogr. p. 827.) eum appellari sive *πολυψηφῖδα* mavis (Diodor. Exc. Vatic. XXIX. p. 27, 23. Dion. Chrys. Orat. XIII. p. 421. Tzetz. in Hesiod. Opp. p. 73, 2. vid. Creuzer. Comm. Herod. p. 279. Lobeck. Paralip. p. 240. *μελαμψηφῖδα ῥόον* Nonn. XXVI. 236. p. 690, 13. *μικρά τινα καὶ λευκὰ καὶ στρογγύλα λιθίδια, οἷα ἡμεῖς ἐπὶ ταῖς ὄχθαις τῶν χειμάῤῥων ἀνευρίσκομεν* Alciphr. Ep. III. 20. p. 70, 11.) aut Charadrus (*ποταμὸν χείμαῤῥον Χάραδρον* Pausan. II. 25, 2. p. 311.) „averrens natantia saxa" Stat. Theb. IV. 712. et „volvens saxa Niphates" Lucan. III. 245. Ovid. Epist. ex Pont. IV. 10, 49. Barth. in Claudian. in Rufin. I. 270. p. 1163. 1164. Itaque „Thetis arentes assuetum stringere ripas Horruit ingenti venientem Ismenon acervo" Stat. Theb. I. 39. atque „solito tunc plenior alveo — magna se mole Ismenos agebat" IX. 225., iam „pelago non discolor amnis" IX. 338. 462. (Burmann. in Lucan. III. 235. et in Virg. Aen. I. 246.) „ripisque apertis effugit" VII.

800. quum „mittit gelidus montana Cithaeron Auxilia antiquasque nives et pabula brumae Ire iubet; frater tacitas Asopus („Aonidum dives largitor aquarum" VII. 730. id est aquis abundans Auson. Epigr. IV. 5. Burmann. in Ovid. Amor. I. 15, 28. p. 395. b. ἀφνειός Wernick. in Tryphiod. 352. p. 312.) cunti conciliat vires et hiulcis flumina venis suggerit". Verum ubi „non Zephyri leves Spirant: sed ignes auget aestiferi Canis Titan, leonis terga Nemeaei premens: Deseruit amnes humor atque herbas color Aretque (quam Ismeno minorem scimus) Dirce; tenuis Ismenos fluit Et tingit inopi nuda vix unda vada" Senec. Oedip. 38. sq. Ceterum ut Dirce Ismenusque aestate, si coelestes deessent aquae, aliquantulum submitterentur magnorumque fluminum nomen arenti alveo desererent, auctumno demum resumerent, terra tamen ingenito uberrima humore ad perennes amnes sufficiebat, quibus cuncta nutrirentur. Dicaearch. de vit. Graec. p. 189. κάθυδρος (πόλις) πᾶσα χλωρά τε. Aeschyl. Sept. adv. Theb. 295. τὰν βαθύχθον' αἶαν Ὕδωρ τε Διρκαῖον εὐτραφέστατον Πωμάτων, ὅσων ἵη-σι Ποσειδῶν ὁ γαιάοχος Τηθύος τε παῖδες. De Neptuno Dircaei fontis auctore vid. Hermann. Quaest. Oedip. III. p. 104. not. 121. et p. 85. not. 63. conf. h. cap. p. 181. sq. Inde ripae Ismeni virides (Stat. Theb. IX. 322. Senec. Agam. 317.), gramineae (Stat. IX. 492.) campique pinguissimis glebis tenaces et ad opimas messes numquam infideles (Stat. Theb. IX. 405. „Ismenos — Unde aurae nubesque bibunt atque imbrifer arcus Pascitur et Tyrios melior venit annus in agros"). Prata florida et gemmea, quae cum alias herbas teneras semper et molles et quasi novas alebant tum lotum, qua fertilissimum fuisse campum ante portas Electras porrectum scribit Euripides Phoen. 1570. εὗρε δ' ἐν Ἠλέκτραισι πύλαις τέκνα λωτοτρόφον κατὰ λείμακα. Id loti genus quodnam fuerit docet Scholiasta p. 314. λωτὸν — πόα τις ἡ ἰδιωτικῶς λεγομένη τριφύλλιον conf. adv. 660. p. 146. not. 7., Dioscorides IV. 110. p. 600. λωτὸς ἄγριος — οἱ δὲ λίβυον καλοῦσι οἱ δὲ τρίφυλλον· φύεται μὲν πλεῖστος ἐν Λιβύῃ — φύλλα φέρων ὅμοια λωτῷ τριφύλλῳ τῷ ἐν χορτοκοπείοις (conf. Lobeck. in Phrynich. p. 310.) γεννωμένῳ. Schol. Nic. Ther. 520. p. 86. το τριόφυλλον — ἔχει δὲ τὸ φύλλον ἐμφερὲς τῷ λωτῷ.

gloss. Steph. „Trifolium, *Λωτὸς, τρίφυλλον*" ap. Munck. in Hygin. fab. CXXV. p. 184. lex. graecolat. vet. p. 532, 11. „*λωτὸς, ὁ χόρτος*, trifolium". Salmas. Plin. Exercitt. p. 172. b. C. Quo genere quam maxime equi delectabantur, quos constat Thebis fuisse optimos (Krus. Hellad. Vol. I. p. 346. p. 303. Schol. Aristoph. Equitt. 610. *λέγεται δὲ πόα Μηδικὴ ἀρίστη καὶ καλλίστη καὶ ἐπιτηδειοτάτη ἵπποις — ἡ αὐτὴ δὲ τρίφυλλος λέγεται* omiss. a Salmas. l. d. p. 172. a. F. Hesych. p. 590. *μηδικὴ πόα· ἡ τρίφυλλος οἱ δὲ λωτὸν κτήνεσιν ἁρμόζοντα*). Nec quidquam Thebanorum laudatius fuit gregibus armentorum per „Dirces pascua" Stat. Theb. II. 433. et „Dircaea ad flumina" VII. 564. 573. errantium et per „clamosas valles Cithaeronis" IV. 447. vel „sub Cithaeronis plaga, — qui laetus pabulo semper novo Aestiva opimo prata submittit gregi" Senec. Oedip. 843. sq. Add. Stat. Silv. II. 7, 18. „victimae — Quas Dirce lavat aut alit Cithaeron". Est is Senecae locus in numero eorum, quibus Cithaeronem Thebanumque solum pascuorum frequentia copiosum fuisse attulerunt Ouwensius Noctt. Hagg. III. 19. p. 584. et Nic. Heinsius Advers. I. 5. p. 48. Sed hactenus, praesertim cum in sexto libro temperiem coeli, regionis situm, urbis amoenitatem traditurí simus. Itaque benignissimus fluvius patris cognomentum meruit „quo etiam dii adeoque genii fluviorum aliorumque locorum appellantur" Drakenb. in Liv. II. 10, 11. p. 279. Weitz. et Burmann. in Valer. Flacc. V. 210. Voss. in Virg. Georg. Vol. II. p. 848. atque, id quod in Graecorum more positum fuisse declarant Vossius et Arnoldus a Fabricio in Sext. Empiric. adv. Phys. I. 182. p. 591. b. designati et Perizonius in Aelian. Var. Histt. II. 33. p. 115. a., deus a Thebanis habitus est, cuius formam Statius expressit atque finxit verbis his IX. 404. „At pater arcano residens Ismenos in antro — ut lamenta procul — novosque Accepit natae gemitus, levat aspera musco Colla gravemque gelu crinem ceciditque soluta Pinus adulta manu dimissaque volvitur urna. Illum per ripas annoso scrupea limo Ora exsertantem silvae fluviique minores Mirantur, tantus tumido de gurgite surgit Spumosum attollens apicem lapsuque sonoro Pectora caeruleae rivis manantia barbae. — Stetit arduus alto Amne manuque genas et nexa virentibus ulvis Cornua concutiens sic turbidus ore profundo Incipit".

Quem locum latius et uberius explicare non institui, nisi quod primum accommodo ad eum Burmanni verba (ad Consol. ad Liv. Aug. 221. p. 812. a.) „subitam mentis consternationem indicat, quam ut homines motu trepido corporis produnt, ita poetae fingunt fluviorum urnas, comas, capita et undas tremiscere, ubi indicia luctus edere volunt"; deinde de „arcano antro" commemoro Nic. Heinsium in Claudian. Idyll. VI. de Apon. v. 30. (conf. libell. de monstris XXXVIII. p. 128. ab Bergero edit. „monstra sub profundissimis stagnis sicut nymphas habitare fabulantur". Claudian. de Cons. Prob. et Olybr. 210. „curvis Tiberinus in antris Ima valle sedens". Valer. Flacc. VI. 565. „imis Maeotis ab antris Implevit clangore lacus") et eundem Heinsium ad Cons. Olybr. 213. de urna bene temperari iam desita, et ad libr. II. de Eutrop. II. 163. de sublato capite, addito Virg. Georg. IV. 352. Ovid. Consol. ad Liv. 221. Claudian. Olybr. 211. Auson. Epigr. III. 2. Tum de cornibus satius est quam Meursium in Lycophr. p. 259. sq. Almeloveenium in Strabon. X. p. 704. Spanhemium de U. et P. N. Diss. VII. p. 394. sq. Eckhelium Doctr. Numm. I. p. 132. sq. Liebelium in Archiloch. p. 235. sq. hic auctorem laudare Paschalium de Coron. X. 4. p. 675. „Fluvii, qui inter numina numerantur, effigiantur cornuti. Lycophroni Ocinarus fluvius est βουκέρως corniger propter violentiam. Atque adeo aiunt omnes fluvios ab Oceano deductos et in Oceanum refluos vocari cornua vid. Etym. κέρας (vel Schol. Apollon. Rhod. IV. 282. p. 590.)". Deinde pauca disseram in illa „lapsuque sonoro Pectora caeruleae rivis manantia barbae". Namque ex barba potissimum, quam caeruleam Statius finxit, ut Appuleius Met. IV. p. 308. „Portunus caerulis barbis", et Tiberini „os caeruleum" Ovidius l. d. et „lumina" Claudianus Cons. Prob. et Olybr. 214. „Illi glauca nitent hirsuto lumina vultu Caeruleis infecta notis reddentia patrem Oceanum", alii ap. Cuper. Apoth. Homer. p. 52. sq. conf. Heins. in Rapt. Pros. III. 11., ex barba fluviorum igitur, quemadmodum ex Nympharum papillis (Welcker. in indic. Philostrat. p. 755. not. 8. conf. Boettiger. Amalth. I. p. 304. not. Epigr. in Anthol. Lat. III. 192. p. 632. „Nunc mihi narretur tumidis Arethusa papillis", si verus antiquae scripturae coniector Ruhnkenius fuit ad Iul. Rufinian. p. 258.), aquarum rivi credebantur in

amnem confluere. Contestatur id Sophocles Trach. 13. Ἀχελῷος — βούπρωρος· ἐκ δὲ δασκίου γενειάδος κρουνοὶ διεῤῥαίνοντο κρηναίου ποτοῦ et Claudianus de Cons. Prob. et Olybr. 223. „in liquidos fontes se barba repectit". „Barbati autem vulgo maiores fluvii in antiquis nummorum aut lapidum monumentis, neque semper tamen, aut ii tantum, qui in mare delabebantur" Spanhem. in Callimach. h. in Del. 110. p. 413. Denique non ab re videtur Claudiani locum (Consul. Olybr. 209. sqq.), de quo singulatim quaedam attigimus, totum continentemque proponere, ad Statii exemplum satis apte congruentem: „Accepit sonitus curvis Tiberinus in antris Ima valle sedens arrectisque auribus haesit, Unde repentinus coeli fragor. Ilicet herbis Pallentes thalamos et structa cubilia musco Deserit ac Nymphis urnam commendat herilem. Illi glauca nitent hirsuto lumina vultu Caeruleis infecta notis reddentia patrem Oceanum: crispo densatur gramine colla. Vertice luxuriat toto crinalis arundo. — taurina levantur Cornua temporibus raucos sudantia rivos. Destillant per pectus aquae; frons hispidamanat Imbribus; in liquidos fontes se barba repectit". Ubi qui summopere Heinsio displicuerunt, „rauci rivi" Tiberis quippe in tam laetis rebus rauco murmure parum fauste adstrepentis, opinor, satis placuissent, si et „rivorum lapsu sonoro manantium" apud Statium et omissis iis, quae in Ovid. Met. II. 788. p. 157. a. ipse exprompsit, habuisset recordationem illorum locorum, in quibus raucitatis vocabulum interpretandum esse in mitiorem partem docuit in Claudian. Epithal. Celerin. 105. Talem igitur Statius repraesentavit Ismenum, quem antiquissimum deum loci Dissenius comm. p. 612. sensit haberi a Pindaro Hymn. fr. I. p. 560. Ἴσμηνὸν ἢ χρυσαλάκατον Μελίαν ἢ Κάδμον — ὑμνήσομεν; Poteratque doctus homo de numine Ismeni ac Dirces antestari Euripidem Bacch. 493. 500. πότνι' εὐπάρθενε Δίρκα — ὦ μάκαιρα Δίρκα et Aeschylum Sept. c. Theb. 259. ἐγὼ δὲ χώρας τοῖς πολισσούχοις θεοῖς, Πεδιονόμοις τε κἀγορᾶς ἐπισκόποις, Δίρκης τε πηγαῖς, οὐδ' ἄπ' Ἰσμηνοῦ λέγω — ὧδ' ἐπεύχομαι, quae sic Scholiasta p. 169. sq. enucleavit: οὐκ εἴρηκε καὶ τοῖς ἐν ταῖς πηγαῖς τῆς Δίρκης θεοῖς, ἀλλὰ ταῖς πηγαῖς τῆς Δίρκης μόνον ἔφη, τουτέστι ταῖς ἐν αὐταῖς κατοικούσαις Νύμφαις·

εἶτα — φησὶν οὐδ' ἀπ' Ἰσμηνοῦ λέγω, οὐκ ἀφαιρῶ τοῦ λόγου καὶ τῆς εὐχῆς τὸν Ἰσμηνὸν καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ θεούς. Incolebant enim patrium flumen (ut *πάτριον ὕδωρ* Asopi Naias ap. Nonn. VII. 225. 233. p. 214, 17. 25. et Hydaspis Nymphae ap. eundem XXIV. 30. p. 622, 6. XXIII. 274. p. 616, 26.) Nymphae quas vocant Ismenides, *κόρας* (Welcker. in Philostrat. p. 465. *Ἀσωπιάδες κόραι* Eurip. Herc. Fur. 765. *Ὑδασπιάδες* Nonn. XXXII. 286. p. 818, 7. *θυγατέρες Κύδνοιο* id. XXIV. 104. p. 626, 14. Callimach. h. in Del. 256.), fontium Ismeni custodes (*αἱ ἐν τοῖς νάμασι διατρίβουσαι Ναΐδες* Phrynich. *σοφιστ. προπαρασκ.* p. 17, 5. *περὶ τὰ ὕδατα καὶ περὶ τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰς πηγὰς τὰς Ναΐδας* Clem. Alexand. Admon. p. 39. C. Spanhem. in Callimach. h. in Dian. 15. p. 141. *ποταμίδες* Goens. in Porphyr. de Antr. Nymph. p. 102. Barth. in Stat. Theb. V. 519. p. 252. sqq.). De quibus meminit Statius Theb. IX. 319. „Gaudebat Fauno Nymphaque Ismenide natus Maternis bellare tener Crenaeus in undis" et 351. „At genitrix coetu glaucarum cincta sororum Protinus icta malo vitrea de valle solutis Exiliit furibunda comis ac verbere crebro Oraque pectoraque et viridem scidit horrida vestem" et 416. „Obvia cognatos gemitus casumque nepotis Nympharum docet una patrem", ubi Scholiasta Barthii p. 1003. „Nymphae Ismenides". Add. Nonn. XLIV. 144. p. 1146, 20. *Βάκχας — ἃς ἐνὶ Θήβῃ Ἰσμηνοῦ διεροῖσιν ἀκοντίζοντες ἐναύλοις Λῃΐδας Ἀονίης ποταμῆϊσι μίξατε Νύμφαις* et XLVI. 267. p. 1194, 33. *Δάκρυσι πηγαίοισι γέρων ἔκλαυσε Κιθαιρὼν Καὶ δρύες ὠδύροντο καὶ ἔκλαγον αἴλινα Νύμφαι Νηϊάδες.* Eaedem Dianae in Cithaerone versantis comites famulaeque erant, veluti tum, quum Actaeon deae lavationem impie speculatus est. Ovid. Met. III. 169. „Quo postquam subiit (ad Gargaphien) Nympharum tradidit uni Armigerae iaculum pharetramque arcusque retentos. Altera depositae subiecit brachia pallae. Vincla duae pedibus demunt. Nam doctior illis Ismenis Crocale sparsos per colla capillos Colligit in nodum, quamvis erat ipsa solutis". conf. Nonn. V. 309. p. 158, 10. *καὶ τὸν μὲν ἀνείμονος εἶδος ἀνάσσης Ὄμματι μοιριδίῳ δεδοκημένον, ὄμματι λοξῷ Νηϊὰς ἀκρήδεμνος ἀπόπροθεν ἔδρακε Νύμφη.* Quales Ladonides Nymphas (Claudian. in Sec. Stilich. Cons.

260. „casto genuit quas flumine Ladon") et in Creta dea ministras habuit Amnisides Nymphas, de quibus Meursius Cret. I. 6. p. 17. sq. Ceterum ut fere Graeci inclinato ad frequentanda alienarum regionum sacra animo erant (Staver. Add. ad Hygin. fab. CCXXV. p. 957.), Ismenidibus Nymphis apud exteros etiam honor constitit. In Attica enim apud Phlyenses earum aram fuisse proditum a Pausania est I. 31, 2. p. 140. *Φλυεῦσι δέ εἰσι — Ἀπόλλωνος Διονυσοδότου καὶ Ἀρτέμιδος Σελασφόρου βωμοὶ Διονύσου τε Ἀνθίου καὶ Νυμφῶν Ἰσμηνίδων καὶ Γῆς.* Ut verbo dicam, Ismenus apud Boeotos tam venerationem habuit, quam Graecorum ritu sacrum erat tribui fluviis patriis (Nic. Heins. in Ovid. Met. II. 637. p. 144. a.). Sic eum appellat Statius Theb. IX. 277. „hos ignis egentes Fert humus, hos pelago patrius iam detulit amnis", quemadmodum patrium Spartanorum fluvium Eurotam nuncupavit Valerius Flaccus IV. 229., Aegyptiorumque Nilum idem V. 421. memorans „ut Sesostris-clade suorum Territus hos Thebas patriumque reducat ad amnem, Phasidis hos imponat agris", et Sperchium ab Achille cultum ait Philostratus Vit. Apoll. Tyan. IV. 16. p. 152. *ποταμῷ γὰρ πατρῴῳ Σπερχειῷ χρήσασθαι*, in quibus quod summovi pravitatem scripturae *ποταμῶν γὰρ πρώτῳ Σπερχειῷ*, id ordine me fecisse comprobabo in libro quinto. Add. Nonn. XIII. 251. p. 366,7. XXIII. 189. p. 612,7. XXVII. 48. p. 702, 8. 704,1. XXXIII. 228. p. 834,2. (IV. 190. p. 122,19. *μητρώϊον ὕδωρ*) conf. Pisid. de Exped. Pers. Acroas. II. 317. p. 26. *Ξέρξης τὸ σεπτὸν αὐτῷ καὶ φίλον καὶ πάτριον ὕδωρ ἐμαστίγωσεν.* Quo pacto deprehendi indiligentiam, in qua merito Nonnus culpetur, apud quem Semele *δρόμον ἰθύνουσα βαθυσχοίνῳ παρὰ ποίῃ Γείτονος Ἀσωποῖο μετέστιχε πάτριον ὕδωρ* VII. 172. p. 210, 30.

Reverentiae autem, quam patrio fluvio Thebanos dixi assidue praestitisse, plura apparent documenta. Veluti quod in antiquo more institutoque Graecorum positum erat, ut nuptiali die patrio amne sponsus lavaretur, *σύμβολον*, ut verbis abutar Scholiastae Pind. Pyth. IV. 145. p. 354., *τοῦ ἐξ ὕδατος εἶναι πάντων τὴν αὔξησιν*, sive *κατὰ τὸ ἐν ποταμοῖς γόνιμον* Eustath. in Odyss. XI. 238. p. 1682,14. et Il. IV. 383. p. 487,8. et Wesseling. in Diodor. I. p. 49,50., ideo de

Polynice, qui Argis apud exteros matrimonium contraxerat, Iocasten his conquerentem fecit Euripides Phoen. 347. *ἀνυμέναια δ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη Λουτροφόρου χλιδᾶς· ἀνὰ δὲ Θηβαίαν Πόλιν ἐσιγάθη σᾶς ἔρωδος νύμφας* id est *θρηνοῦσαν — τὸν οὐ παρασχόντα λουτρὸν Ἰσμηνὸν* Plutarch. de Exil. XVI. p. 385. Vol. X. Quem locum proposuerunt Bosius Exercitt. Philolog. in Epist. ad Ephes. c. 5, 26. p. 185. et Wernsdorfius in Himer. Orat. XXIII. 3. p. 770. sq., a quibus pervagata ea consuetudo sic enarrata est, ut citra loquacitatis reprehensionem ego uti posse videar testificatione Scholiastae Eurip. l. d. p. 92. *εἰώθασι γὰρ οἱ νύμφιοι τὸ παλαιὸν ἀπολούεσθαι ἐπὶ τοῖς ἐγχωρίοις ποταμοῖς καὶ περιῤῥαίνεσθαι λαμβάνοντες ὕδωρ τῶν ποταμῶν καὶ πηγῶν, συμβολικῶς παιδοποιΐαν εὐχόμενοι, ἐπεὶ ζωοποιὸν τὸ ὕδωρ καὶ γόνιμον* et Etym. M. p. 343, 42. *ἐννεάκρουνος κρήνη Ἀθήνῃσι παρὰ τὸν Ἰλισσὸν — ἀφ' ἧς τὰ λουτρὰ ταῖς γαμουμέναις μετίασι* et p. 569, 2. (conf. Nonn. *ζωογόνα λοετρά* III. 84. p. 88, 32. XLVIII. 598. p. 1282, 28. *τελεσσίγαμος πηγή*) et Aeschinis Epist. X. p. 680. *νενόμισται — τὰς γαμουμένας παρθένους ἐπὶ τὸν Σκάμανδρον ἔρχεσθαι καὶ λουσαμένας ἀπ' αὐτοῦ τὸ ἔπος τοῦτο ὥςπερ ἱερόν τι ἐπιλέγειν,* quibuscum propter rem ab Iacobsio infeliciter tentatam (*λουσαμένας ἐ π' αὐτοῦ* ad Achill. Tat. p. 547.) contendo Herodot. libr. III. 23. *ἐπὶ κρήνην σφι ἡγήσασθαι ἀπ' ἧς λουόμενοι λιπαρώτεροι ἐγίνοντο* et Eurip. Electr. 798. *ἀρτίως ἡγνίσμεθα Λουτροῖσι καθαροῖς ποταμίων ῥείθρων ἄπο* et Callimach. h. in Del. 124. *λουσαμένας ἀπ' ἐμεῖο λεχωΐδας* (Meurs. in Lycophr. p. 177. *ἐπ'*) et Himer. Orat. XXI. 8. p. 742. *ἥλιος ἐξ ὠκεανοῦ λουσάμενος* et Nonn. XI. 40. p. 296, 25. Deinde Ismeniae aquae lavatione usus erat, quoties quis Manium sacris operaturus erat, ut Eteocles apud Stat. Theb. supra cit. II. 5. p. 171., vel caede et cruore squalebat, uti Cadmus apud Nonn. V. 4. p. 140, 2. *ὅτε δὴ πολέμων ὀφιώδεα λήϊα κείρων Κάδμος ὀδοντοφύτων καλάμην ἤμησε γιγάντων Σπένδων λύθρον Ἄρηϊ θαλύσια δηϊοτῆτος Φαιδρύνας ἑὰ γυῖα δρακοντοβότῳ παρὰ Δίρκῃ Δελφίδα βοῦν ἱέρευσε,* temeratusve et funestatus erat aut sepulcri contagione, ut Pythagoricus ap. Plutarch. de Gen. Socrat. VIII. p. 311. *ἐκεῖνον νυκτερεύσαντα περὶ τὸν τάφον τὸν Λύσιδος ἦγεν Ἐπαμεινώνδας πρὸς τὸν Ἰσμήνιον ἀπολουσό-*

μένον, aut somniorum diritate, qua nihil religiosius expiari solebat (Stat. Theb. IX. 574. 602. Burmann. in Propert. p. 579. Wyttenbach. in Eunap. p. 92. sq.), veluti Semele apud Nonnum loco, quem p. 212. notavi, p. 212,2. *εἰς ῥόον* (*Ἀσωποῦ*) — *ἀπεσείσατο τάρβος ὀνείρων*. Tum quemadmodum Laco saepe „lavitur patrios ad amnes" Valer. Flacc. IV. 229., ita Hercules Ismeni, puto, se „nudum praegelidis durando firmat in undis — et puram fractis bibit amnibus undam" Nemesian. Laud. Herc. 68. 74. Wernsd. Vol. I. p. 288. Fuit enim Hercules Thebarum alumnus, ut Pacatus ait in Paneg. Theodos. August. IV. 4. p. 249. Iaeg. Quid autem in Graeco Latinoque sermone tam tritum atque celebratum est, quam si quis in aliqua terra narratur habitare aut commorari, ut in eius regionis fluviis natare lavarive aut bibere eos dicatur? Quod genus ut paucis exemplis complectar, qula id plenius descripsit Nic. Heinsius in Ovid. Heroid. Epist. VII. 145. conf. Bosch. Anthol. Graec. IV. p. 193. sq. Bachmann. in Lycophr. 576. p. 135. Burmann. in Nemesian. Cyneg. 67. Lobeck. in Sophocl. Ai. 881. p. 369., apud Senecam in Phoeniss. 127. haec sunt: „Quisquis Eurotam bibis Spartenque fratre nobilem gemino colis" et eundem in Oedip. 427. „Qui bibit Gangem niveumque quisquis frangit Araxem" et Ovidium l. d., si, quod verum est, bene crevit Heinsius: Non patrium Simoenta bibes, sed Tibridas undas" et apud Statium Theb. III. 663. „sed prima ad classica quum iam Hostilem Ismenon galeis Dircenque bibemus: Ne mihi tunc, moneo, litatos atque arma volenti Obvius ire pares ventisque aut alite visa Bellorum proferre diem", quae Capanei bello in Thebanos fines proficiscentis verba reddunt atque referunt dictum Nestoris ap. Euphorion. fr. LXXV. p. 143. *οἱ δ'* (malim *Εἴθ'*) *οὔπω Σιμόεντος Ἀχαιΐδας ἄρσαμεν ἵππους* et Atoeae Scytharum regis ap. Clem. Alexandr. Strom. V. p. 561. B. „*μὴ βλάπτετε προςόδους ἐμὰς, ἵνα μὴ ἐμαὶ ἵπποι ὑμέτερον ὕδωρ πίνωσιν. Συμβολικῶς γὰρ ὁ βάρβαρος τὸν μέλλοντα πόλεμον αὐτοῖς ἐπάξεσθαι παρεδήλωσεν.* Add. Senec. Med. 745. „Tantalus securus undas hauriat Pirenidas" id est Corinthum adventet. Nonn. XXIV. 201. p. 632,12. *οὐ πίομαι πατρῷον ἐμόν ποτε πικρὸν Ὑδάσπην.* III. 342. p. 104,26. *καὶ Φρυγίῳ Σεμόεντι θαλύσια δῶκε κο-*

μάων Θυμβραίου ποταμοῖο πιὼν ἀλλότριον ὕδωρ et p. 106, 13. XXVI. 70. p. 680, 12. *καὶ Δίρκῃ παρέμιμνε λιπὼν πατρῷον Ὑδάσπην Ἀονίου ποταμοῖο πιὼν Ἰσμήνιον ὕδωρ* et XXVII. 78. p. 700, 31. III. 188. p. 96, 4. *καὶ ῥόον Ἑπταπόροιο πιὼν καὶ ῥεύματα Ῥήσου Γνωτῷ κλῆρον ἔλειπεν ἔχειν* id est „quum possedisset Troianum regnum ultro cessit". Itaque quia Thebis nati esse creduntur Bacchus et Hercules, Ismeni aquas deorum altrices dixit Statius Theb. IX. 342. „Sacrum amnem, sacrum (et miser experiere) deumque Altrices irrumpis aquas" et 426. „Huncne mihi, superum regnator, honorem, Quod — Dotalesque rogos deceptaque fulmina vidi Praecipuosque alui natorum? an vilis et illis Gratia? ad hunc certe repsit Tirynthius amnem; Hac tibi flagrantem Bromium restinximus unda" et v. 439. „Nec te admonet altrix Unda tuasque manus iam pridem oblite parentum Liber?". Rursus „Dirces alumnum" Bacchum idem appellavit Silv. I. 4, 21. uti Pindarus Herculem Pyth. IX. 88. *κωφὸς ἀνήρ τις, ὃς Ἡρακλεῖ στόμα μὴ παραβάλλει, Μηδὲ Διρκαίων ὑδάτων ἀὲ μέμναται, τά νιν θρέψαντο καὶ Ἰφικλέα*, quem deum Statius scripsit ad Ismenum repsisse (Barth. p. 1004. Wernsdorf. ad Maximian. Eleg. I. 220. p. 307. Pacat. Paneg. Theodos. IV. 5. p. 249. „geminis Delos reptata numinibus"). Indidem perspicuum fit Horatium Carm. IV. 2, 25. „Multa Dircaeum levat aura cycnum" re concinere, verbis discrepare cum Acindyno solutae orationis scriptore ap. Boivin. Elog. Niceph. Gregor. p. LXX. *ἐκείνην ἐγὼ τὴν ἐπιστολὴν ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς* (Olymp. IV, 2.) *τοῦ Θηβαίου ποιητοῦ συντεθῆναι νενόμικα* et Themistio Orat. VII. p. 101, 15. *κατὰ τὴν Θηβαίαν λύραν*, quo modo Corinthium Aristophanem Pirenes alumnum atque Athenienses doctores Callirrhoes potores praedicavit Libanius Vol. I. p. 447, 9. *Χεῖρα δρεξον (ὦ βασιλεῦ) ἀνδρὶ πεπονηκότι, λόγων ἡμμένῳ, μεμυημένῳ Πειρήνης τροφίμῳ, Δωριεῖ, Κορινθίῳ* et Epist. DCXXXI. p. 301. *Τιτιανὸς δὲ ὅτι μὲν ἡμῶν ἔσται μᾶλλον ἢ τῶν ἐκ τῆς Καλλιῤῥόης πινόντων οἶδα.* Quamquam esse intelligo, qui eruditionis suae inutiliter prodigi Pindarum prope Dircen ante portas Neistas habitasse doceant, ut de Pindar. Isthm. V. 74. comm. p. 583. Dissenius scripsit. Alterius modi ex-

empla sunt Nemesiani de Laud. Hercul. 68. „nudum praegelidis durando firmat in undis" et Nonni VII. 188. p. 212,13. (*Σεμέλη*) — *στέρνον ἐπιστορέσασα ῥεέθρῳ Ποσσὶν ἀμοιβαίοισιν ὀπίστερον ὤθεεν ὕδωρ* et Euripidis Phoen. 368. *χρόνιος ἰδὼν — γυμνάσιά θ' οἷσιν ἐνετράφην Δίρκης θ' ὕδωρ,* quibus similia sunt Statii Achill. I. 628. „quaerisne meos, Sperchie, natatus Promissasque comas? an desertoris alumni Nullus honos?" et Silv. II. 6,46. „talem Ledaeo gurgite pubem Educat Eurotas" et Senecae Oedip. 427. „qui niveum frangit Araxen (conf. Sil. Ital. III. 457. VIII. 555. Lucan. VIII. 374. Mitscherlich. in Horat. Carm. I. 8,8. p. 102.) et ea, quae posuit Burmannus ad Gratii Cyneg. 314. Ut porro dicam, reveniendum ad lavationes est. Et omissis quidem locis, qualis Ovidii est Heroid. Epist. II. 90. „nec te mea regia tanget Fessave Bistonia membra lavabis aqua" et Prudentii contr. Symmach. II. 606. „Quos Tagus aurifluus, quos magnus inundat Iberus, Corniger Hesperidum quos interlabitur et quos Gangis alit tepidique lavant septem ostia Nili" (conf. id. ap. Gronov. in Senec. Herc. Fur. 886. „colonos, quos Iberus alluit") aliqua de eo more disseram, quo partus ex matris utero editi statim aqua plerumque patrii fluvii ablui solebant, quem morem exposuerunt Salvagnius in Ovid. Ib. 227. p. 53. sq. Casaubonus in Capitolin. vit. Clod. Albin. IV. p. 689. Burmannus in Anthol. Lat. T. I. p. 12. conf. Spanhem. in Callimach. h. in Del. 41. p. 357. Beckmann. in Auscult. Mirab. XCIII. p. 190. Nonn. XXXVIII. 147. p. 974,6. *νέα παππώοισιν ἐφαιδρύνοντο λοετροῖς.* Bacchum igitur fulmine ex matris utero eiectum immersum Euripides scribit in Dircen Bacch. 493. *πότνι', εὐπάρθενε Δίρκα, „Σὺ γὰρ ἐν σαῖς ποτε παγαῖς τὸ Διὸς βρέφος ἔλαβες, Ὅτε μηρῷ πυρὸς ἐξ ἀθανάτου Ζεὺς Ὁ τεκὼν ἥρπασέ νιν* conf. Hippolyt. 556. *ὦ Θήβας ἱερὸν Τεῖχος, ὦ στόμα Δίρκας, Συνείποιτ' ἄν, οἷον Ἁ Κύπρις ἕρπει. Βροντᾷ γὰρ ἀμφιπύρῳ τοκάδα Τὰν Διογόνοιο Βάκχου Νυμφευσαμέναν πότμῳ Φονίῳ τε κατεύνασε,* restinctum Ismeni unda (nam parvi refert, utrum flumen afferatur) Statius Theb. IX. 428. Alii hoc memorant, nec caussa latet, factum esse in Cissusa fonte agri Haliartii. Plutarch. vit. Lysandr. XXVIII. p. 170. *ἐβάδιζον — ὑπὸ τὴν κρήνην τὴν*

Κισσοῦσαν προςαγορευομένην· ἔνθα μυθολογοῦσι τὰς τιθήνας νήπιον ἐκ τῆς λοχείας ἀπολοῦσαι τὸν Διόνυσον. καὶ γὰρ οἰνωπὸν ἐπιστίλβει τὸ χρῶμα καὶ διαυγὲς καὶ πιεῖν ἥδιστον, quem locum quam temere decreverint Dacierius et Dodwellus Vol. I. P. II. p. 32. Tilphossae fonti assignare nunc non otium est exponendi. Conf. Krus. Hellad. Vol. II. P. I. p. 479. sq. Illud contra moneam unum, eiusdem Cissusae iterum a Plutarcho usurpatam memoriam esse in Amator. Narrat. I. p. 70. Vol. XII. *κόρη κατὰ τὰ πάτρια ἐπὶ τὴν Κισσόεσσαν καλουμένην κρήνην κατῄει ταῖς νύμφαις τὰ προτέλεια θύσουσα.* Notitia porro illius consuetudinis et observatione veteres grammatici eo ducti sunt, ut ad fluviorum ripas mulieres autumarent id, quod ex deo concepissent, peperisse cummaxime. Unde *Ἀμνησοῖο λεχώϊον ὕδωρ* Nonnus VIII. 115. p. 230, 14. dixit, Lactantius in Stat. Theb. I. 575. „Morem habent poetae, ut ex diis genitos super fluminum ripas memorent esse conceptos, ut facilis nimirum possit esse ablutio", Servius in Virg. Aen. I. 617. p. 97. „Aeneas circa Simoin fluvium natus est. Deae enim vel Nymphae enituntur circa fluvios vel nemora". De Dirce autem, qua tincto Baccho mundiorem nitidamque faciem redditam fuisse dixi, hoc videor recte afferre: quia esset ille corpore tam egregie figurato, ut post Apollinem omnibus excelleret aliis, tantaque in eo pulcritudinis vis, ut mulierum amoribus excitandis nemo aptior vel haberetur vel vocaretur (testis est Schoenius de person. in Eurip. Bacch. hab. scen. c. II. p. 11.), iccirco creditum a Bacchi usque memoria fuisse Dircaeae aquae lavacro humani corporis colorem exhilarari omnemque formae honorem conservari atque augeri peculiariter. Namque de Thebanarum mulierum venustate sic accepimus, ut formosissimas tota Graecia eas fuisse conveniat, de qua re deinceps locus erit plenius disputandi. Atqui hancce laudem ex frequenti Dircaearum aquarum usu ducendam esse liquido iudicavit et affirmavit Nicetas Choniata de Manuel. Comn. II. p. 99, 19. *οὐδὲ τῶν σωμάτων αὐτῶν τῶν ὑπ' αὐτοῦ καλαμωθέντων* (scrib. *καλαμευθέντων*) *ἀπέσχετο, ἀλλὰ καὶ τούτων ἀριστίνδην τὸ προῦχον συλλαβὼν, τῶν τε γυναικῶν ἀποκρίνας, ὅσαι τὸ εἶδος καλαὶ καὶ βαθύζωνοι καὶ τοῖς νάμασι πολλάκις τῆς καλλικρούνου Δίρκης λουσάμεναι καὶ τὰς*

κόμας διευθετισάμεναι (scrib. διευθετησάμεναι) — οὕτως ἐκεῖθεν ἀνάγεται. Eandemque in partem nescio an spectet Philostratus, utinam in declaranda fontis natura disertus, vit. Apollon. Tyan. III. 17. p. 108. Ἐλθόντες οὖν ἐπὶ πηγήν τινα ὕδατος, ἣν φησιν ὁ Δάμις ἰδὼν ὕστερον ἐοικέναι τῇ ἐν Βοιωτοῖς Δίρκῃ, πρῶτα μὲν ἐγυμνώθησαν. εἶτα ἐχρίσαντο τὰς κεφαλὰς ἠλεκτρώδει φαρμάκῳ· τὸ δὲ οὕτω τι τοὺς Ἰνδοὺς ἔθαλπεν, ὡς ἀτμίζειν τὸ σῶμα καὶ τὸν ἱδρῶτα χωρεῖν ἀστακτὶ καθάπερ τῶν πυρὶ λουομένων, εἶτα ἔῤῥιψαν ἑαυτοὺς ἐς τὸ ὕδωρ καὶ λουσάμενοι ὧδε πρὸς τὸ ἱερὸν ἐβάδιζον ἐστεφανωμένοι καὶ μεστοὶ τοῦ ὕμνου.

Verum ut haec, quae de Dircaeo fonte tamquam pulchritudinis adiumento explicavimus, non tam certa sint quin addubitari queant, illud verissime defendo, fuisse Dircen a Bacchi ortu et praesentia semper sanctissimam habitam clarissimamque Bacchicorum sacrorum celebritate. Notum in vulgus est enim spatiis praecipue silvestribus ac montuosis, vicissitudine collium valliumque distinctis, fontium frigore recentibus, speluncarum denique obscuritate augustis Bacchas esse delectatas, in quam rem Schoenius l. d. p. 119. cap. X. magis quam Eudocia Viol. p. 121. uti debuerat loco Polyaeni de monte Mero sic loquuti I. 2. p. 12. τῆς γὰρ αὐτοῦ γενέσεως ὑπομνήματα ἐνταῦθα πηγαὶ πολλαὶ, ἡδεῖαι, πυκναὶ, θῆραι περισσαὶ, ὀπῶραι ἄφθονοι, χιόνες ἀκαψύχουσαι. Qua locorum opportunitate Cithaeronem insigniter commendabilem fuisse et in quinto libro fusius disputabimus et supra demonstravimus, ubi de Dircaei fontis situ et antro Bacchi Corycio singula diligenter et considerate persequuti sumus. Itaque cum Cithaerone pulcherrimus fons Baccho omnibusque, qui orgia celebrarent, ab initio fuit gratissimus sanctissimorumque rituum conscius. Et fuerat Dirce regina, quoad vita suppeditavit, Baccharum initiis cum maxime dedita. Testis est Pausanias IX. 17, 4. p. 62. ἡ γυνὴ τοῦ Λύκου Διόνυσον θεῶν μάλιστα ἦγεν ἐν τιμῇ et quem Moserus supra inscientiae compertus comm. in Nonn. VIII. 239. p. 181. noverat, Hyginus fab. VIII. p. 26. „In eundem locum Dirce per bacchationem Liberi illuc delata est". Quapropter non abhorret suspicio, quia et tralaticium est et contestatum multorum scriptorum testimoniis a Casaubono

in Lamprid. Heliogab. VII. p. 805. sq. Boissonadio in Planud. Metam. p. 465. Huschkio in Tibull. II. 5,66. p. 378. sq. intpp. Gregor. Corinth. p. 184. cum fanaticorum sacerdotum tum Baccharum summum quendam animi impetum sumentium esse comas diffundere, excutere, iactare, vere igitur videor verba ex Pacuvii Antiopa servata a Probo in Virg. Aen. XII. 605. p. 82. (Both. fr. 10. p. 104.) haec: „cervicum floreos dispergite crines" adscribere Dircae ad Ordionis stabula per bacchationem Liberi delatae et thyasum ad movenda sacra instiganti. Ita enim mulierum bacchantium descriptionem exordiens Euripides in Bacch. 648. *αἱ δ' ἀποβαλοῦσαι θαλερὸν ὀμμάτων ὕπνον ἦνξαν ὀρθαί, θαῦμ' ἰδεῖν εὐκοσμίας, Νέαι, παλαιαὶ, παρθένοι τ' ἔτ' ἄζυγες. Καὶ πρῶτα μὲν καθεῖσαν εἰς ὤμους κόμας Νεβρίδας τ' ἀνεστείλαντ'.* Atque ipse „non erubescit Bacchus effusos tener Sparsisse crines" Senec. Herc. Fur. 474. vid. Schol. et Valckenar. in Phoen. 793. p. 293. sq. Schoen. de pers. in Bacch. hab. scen. cap. X. p. 112. sqq. Nonn. VII. 92. p. 206, 16. *Βασσαρίδων δὲ φάλαγγα φιλεύϊον ὑψόθεν ὤμων Ἄπλοκον αἰθύσσουσαν ἐς ἠέρα μεσσάδα* (scrib. *λυσσάδα*) *χαίτην*, ut XII. 352. p. 348, 4. *σείοντες ἐς ἠέρα θυιάδα χαίτην.* Conf. Schol. Plutarch. vit. Alexandr. (c. 2.) ap. Bandin. Laurent. Bibl. Catalog. II. p. 624. *αἱ βάκχαι — αἱ μετὰ βοῆς καὶ ἐκπλήξεως περιϊοῦσαι διὰ τὸ εἶναι κάτοχοι ἃς καὶ γεγωνοκόμους καλεῖ ἀπὸ τοῦ γεγωνώσκειν καὶ θορυβεῖν τὴν κόμην*, quem erroris convinco testibus Suida p. 1077,2. Hesychio p. 807. et Albertio not. 9. Eustathio in Hom. Il. XII. 337. p. 909,7. ap. Lobeck. in Aiac. 175. p. 145. ed. alt. et Paralip. Diss. IV. p. 464. *ἐλέγοντο δὲ καὶ γεγωνοκῶμαι γυναῖκες αἱ κώμας ἐμπιπλῶσαι βοῆς.* Nec deus honori sacerdotis defuit suae, qui et Antiopae furorem obiecit (Pausan. IX. 17,4. p. 62. *παθούσης δὲ αὐτῆς* (*Δίρκης*) *τὰ λεγόμενα Διόνυσος νεμεσᾷ τῇ Ἀντιόπῃ· ἐπίφθονοι δὲ ἀεί πως παρὰ θεῶν αἱ ὑπερβολαὶ τῶν τιμωριῶν εἰσι· λέγουσιν οὖν Ἀντιόπην μανῆναι καὶ ἐκστᾶσαν τῶν φρενῶν ἀνὰ πᾶσαν πλανᾶσθαι τὴν Ἑλλάδα*) et illius misere discerptum corpus in fontem solvit. Hygin. fab. VII. p. 24. „Ex cuius corpore in monte Cithaerone fons est natus, qui Dircaeus est appellatus, beneficio Liberi, quod eius baccha fuerat". Unde simul hoc

manifestum est, quo loco a Seneca explicatur, quid in mulieres Bacchus valuerit et quid potuerint mulieres Baccho commotae, Oedip. 484. „Ore deiecto petiere terram Thermodontiacae graves catervae Positisque tandem levibus sagittis Maenades factae. Sacer et Cithaeron sanguine undavit Amphioniaque caede; Proetides silvas petiere et Argos Praesente Bacchum coluit noverca", ex eo loco Amphioniam caedem, qua perempta fuerat Dirce, quam caedem cum Iacobo Gronovio Bothius meditatur, removendam esse, admittendam aut Echioniam secundum Grotium aut Actaeoniam. Vid. Corollar. VIII. Ergo de Dirce commode usurpo, quae de fonte illo a Narcisso adamato Philostratus Imagg. I. 23. p. 797. *καὶ οὐδὲ ἀβάκχευτος ἡ πηγὴ τοῦ Διονύσου οἷον ἀναφήναντος αὐτὴν ταῖς Ληναῖς. ἀμπέλῳ γοῦν καὶ κιττῷ ἕρπεται καὶ ἕλιξι καλαῖς καὶ βοτρύων μετέσχηκεν, ὅθεν οἱ θύρσοι.* Quid quod Dircen tum, quum omnis rerum natura Bacchi in Boeotiam iamiam adventantis signa daret, saltavisse memorat Nonnus loco a Schoenio l. d. c. V. p. 47. perstricto magis quam pertentato, Dionys. XLIV. 10. p. 1138, 18. *Ἀσωπὸς δ' ἐχόρευε πυρίπνοα χεύματα σύρων Καὶ προχοὰς ἐλέλιξε, σὺν Ἰσμηνῷ δὲ τοκῆϊ Κυπλάδας αἰθύσσουσα ῥοὰς ὠρχήσατο Δίρκη,* cum quo ultro subit contendere tum LXVII. 13. p. 1202, 19. *Ἴλισσὸς δ' ἐλέλιζε περὶ πτόλιν ἔμπνοον ὕδωρ Κυδαίνων Διόνυσον, ὁμοζήλῳ δὲ χορείῃ Εὔϊον ἐκρούοντο μέλος Κηφισίδες ὄχθαι* tum Eurip. Herc. Fur. 761. *Ἰσμηνῷ στεφανοφορίαν Ξεσταί θ' ἑπτα-πύλου πόλεως Ἀναχορεύσατ' ἀγυιαὶ Δίρκα θ' ἁ καλλιῤῥέεθρος Σύν τ' Ἀσωπιάδες κόραι Πατρὸς ὕδωρ βᾶτε λιποῦσαι συναοιδοὶ Νύμφαι τὸν Ἡρακλέους Καλλίνικον ἀγῶνα.* Longe abest, ut hic saltationes omnino edisseram, quarum quasi quaedam necessaria ad sanctitatem accessio nulli umquam bacchanalium celebritati deesse debebat et commemoratio sociata maximam partem est cum orgiorum descriptionibus. De quibus quia alia fiet copia explicatius commentandi, nunc delego rei discendae studiosis tres de multis, Rittershusium in Oppian. Cyneg. I. 27. p. 6. Perizonium in Aelian. Var. Histt. III. 40. p. 230. sq. Schwarzium Misc. Polit. Hum. c. III. 12. p. 84. sq. conf.

Nonn. II. 640. p. 78, 27. Ὑδρηλοῖς δὲ πόδεσσιν ἕλιξ ὠρχήσατο Κύδνος Ζηνὸς ἀνευάζων διερῷ βρυχήματι νίκην. In eam potius partem quaerendum est, quo intendens Nonnus Dircen fecerit choreas in orbem agentem. Quales accepimus et cognovimus ex Spanhemio in Callimach. h. in Dian. 267. p. 312. sq. et Perizonio in Aelian. Var. Histt. X. 6. p. 62. sq. fuisse eas choreas, quae circa aras cum aliorum deorum tum Bacchi semper solitae sint peragi. Praeclare igitur Nonnus, quod sub Bacchi adventum, cuius ad id tempus neque arae nec sedes ullae Thebis colerentur, Dircen cum Ismeno patre finxit circa patriam dei urbem quam rotundissime formatam (ut testis est etiam Scholiasta Par. Lycophr. 1204. p. 247. ἐν Θήβαις ταῖς Βοιωτικαῖς τόπος — περιῤῥεόμενος ὑπὸ Ἰσμηνοῦ καὶ Δίρκης) incitatiore aquarum impetu pulsuque assultasse. Quam similitudinem videmus in Himerii Orat. XVI. 2. p. 684. σὲ δὲ Νηρηΐδων ἁλιπορφύρων χοροὶ ἄκροις ἐπισκιρτῶντες τοῖς κύμασι κύκλῳ περὶ πᾶσαν χορεύουσι. Nereides enim, Wernsdorfius ait, Constantinopolin ambientes sunt aquae marinae urbem undequaque cingentes, ut ea paeninsulae speciem praebeat". Eodem modo multitudinem amnium et aquaeductuum circa Smyrnam celebrat Aristides T. I. p. 471. χοροὶ νυμφῶν ἐν αὐτῇ τε καὶ περὶ αὐτὴν χορεύουσι. Quibus addere licet oraculum ap. Socrat. Hist. Eccles. IV. 8. p. 177. C. ἀλλ' ὅτε δὴ νύμφαι δροσερὴν κατὰ ἄστυ χορείην Τερπόμεναι στήσωνται ἐϋστεφέας κατ' ἀγυιάς, quod „de lymphis vel nymphis choreas agitantibus in canali, per quam ducebantur, et nymphaeum vel ὑδρεῖον in foro constituentibus intelligendum et exponendum esse" Salmasius ait in Capitolin. Gord. tert. XXXII. p. 131. Ergo tum quidem ipsa Dirce Bacchicis motibus indulsit; reliquo tempore vacabant ibi saltationi tum puellae aquatum missae, de quarum more dixit Lobeckius Aglaoph. p. 285., tum Bacchae Dircaei fontis vicinia, ut memoravi, imprimis semper delectatae στεφανηφόροι θίασοι (Schoen. l. d. c. X. p. 100.), quemadmodum est in Eurip. Bacch. 500. σὺ δέ μ', ὦ μάκαιρα Δίρκα, Στεφανηφόρους ἀπωθῇ Θιάσους ἔχουσαν ἐν σοί. — Ἔτι σοι τοῦ Βρομίου μελήσει. Unde Dirces fluenta (ἀλλὰ

σὺν ὑμετέροις Σατύροις καὶ θυιάσι Βάκχαις Λίρκης λεῖπε ῥέεθρα) Bacchus relinquere iubetur ab infenso rege Pentheo Nonn. Dionys. XLVI. 25. p. 1180, 22., qui se minitatus erat cum Baccho Bacchas mersurum esse Ismeni undis, fluvii Bacchicae religionis nomine non minus celebrati XLIV. 141. p. 1146, 17. Ἕλκετε Βασσαρίδας μανιώδεας ἐνθάδε Βάκχας Ἀμφιπόλους Βρομίοιο συνήλυδας, ἃς ἐνὶ Θήβῃ Ἰσμηνοῦ διεροῖσιν ἀκοντίζοντες ἐναύλοις Λῃΐδας Ἀονίης ποταμῆσι μίξατε νύμφαις et V. 165. p. 1148, 8. ἠέ μιν αὐτοκύλιστον ἀλυσκάζοντα καλύψω Κύμασιν Ἰσμηνοῖο. De Ismeno autem quod dixi si forte adhuc est suspiciosum, perspicuum faciet tum idem Nonnus XLVI. 172. p. 1190, 4. Μύστιδες εἰς σκοπέλους Ἰσμηνίδες ἔλθετε Βάκχαι tum Statius IX. 476. „Unde haec, Ismene, repente Ira tibi? quove has traxisti gurgite vires Imbelli famulate deo solumque cruorem Foemineis experte choris, cum Bacchica mugit Buxus et insanae maculant trieterida matres"? conf. Achill. II. 152. „Iamque movent gressus thyasisque Ismenia buxus Signa dedit", et maxime Theb. IX. 434. „Ille ego clamatus sacris ululatibus amnis, Qui molles thyrsos Bacchaeaque cornua puro Fonte lavare feror". Atque huius loci tamquam fundamento licet in ea disputatione uti, qua rem involutam aperturus sum et minime apud doctos homines pervulgatam. In animo est enim quam verissime expedire de lavationibus, quarum plurimum fuisse apud bacchantes homines usum quoniam facile efficitur, dici non potest quanta in eo vertatur vis per universam illam religionem diffusa. Etenim Bacchus in quamcunque devenit terram sive per bonam gratiam sua sacra proferens sive bello perdomiturus gentes immanitate barbaras suoque numini infestas vel ferox devictis hostibus, nullo umquam tempore intermisit ablutione corpus curare aut reficere fecitque exemplo suo, ut qui sacris ipsius initiati essent, circa fluviorum ripas virides et opacas orgia agitare amarent bacchationumque ardorem minuerent et quasi temperarent aquarum frigore, quemadmodum deum fama erat infantem ex mediis ignibus in Dircen illatum fuisse. Id multis apparet documentis. Nam praeter Thebanos amnes, quibus lotas mulieres Seneca Med. 80.

„quas Aonius latex — lavat", purgatosque Statius l. d. scribit thyrsos sanguine modo hostium, nunc bestiarum squalidos („Eoo rorantes sanguine thyrsos" Valer. Flacc. V. 76., unde sua sumpsisse video Nemesianum Cyneg. 21. „sacrilego rorantes sanguine thyrsos". conf. Ovid. Met. III. 712. Stat. Theb. IX. 478. Eurip. Bacch. 719. vel Plutarch. Sympos. I. 1, 3. p. 7. Vol. XI. *μαινάδες — τοῖς θυρσαρίοις παίουσαι τοὺς ἐπιτιθεμένους τραυματίζουσιν*), praeter Ismenum igitur celebratur eo nomine Callichorus ab Ammiano Marcellino XXII. 8, 23. p. 282. „Praetercursis partibus memoratis Aulion antrum est et fluenta Callichori ex facto cognominati, quod superatis post triennium Indicis nationibus ad eos tractus Libor versus circa huius ripas virides et opacas orgia pristina reparavit et choros" et Valerio Flacco V. 75. „Praeterit et festa vulgatum nocte Lyaei Callichoron. nec vana fides. his Bacchus in undis Abluit Eoo rorantes sanguine thyrsos. Illum post acies rubrique novissima claustra Aequoris hic resides thiasos, hic aera moventem Udaque pampinea nectentem cornua vitta Nunc etiam meministis aquae; Boeotia qualem Thyas et infelix cuperet vidisse Cithaeron" et Himerio Eclog. XIX. 3. p. 266. *ἐπεὶ δὲ ἐν ὄροις Καππαδοκῶν ἦσαν ἀγόμενοι, σκηνοῦσι μὲν ἐπὶ τῷ χείλει τοῦ ποταμοῦ — δεῆσαν δὲ τοῖς νάμασι λούσασθαι κ. τ. λ.* conf. Wernsdorf. p. 264. sq. Sed omnium creberrime commemorantur Hermus et Pactolus, uti ab Claudiano Rapt. Proserp. II. 67. „aut quales referunt Baccho solemnia Nymphae Maeoniae, quas Hermus alit, ripasque paternas Percurrunt auro madidae" conf. de Sec. Cons. Stilich. 61. „Quae sic aurifero Pactoli fonte tumescit Lydia, cum domitis apparuit Evius Indis"? et ab Seneca Oedip. 466. „Divite Pactolus vexit te Lydius unda Aurea torrenti deducens flumina ripa" et Statio Silv. III. 3, 60. „Smyrna tibi gentile solum potusque verendo Fonte Meles Hermique vadum, quo Lydius intrat Bacchus et aurato reficit sua cornua limo" et Nonno X. 143. p. 276, 27. *Ἥσυχα παφλάζοντι δέμας φαίδρυνε λοετρῷ Μαιονίου ποταμοῖο· χαριζόμενος δὲ Λυαίῳ Πακτωλὸς κελάρυζε χέων χρυσοσπόρον ὕδωρ Πορφυρέαις ψαμάθαισι — Καὶ Σάτυροι παί-*

ζοντες ἐν ἠέρι ταρσὰ μεθέντες Εἰς ποταμὸν προχέοντο κυβιστητῆρι καρήνῳ et 169. p. 278, 20. καὶ θεὸς ὀρθώσας κεφαλὴν καὶ στέρνα πετάσσας χεῖρας ἐρετμώσας χρυσέην ἐχάραξε γαλήνην· Καὶ ῥόδον αὐτοτέλεστον ἀκύμονες ἔπτυον ὄχθαι Καὶ κρίνον ἐβλάστησε καὶ ἠόνας ἔστεφον Ὧραι Βάκχου λουομένοιο καὶ ἀστράπτοντι ῥεέθρῳ Ἄπλοκα κυανέης ἐρυθαίνετο βόστρυχα χαίτης et XI. 38. p. 296, 25. ὄφρα σε, Bacchus inquit, Πακτωλοῖο λελουμένον ἐκ ποταμοῖο, Ἄμπελε, φαιδρύνοιμι καὶ ἀργυρέοισι ῥεέθροις Ἕρμος ἐϋῤῥείτης ἑτέροις Σατύροισι μελέσθω. Οὐ γὰρ ἀπὸ χρυσοῖο φέρει ῥόον conf. XLIII. 440. p. 1136, 30. Quippe fama quamquam obscurior manavit Pactolum, si Nonno credis, sin reliquis, Hermum Pactolumque Baccho potissimum auro gratificari, in quam sententiam Claudianus in Sec. Cons. Stilich. 227. haec habet: „Auratos Rhodiis imbres nascente Minerva — Indulsisse Iovem perhibent, Bacchoque paternum Iam pulsante femur mutatus palluit Hermus In pretium" et Nonnus XLIII. 409. p. 1134, 32. ἐχεκτεάνων δὲ μετάλλων Ἤλυθεν ἴκελα δῶρα γέρων Πακτωλὸς ἀείρων Χερσὶ φυλασσομένῃσιν, ὅτι πρόμον ἔτρεμε Λυδῶν Βάκχον ἑὸν βασιλῆα. Sed satis de hoc. Itaque liquet, quid sibi Euripides velit his Bacch. 140. ὦ ἴτε Βάκχαι Τμώλου χρυσορόου χλιδὰ, Μέλπετε τὸν Διόνυσον Βαρυβρόμων ὑπὸ τυμπάνων, ubi quod vitium resedisse in vocabulo χλιδά pridem existimavi ita tollendum ὦ ἴτε Βάκχαι Τμώλου χρυσορόου χλιδάν (conf. Coroll. XXI.), animadversum nuper est et eodem modo remotum a Seyfferto in Miscell. Crit. in Progr. Reg. Paedag. Hal. 1837. p. 67. sq. Eius verba (quid enim illo eloquentius et disertius?) huc transcribam: „Obstabat artis lex, quominus in Reiskii vel potius Victorii coniectura temere acquiescerem: Aldus enim χλιδῇ. Augebat scrupulum illa cogitatio, quod loci amoenitate excitari Bacchas multo magis ex re esse videbatur, quam aliis quibuscunque blanditiis compellari. Atque reputanti mihi in mentem veniebant Androm. v. 2. ἕδνων σὺν πολυχρύσῳ χλιδῇ. Phoeniss. v. 357. Pors. ἀνυμέναια δ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη λουτροφόρου χλιδᾶς: denique quod rectissime Brunckius ibid. v. 230. ex membran. revocavit κόμας ἐμᾶς παρθένιον χλιδάν. Horum igitur

exemplorum similitudine confirmatus animo non dubitavi coniecturam hanc proponere: *ὦ ἴτε Βάκχαι Τμώλου χρυσορόον* (?) *χλιδάν* id est pergite in Tmoli auriferum decus". Adiiciam primum, quo vis atque usus vocis *χλιδή* amplius patescat, Nonni Dionys. XLVI. 142. p. 1188, 7. *ἁβρὰ νάματα Λίρκης* conf. XVII. 303. p. 480, 18. *οὐ πίες ἁβρὰ ῥέεθρα μελισταγέος ποταμοῖο* et XL. 365. p. 1038, 15. et XLI. 225. p. 1064, 29. *κοῦραι δ' ἁβρὰ λοετρὰ χορίτιδες Ὀρχομενοῖο — ἀρύοντο* et Philostrat. Imagg. II. 8. p. 822. *ὁ Μέλης — παρεχόμενος εἶδος ἁβρόν* et Schol. Eurip. Phoen. 224. p. 66. *παρθένων χλιδὰν ἢ αὐτὴν τὴν Καστα-λίαν φησὶ, παρόσον παρθένων μόνον ἐστὶ λουτρόν.* Alterum quod subiungam, gravius est. Arbitror enim non de Pactolo loqui Euripidem, verum de fluvio Tmolo. Nec fides vana. Habeo enim eius opinionis non leve firmamentum quod afferam, positum illud in Theophrasti verbis de Lap. XLVII. p. 698. *εὑρίσκονται δὲ τοιαῦται πᾶσαι ἐν τῷ ποταμῷ Τμώλῳ,* quod nomen Coraio Pactolum substituenti merito suspectum esse quam recte dicat Schneiderus T. V. p. 525., argumento etiam Hesychius est p. 1397. *Τμῶλος· ὄρος καὶ ποταμός.*

Postremo quod flumina saepe regiones indicant, ut Burmannus edocuit ad Grat. Cyneg. 314., Ismenum Dircenque pro Thebis et Thebano agro memorare scriptores quam maxime soliti sunt. Quem ad modum Pindarus loquutus est Isthm. I. 29. *ἀθρόοις ἀνδησάμενοι θαμάκις Ἤρνεσιν χαίτας ῥεέθροισί τε Λίρκας ἔφανεν καὶ παρ' Εὐρώτᾳ πέλας* et Nem. XI. 36. *συμβαλεῖν μὰν εὐμαρὲς ἦν τό τε Πεισάνδρου πάλαι Αἶμ' ἀπὸ Σπάρτας — καὶ παρ' Ἰσμηνοῦ ῥοὰν κεκραμένον Ἐκ Μελανίππποιο μάτρωος.* Blomfieldi tamen de Olymp. VI. 12. *ἐν δίκᾳ — Ἄδραστος φθέγξατο* hoc scribendi genus commenti in gloss. ad Sept. c. Theb. 585. p. 160. *ἐν Λίρκᾳ* quam inconsiderata sit temeritas, illa nescio an consulto a Boeckhio et Dissenio praetermissa, ne copiosius exponam, satis sit totum locum descripsisse: *τὶν δ' αἶνος ἕτοιμος, ὃν ἐν δίκᾳ Ἀπὸ γλώσσας Ἄδραστος μάντιν Οἰκλείδαν ποτ' ἐς Ἀμφιάρηον Φθέγξατ' ἐπεὶ κατὰ γαῖ' αὐτόν τέ νιν καὶ φαιδίμας ἵππους ἔμαρψεν. Ἑπτὰ δ' ἔπειτα πυρᾶν νεκρῶν τελεσθέν-*

των Ταλαϊονίδας Εἶπεν ἐν Θήβαισι τοιοῦτόν τι ἔπος. Deinde afferam Euripidem Iph. T. 390. *τίνες ποτ' ἄρα τὸν εὔυδρον Καὶ δονακόχλοα λιπόντες Εὐρώταν Ἢ ῥεύματα σεμνὰ Δίρκας* et Phoen. 238. *χορὸς γενοίμαν ἄφοβος Παρὰ μεσόμφαλα γύαλα Φοί – βου Δίρκαν προλιποῦσα* et Suppl. 58. *παράπεισον δὲ σὸν, ὃν λισσόμεθ', ἐλθεῖν Τέκνον Ἰσμηνὸν, ἐμάν τ' εἰς χέρα θεῖναι Νεκύων θαλερῶν Σώματα λάϊνον τάφον.* conf. 1221. *Ἰσμηνοῦ πόλις*, ut Pindar. Olymp. XIII. 61. *ἄστυ Πειράνας*. tum Senecam Herc. Fur. 334. „quidquid Ismenos rigat" et „Dircaea moenia" Herc. Oet. 140., Dionysium Perieg. 393. *κεῖθι γὰρ εἰς ὀφίων σκολιὸν δέμας ἠλλάξαντο, Ὀππότ' ἀπ' Ἰσμηνοῦ λιπαρὸν μετὰ γῆρας ἵκοντο* sive Avien. Descript. Orb. Terr. 543. „postquam liquerunt Ismeni fluminis undam", Statium Theb. II. 433. „felicibus Argos Auspiciis Lernamque regas. Nos horrida Dirces Pascua". conf. X. 890. „Lernam Thebasque rependit". Item Ismenium Dircaeumque usurparunt quidvis Thebanum, quod liquido traditum est in lexico graecolatino vet. p. 490, 54. „*Θηβαία*, Aonia, Dircaea". Veluti Statius Theb. I. 673. II. 307. Polynicem vocat Ismenium heroem, generum Dircaeum IV. 75., exulem VI. 913. Dircaeumque Gyan memorat idem II. 160. et Amyntam VIII. 438. Dircaeum bellum IV. 647. agmina XII. 5. Dircaeam alam X. 466. campum VI. 907. agrum Achill. I. 14. greges Theb. IV. 763., hospitem Ismenium, Ismenides Ovidius ap. Nic. Heins. in Metam. IV. 561. Dircaea tela Claudianus de IV. Cons. Honor. 533. *Ἰσμηνίδα ἱμάσθλην* Nonnus XXVII. 162. p. 926, 32. *Ἀονίου καλάμοιο Ἰσμήνιον ἠχώ* idem XII. 151. p. 336, 2.; quid, quod Iosephus Iscanus vocem illam, quam apud Statium Theb. II. 429. (conf. VIII. 510. Virg. Aen. VI. 617.) Eteocles pertinacia et nimia dominandi cupiditate, ut si quis unquam, elatus effatur, Dircaeam appellavit de bell. Troi. II. 187. „Sic interfatur et illud Dircaeum! memorat: teneo longumque tenebo". Deinde perscribere attinet Ismeni memoriam fuisse eo frequentatam, quod apud Boeotos homines plurimo usu recepta essent nomina a patrii fluvii vocabulo ducta. Quale est illud Ismenias, de quo Nicephorus Basilaca Ethop. VII. 11. p. 494, 5. *Ἰσμηνίας*

ἐγὼ ἀπ' Ἰσμηνοῦ καλοῦμαι, Θήβης εἰμὶ πολίτης, ἐκεῖθεν ἔχω καὶ τοὔνομα, μή μοι καὶ τὴν κλῆσιν ἀποσυλήσῃς et Stephanus Byzantius loco in libro Rehd. emendatius sic prodito (p. 223, 30.): ἔστι καὶ Ἰσμηνὸς ποταμὸς Βοιωτίας, ἀφ' οὗ Ἰσμήνιος Ἀπόλλων καὶ Ἰσμηνίας (al. Ἰσμήνια) et Scholiasta Aristoph. Acharn. 965. (953.) ὃν δὲ εἶπεν ἄνω Ἰσμηνίαν, νῦν Ἰσμήνιχον ὁ Θηβαῖος καλεῖ, tum Ἰσμηνία Aristoph. Lysistr. 698., deinde (ὁ δεῖνα) Ἰσμεινίηος Corp. Inscr. Gr. 1578. p. 761., Σαμίαο Ἰσμεινιάταο Θειβήω 1593. p. 776., denique Ἰσμηνόδωρος Θηβαῖος 1542. p. 711. Plutarch. de Gen. Socr. XIII. p. 320. Vol. X. Ἰσμηνοδώρα Lucian. Dial. Meretr. V. p. 218. Vol. VIII. Plutarch. Amator. II. p. 3. Vol. XII., quod appellationis genus tetigit Lobeckius Paralip. p. 48.

CAPUT VII.

DE MELIA ET RELIQUIS THEBANI AGRI FONTIBUS.

Venio ad Meliam identidem nobis iam memoratam. Quem fontem testatus est Scholiasta Pindar. Pyth. XI. 5. p. 417. ἔστι δὲ (Μελία) καὶ πηγὴ ὁμώνυμος τῇ ἡρωΐδι. Fuerat ea Melia, a qua fonti nomen factum est, Oceani filia, Ismeni soror aut mater eius, si fides est Pausaniae IX. 10, 5. p. 37. Ἀπόλλωνι δὲ παῖδας ἐκ Μελίας γενέσθαι λέγουσι Τήνερον καὶ Ἰσμήνιον et 26, 1. p. 91. πεδίον ἐστὶν ἐπώνυμον Τηνέρου μάντεως, ὃν Ἀπόλλωνος παῖδα εἶναι καὶ Μελίας νομίζουσι et Straboni IX. p. 413. T. III. p. 467. μυθεύεται δ' (Τήνερος) Ἀπόλλωνος υἱὸς ἐκ Μελίας. De qua narrantium discrepatione quo pacto existimandum videatur, supra demonstravi II. 3. p. 132. sq. Ceterum quemadmodum Ismenus Niobae et Amphionis filius nomen ex patrio fluvio habuit, sic a Melia fonte appellatam fuisse verisimile est Meliam eiusdem Niobae

filiam, de qua Pherecydes fr. XXIX. p. 131. ap. Schol. Phoen. 159. p. 46. meminit. Complures autem Melias (nihil enim dico de Dionys. Anapl. ap. Gyll. de Bosp. Thrac. II. 2. p. 274. D. „sinus a quodam heroe indigena nuncupato Melia nomen adeptus") in nostram notitiam memoria litteris servata perduxit conf. Burmann. in Valer. Flacc. IV. 119. Namque et suo certo ac proprio vocabulo Pholi Centauri matrem Meliam nominatam volunt ab Apollodoro II. 5, 4. p. 120. *Κενταύρῳ Φόλῳ Σιληνοῦ καὶ Νύμφης Μελίας παιδί* dissentiente a Pindaro fr. 57. p. 585. *Ναΐδος ἀκοίτας Σειληνός* (quam rem ambiguam faciunt et Scholiasta Apollon. II. 990. p. 516. *Ἁρμονία νύμφη Ναΐς*, Pausanias VIII. 4, 2. p. 279. *συνοικῆσαι αὐτὸν νύμφῃ Δρυάδι ἔλεγον*, Apollodorus I. 9, 6. p. 44. *Μάγνης δὲ Αἰόλου γαμεῖ νύμφην Ναΐδα* et I. 7, 6. p. 30. *Ἐνδυμίωνος δὲ καὶ (Σηΐδος Νύμφης ἢ) Νηΐδος ἢ ὥς τινες Ἰφιανάσσης* et III. 14, 6. p. 269. *Ἐριχθόνιος — Πασιθέαν Νηΐδα νύμφην ἔγημεν*, auctor libelli de fluviis XXII. 1. p. 468. *Ὠκεανοῦ καὶ Ναΐδος νύμφης παῖς* et quae subinde dicemus), et Agenoris filiae Meliae, quam duxit Danaus, meminit Pherecydes ap. Schol. Apoll. Rhod. III. 1186. p. 565. fr. XV. p. 105., et Meliam Oceani filiam, Inachi uxorem, prodiderunt qui laudati sunt a Munckero in Hygin. fab. CXLIII. p. 211. et Heynio nott. ad Apollod. II. 1, 1. p. 239., et in commemoratione Meliae Bithynidis, ex qua Neptunus Amycum procreavit, nos infra versabimur. Sed quantumvis notum sit pervulgatumque hoc nomen, factum tamen est, ut in aliquot veterum librorum exemplis reperiatur mendosius scriptum, veluti apud Apollodor. II. 1, 1. p. 76. *Μελίσσης* offendimus et in Moscov. libr. Strab. l. d. *Μελείας* idemque in Etymol. M v. *Ἀπία* p. 122, 12., iam a Munckero in Hygin. Geneal. p. 4. correctum, *Αἰγιαλέως τοῦ υἱοῦ Ἰνάχου τοῦ ἐν Ἄργει ποταμοῦ καὶ Μελείης τοῦ Ὠκεανοῦ* (Schol. Apoll. Rhod. Paris. III. 1186. p. 262. *Μελίη*) et Milie, Melite apud Valer. Flacc. IV. 119., tum Melopes, Meropes in duobus Monacc. libris Lactant. in Stat. Theb. III. 353. p. 134. C., dein *Μέλας* in scriptione de lyricis Anecd. Boiss. IV. p. 458. *μέλη ἤτοι ἀπὸ Μέλας τοῦ Ὠκεανοῦ θυγατρὸς, καθὰ Λυσανίας φησίν*, cuius vitii

animadversione admoneor de loco Frontonis Epist. ad Anton. de Oration. IV. 1, 17. p. 127. „Clipeo te Achillis in orationibus .. *μάλα* .. [pugnare] oportet, non parmulam ventilare neque hastulis histrionum ludere", de quo sic sentit Buttmannus: „Nemo graecis istis litteris fidem habeat. Post Achillis clypeum Patrocli hastam aliquo modo significatam fuisse puto cf. Il. *π*. 130. sqq." Quid plura? in oculos incurrit eum ad dicendum in utramque partem instructissimum a Frontone iudicari, qui orationis suae impetu memoriam repraesentare videatur clypei Achillis atque „valido vibratae lacerto" (Ovid. Heroid. III. 125.) illius hastae a Chirone quondam in monte Pelio caesae (Synes. Encom. Calvit. p. 76. B. Eustath. in Iliad. XVI. 142. p. 1050, 31.), qua nihil per omne tempus fuit illustriore laude celebratum. Himer. Orat. V. 11. p. 490. *Ὅμηρος — νῦν μὲν λύραν ποιεῖ, νῦν δὲ μελίαν λαμβάνοντα.* Eustath. Epist. XXXIII. p. 340, 84. *πέτοιτο κατὰ τὴν ἱστορουμένην Θετταλικὴν μελίαν.* Sotad. ap. Hermog. *περὶ ἰδεῶν* p. 229, 18. *Πηλιάδα* (sic pro *πελειάδα* Fiorill. in Herod. Attic. p. 65. v. Schol. Il. XXI. 133. p. 592.) *μελίην σείων.* Iacobs. in Philostr. Imagg. p. 248. Burmann. in Ovid. Met. XII. 79. Fuit etiam quoddam Nympharum genus, cui Meliae nomen ab Melia Oceani filia traductum auctore Callimacho, ap. Schol. Apollon. Rhod. II. 4. p. 449. fr. CCCCIV. p. 425. *Μελίαν φησὶν αὐτὴν διὰ τό τινας τῶν Νυμφῶν Μελίας καλεῖσθαι ἀπὸ Μελίας τῆς Ὠκεανοῦ, ὥς φησι Καλλίμαχος*, quae pertinere ad hymn. in Iov. 47. perperam arbitratus est Spanhemius Obss. p. 18. conf. Hesych. p. 565. *μελία· δένδρου εἶδος· ἀπὸ Μελίας Ὠκεανοῦ*), quarum quidem nympharum naturam demonstrant Tzetza in Hesiod. Theogon. 187. p. 488, 23. *Μελίας διὰ τὸ ἅμα τοῖς δένδρεσι γενέσθαι ἢ διὰ τὸ ἐν ὄρεσι δενδροφόροις ἀναστρέφεσθαι* et Eustathius in Iliad. XX. 321. p. 1210, 40. *δῆλον δ' ὅτι καὶ νυμφῶν ὄνομα αἱ Μελίαι — αὐτὸ δὲ καθ' ὁμωνυμίαν τῶν δένδρων, οἷς μυθικῶς ἔχαιρον ἐκεῖναι* et Nonnus XVI. 235. p. 452, 4. *Ἔννεπεν ἄγχι φύτοιο· δι' εὐπετάλου δὲ κορύμβου Φθόγγους εἰςαΐουσα γυναιμανέος Διονύσου Ἀρχαίη Μελίη φιλοκέρτομον ἴαχε φωνήν.* Atque harum in numero Thebana nympha a Callimacho habita est hymn. in Del. 79.

Φεῦγε καὶ Ἀονίη τὸν ἕνα δρόμον· αἱ δ' ἐφέποντο Δίρκη τε Σεροφίη τε μελαμψηφῖδος ἔχουσαι Ἰσμηνοῦ χέρα πατρός· ὁ δ' εἵπετο πολλὸν ὄπισθεν Ἀσωπὸς βαρύγουνος, ἐπεὶ πεπάλακτο κεραυνῷ· Ἡ δ' ὑποδινηθεῖσα χοροῦ ἀπεπαύσατο νύμφη Αὐτόχθων Μελίη καὶ ὑπόχλοον ἔσχε παρειὴν Ἥλικος ἀσθμαίνουσα περὶ δρυὸς, ὡς ἴδε χαίτην Σειομένην Ἑλικῶνος, ex quo loco illud *Ἀσωπὸς βαρύγουνος* et Dirces nomen esse transferendum in Nonni versus Callimacho assimilatos XXVII. 280. p. 716, 5. *ὁππότε Πηνειοῖο φυγὰς ῥόος, ὁππότε Σειρὴν Μητέρα σὴν ἀπέειπεν, ὅτε δρόμον εἶχε καὶ αὐτὸς Ἀσωπὸς βαρύδουπος ὀπίστερον ἴχνος ἑλίσσων* mihi suaseram, antequam idem suasisse Cunaeum p. 140. novi. Putat Spanhemius p. 377., atque inter Spanhemium Muellerumque Orchom. p. 148. not. 2. et reliquos convenit, cadere illos versus in Nympham Thebani fontis incolam, sed numquam ego adductus sum, ut crederem. Quid enim? illum poetam num quisquam recte coarguit uspiam fuisse tam excordem tamque praecipitem, ut secum ipse pugnaret et non modo non cohaerentia inter se diceret, sed maximo disiuncta atque contraria? Quid autem tam pugnat, quam Naidem, cuius vita tenetur fonte, ingenti angi sollicitudine ac metu, ne subita ruina collabatur arbor, quae credita semper sit domus esse Hamadryadis Nymphae? Vides igitur Callimachum non Thebanam Naidem, verum loquutum esse, ut recte putat Scholiasta eius (*Μελίη· οὐκ ἐστι κύριον, ἀλλ' ἁπλῶς εἴρηται περὶ πάσης μελίας*), Boeotiam Hamadryadem, quod nomen in loco, qui nonnullam habet similitudinem, usurpatum invenio ab Nonno XLIV. 12. p. 1138, 20. *Ἀσωπὸς δ' ἐχόρευε πυρίπνοα χεύματα σύρων Καὶ προχοὰς ἐλέλιξε, σὺν Ἰσμηνῷ δὲ τοκῆϊ Κυκλάδας αἰθύσσουσα ῥοὰς ὠρχήσατο Δίρκη Καὶ ποτέ τις δρυόεντος ἀναΐξασα κορύμβου Ἡμιφανὴς ἐλίγαινεν Ἁμαδρυὰς ὑψόθι δένδρου Οὔνομα κυδαίνουσα κορυμβοφόρου Διονύσου· Πηγαίη δ' ὁμόφωνος ἀσάνδαλος ἴαχε νύμφη.* Add. Corollar. XXII. Huc accedit, quod non domi apud Thebanos natam Meliam fama ferebat, sed ab Apolline ex patria sede raptam adductamque Thebas, quam quum Caanthus frater recipere nequisset, ausus Apollinis Ismenii luco delubroque ignes in-

ferre, ut produnt, periit sagittis a deo confossus. Pausan. IX. 10, 5. p. 37. *πρὸς ταύτῃ τῇ κρήνῃ (Ἄρεως) τάφος ἐστὶ Καάνθου· Μελίας δὲ ἀδελφὸν καὶ Ὠκεανοῦ παῖδα εἶναι Κάανθον λέγουσι, σταλῆναι δὲ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ζητήσοντα ἡρπασμένην τὴν ἀδελφήν· ὡς δὲ Ἀπόλλωνα εὑρὼν ἔχοντα τὴν Μελίαν οὐκ ἐδύνατο ἀφελέσθαι, πῦρ ἐτόλμησεν ἐς τὸ τέμενος ἐνεῖναι τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦτο ὃ νῦν καλοῦσιν Ἰσμήνιον καὶ αὐτὸν ὁ θεὸς, καθά φασιν οἱ Θηβαῖοι, τοξεύει.* Ex qua narratione id ipsum colligi potest, cuius faciliorem coniecturam attulit Pindarus Pyth. XI. 4. *Κάδμου κόραι, Σεμέλα μὲν Ὀλυμπιάδων ἀγυιᾶτις, Ἰνώ τε Λευκοθέα ποντιᾶν ὁμοθάλαμε Νηρηΐδων Ἴτε σὺν Ἡρακλέος ἀριστογόνῳ Ματρὶ πὰρ Μελίαν χρυσέων ἐς ἄδυτον τριπόδων Θησαυρὸν, ὃν περίαλλ' ἐτίμασε Λοξίας Ἰσμήνιον δ' ὀνύμαξεν*, situm fuisse Meliam fontem propter collem, qui Ismenii Apollinis vocabatur, quam coniecturam fecit Spanhemius reliquis laudatus. Conf. II. 4. p. 137. Memini Thierschium domi in toro sedentem, cum ego essem una, (perfruebar autem tum iucundissimo otio honestissimoque, quod optimorum praeceptorum beneficio mihi contigerat) tum incidere summum virum memini in eius libelli mentionem, quo nonnulla de Thebarum portis commentatus eram, in eaque mentione versantem cum multa tum illud narrare: prope Ismenium collem visi fontem largissimae aquae, qui vix ex terra emissus rotis octo novemve molarum deinceps obiter versandis sufficiat; eum sibi videri Dircaeum fontem esse". Nec plane ab his discordant, qui ante Thierschium Boeotiam lustraverant, uti Whelerus Voyag. T. II. p. 379. „hunc clivum, inquit, credo eum esse, qui Ismenius appellabatur, in quo infimo parvus rivus est orientem versus decurrens". conf. Holland. Trav. p. 332. Krus. Hellad. p. 486. 487. Verum enim vero quoniam Dircen, unde Dirce et Ismenus fluvii concipiuntur, in monte Cithaerone fuisse in comperto est, fontem, qui prope collem Ismenium fluit, apparet atque extat esse Meliam, eodem quo Ismenum Dircenque patre genitam. In quam rem non sane incommode videor addere locum illum (conf. Boeckh. Explic. Pyth. XI. p. 337.), quo de Ismeni atque Meliae necessitudine Pindarus sic commemoravit fragm. 5. p. 560.

Ἰσμηνὸν ἢ χρυσηλάκατον Μελίαν Ἢ Κάδμον ἢ Σπαρτῶν ἱερὸν γένος Ἢ τὰν κυανάμπυκα Θήβαν — ὑμνήσομεν. Hic ambiget aliquis, quid illa sibi velit aurea colus, quam convenientius erat Minervae tribui. Pausan. VII. 5, 4. Vol. III. p. 153. *ἔστι δὲ ἐν Ἐρυθραῖς καὶ Ἀθηνᾶς Πολιάδος ναὸς καὶ ἄγαλμα ξύλου μεγέθει μέγα καθήμενόν τε ἐπὶ θρόνου καὶ ἠλακάτην ἐν ἑκατέρᾳ τῶν χειρῶν ἔχει καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πόλον.* Quali colo insignem cum Latonam finxit Pindarus Nem. VI. 37. *χρυσαλακάτου ποτὲ Καλλίας ἀδὼν Ἔρνεσι Λατοῦς* eandemque, opinor, ap. Schol. Vatic. Rhes. 895. p. 483. (Hermann. Opusc. V. p. 196.) *χρυσαλακάτου τεκέων,* tum Dianam Homerus Iliad. XVI. 183. XX. 70. Odyss. IV. 122., auctor hymn. Homer. XXVII. 1., Sophocles Trachin. 638., unde praeter alios grammaticos auctor libelli de XII. deorum epithetis p. 29. Creuz. Melett. I. *Ἐπίθετα Ἀρτέμιδος — χρυσηλάκατος θεά,* quem libellum ignorat Creuzerus ab Iriartio ante descriptum e cod. CXXV. biblioth. Matrit. p. 537. sq. Deinde, id quod ad caussae, quae agitur, contestationem non mediocriter aptum est, Amphitriten *χρυσηλάκατον* facit Pindarus Olymp. VI. 104. *χρυσαλακάτοιο πόσις Ἀμφιτρίτας* Nereidasque Nem. V. 36. *κατένευσέν τέ οἱ ὀρσινεφὴς ἐξ οὐρανοῦ Ποντίαν χρυσαλακάτων τινὰ Νηρεΐδων πράξειν ἄκοιτιν.* Nec latet eius rei caussa, quam expedivit Vossius in Virgil. Georg. IV. 334. p. 844. Namque domesticorum, quae diligentissimae quaeque mulieres obeunt, negotiorum cura tantum abfuit ut a dignitate divinae naturae aliena esse existimaretur, ut veterum uno et constanti iudicio in summa cum aliarum tum virginum dearum laude poneretur. Quam laudem habent Nymphae ab Homero Odyss. XIII. 107. *ἐν δ' ἱστοὶ λίθεοι περιμήκεες, ἔνθα τε Νύμφαι Φάρε' ὑφαίνουσιν ἁλιπόρφυρα, θαῦμα ἰδέσθαι* et Virgilio Georg. l. d. „At mater sonitum thalamo sub fluminis alti Sensit. Eam circum Milesia vellera Nymphae Carpebant hyali saturo fucata colore Drymoque Xanthoque — Clioque et Beroë soror Oceanitides ambae —. Inter quas curam Clymene narrabat inanem Volcani Martisque dolos et dulcia furta Aque Chao densos divom numerabat amores. Carmine quo captae dum fusis mollia pensa Devolvunt, iterum ma-

ternas impulit aures Luctus Aristaei" et Ilia ab Claudiano in Prob. et Olybr. Cons. 224. „Palla graves humeros velat (Tiberini), quam neverat uxor Ilia percurrens vitreas sub gurgite telas". Quam pallam his descripsit Virgilius Aen. VIII. 34. „Huic deus ipse loci fluvio Tiberinus amoeno Populeas inter senior se attollere frondis Visus. Eum tenuis glauco velabat amictu Carbasus". Atque hoc genus vestium fuisse fluviorum tamquam proprium testem habeo Servium in l. d. p. 450. „Quod ait tenuis glauco velabat amictu Carbasus, docet quaedam sacra pure a linteaceis debere fieri. Carbasus autem genus lini est; linum vero, ut ait Plinius, melius irrigatione fluminum quam pluvia nascitur. Ideo et vestis linea fluminibus tamquam propria datur" et in XII. 169. p. 66. „Est autem vestis, qua festis diebus uti consueverant sacra celebraturi, linea et purpurea. Purpurea maris vicem ad piandum praebet, linum vero fluminis, quia, cum vere primum in Oriente (primum oriente) flumen inundasset, sponte sua linum natum esse Plinius Secundus dicit". Quae de eadem re scripta a Nonio 14, 28. sunt in hanc sententiam: „Carbasus, pallium quo fluvii amiciuntur vel opulentiae caussa, ut sericum aut lino tenui", ea Lindenbrogio Obss. Var. Lectt. in Lactant. Stat. p. 730. b. A., qui coniecturam suam „quo fluxi amiciuntur" praeoptavit librorum scripturae, prudentius neque ad veritatem tamen satis apposite Cramerus in Schol. Iuven. VIII. 168. p. 334. in hanc speciem reformavit: „Carbasus, qua fluvii amiciuntur vel pallium opulentiae caussa aut sericum aut lino tenui". Equidem puto me Nonio affatim satisfacere hac correctione: „Carbasus, pallium, quo fluvii amiciuntur vel opulenti; ex ea caussa aut sericum aut lino tenui", quam subiecit simillimus et paene ad litteram congruens Lactantii locus in Stat. Theb. VII. 658. p. 344. A. „carbasus, qua fluvii amiciuntur vel divites; sericum est aut certe linum tenue". Quis enim ambigat sic recte redintegrari istud „fusi", quod editum nunc legitur, aut „flusi", quod liber Lindenbrogii et duo Monacenses, quos ipse inspexi, exhibent? Quum igitur linearum potissimum vestium confectio videatur Nymphas occupatiores habuisse, nolo

tamen eius loci, quem ex Plinio exscriptum habet Servius, occasione sic abuti, ut Dianam quemadmodum montium (Spanhem. in Callimach. h. in Dian. 18. p. 145. sq. Ruhnken. ap. Koen. in Gregor. Cor. p. 307. sq.), sic fluviorum (Staveren. in Albric. VII. p. 911. Reiff. in Artemidor. p. 371.) fontiumque (Iebb. in Aristid. T. I. p. 322, 1.) dominam fuisse fusius exponam, aut Latonam referam et lacum, qui in Delo Orbiculatus dicitur (*τροχοειδής*, non *βροχοειδής*, quae Meursii sententia est in Lycophr. p. 256.; vid. vel Wesseling. in Herod. II. 170. p. 400. Seidler. in Eurip. Iphig. Taur. 1074. p. 149.), suo numine tuitam et Xanthum fluvium scalpendo in Lycia elicuisse, ut auctor est Quint. Smyrn. XI. 21. Illuc praevertar, quod qui partim eorum, quae nunc proposui, subtiliter perpolivit Boeckhius nott. crit. in Pindar. Nem. VI. 37. p. 535. et Explic. Olymp. VI. 104. p. 163. sq., in illo numero Iunonem fuisse docuit ad Nem. I. d. interposita Homeri auctoritate Iliad. XX. 70. *Ἥρη δ' ἀντέστη χρυσηλάκατος.* Quod quum haud omnino ad fidem difficile iccirco iudicassem, quia *Ἥρα ἐφεῦρε στολισμόν*, ut est in Append. Monument. ad Recogn. S. Clem. IV. 1. p. 335. B., subinde reminiscebar Boeckhio rem commenticiam tradendi caussam ex eo fuisse, quod perperam transscripserat versum Homericum, qui sic habet: *Ἥρῃ δ' ἀντέστη χρυσηλάκατος, κελαδεινὴ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα, κασιγνήτη Ἑκάτοιο.* Itaque re consulta et explorata liquet, quanto ea in errore versentur, quae exprompsit auctor Etym. M. p. 424, 28. *ἠλακάτη — καὶ τὸ βέλος· ὅθεν καὶ χρυσηλάκατος ἡ χρυσῷ βέλει χρωμένη, καλλίτοξος* et *Συναγ.* Bachm. Anecd. I. p. 417, 26. sive Suid. T. III. p. 691. *Χρυσηλάκατος ἢ καλλίτοξος ἢ χρυσότοξος* aliique, quos attulit Boeckhius in Olymp. p. 164., et Scholiasta Soph. Trachin. 630. p. 159. *χρυσαλακάτου) ἐν Εὐβοίᾳ τιμᾶται χρυσότοξος Ἄρτεμις* et Cyrillus c. Iulian. II. p. 53. D. *ἢ γὰρ οὐχὶ — ὀνομάζουσι — Ἀπόλλωνα τὸν ἥλιον καὶ χρυσηλάκατον Κελαδεινὴν τουτέστιν Ἄρτεμιν τὴν σελήνην;*

Deinceps transeam ad perdifficilem et perobscuram quaestionem, quae de Ovidii loco est hoc (Amor. III. 6, 25.):

Inachus in Melic Bithynide pallidus isse
Dicitur et gelidis incaluisse vadis.

Ubi haec Ciofanus: „Verbum Inachus et alterum Melia de mendo mihi suspecta sunt —; numquam enim reperias, ut quidem puto, Meliam Bithynidem ab Inacho fuisse amatam, nisi accipias Inachum, cum fluvius sit, pro Neptuno. Huius Meliae Bithynidis mentio est apud Apollonium Rhod. II. (4. *Βιθυνὶς Μελίη*). De Neptuno et Bithynide, ex qua ille Amycum suscepit, ita Hyginus fab. 17. „Amycus fuit Neptuni et Melies filius, Bebryciae rex". Mentio item est apud Apollodorum I." (9,20. p. 59. et apud Valerium Flacc. IV. 118. Serviumque in Virg. Aen. V. 573. p. 332. et Lactant. in Stat. Theb. III. 353., quos Nic. Heinsius et Burmannus adiecerunt; atque apud Probum in Virg. Georg. III. 1. p. 366. „Ascanii fluminis Nympha Melia Eunicae partus est" et Schol. Plat. Legg. VII. p. 452. *Ἄμυκος δὲ Ποσειδῶνος καὶ νύμφης Βιθυνίδος ἢ Μελίας*, in quo exarando nomine similiter lapsi sunt librarii atque in vocabulo Priami et Priapi apud Strabon. XII. p. 565. T. V. p. 168. et in Pselli carmine v. 1168. Boiss. I. p. 223.). „Sed omnia, Ciofanus ait, ab hoc loco aliena esse mihi videntur". Cuius sententiae lubentissime me profiteor subscriptorem. Leve hoc et transeundum, quod „Melien interpretari nonnullis (ut Spanhemio in Callimach. h. in Iov. 47. p. 18.) libuit quasi nomen generi Nympharum commune *ἀπὸ τῆς μελίας* ut Dryada et Hamadryada", quo de aliter statuit Brunckius in Apollon. Rhod. l. d. p. 249. „mihi placet *Βιθυνίς* nomen proprium et *Μελίη* appellativum; quoad primum consentit Apollodorus I. 9,20. *Ἄμυκος Ποσειδῶνος παῖς καὶ Βιθυνίδος*. Potior in his veterum Graecorum auctoritas, quam Latinorum poetarum, quorum nonnulli in diversa abierunt ut Ovidius Am. III. 6. „Melie Bithynide". Sed enim intelligenti iudicio pronunciatum facile dispicio esse hoc ab auctore Electt. Eton. p. 249. (Ovid. T. IV. Burmann.) „Bithynis (parco enim sententias aliorum meis verbis corrumpere aut praeter necessitatem amplificare) Bithynis Melie nympha, inquit, mater ex Neptuno Amyci Bebrycum regis. Sed haec longe ab Inacho. Res est ignota. Si locus est corruptus, ut in obscuris fit, coniecerit aliquis legendum: Melia Boeotide seu Melia Ismenide. Melia scilicet fons est prope Thebas Boeotias ac Diva eodem nomine soror Ismeni. Ista lectio sicunde confirmari pot-

est, habebit saltem Inachus, quod amet in sua Graecia". Eius iudicii, qualecunque est (est autem circumspectum certe, ut dixi, ob eam caussam, quod Bithynis Melia narrata est nulla nec verisimiliter narrari potuit extra illam Amyci matrem), eius igitur iudicii cito ut doctum hominem poeniteret vix futurum fuisse existimo, si compertum is habuisset prope Eleonem Boeotiae urbem fuisse fluvium Inachum. De quo memoria extat haec Plutarchi memorati ab Oberlino in Vib. Seq. p. 136. Quaestt. Graec. cap. XLI., quo exponitur *πόθεν ἐν τῇ Βοιωτίᾳ περὶ τὸν Ἐλέωνα ποταμὸς Σκάμανδρος ὠνομάσθη*, p. 401. Vol. VIII. *τὸν μὲν Ἴναχον ποταμὸν ἀπ' αὐτοῦ (Σκαμάνδρου) Σκάμανδρον — ὠνόμασεν.* Quamquam ego longe absum, ut Ovidium credam ordinis, quem per fluvios amori deditos ducit, initium capessivisse ab Inacho Boeotiae amne ignobilissimo. Inde reputanti mihi, quae de Nili, Alphei, Pyrami amoribus supra explicavi, et Ovidii verba multum consideranti, si quam illorum fluviorum et Inachi similitudinem pervidere liceret, permagnum pondus accessit ad tollendam dubitationem locus Sophoclis, cuius in mentem venit, positus ap. Strab. VI. p. 271. T. II. p. 266. sq. *φέροντα δ' ὑπὸ γῆν ποταμοὶ πολλοὶ καὶ πολλαχοῦ τῆς γῆς, — καὶ τὰ περὶ τοῦ Ἰνάχου μυθῷ παραπλήσια· Ῥεῖ γὰρ ἀπ' ἄκρας Πίνδου (φησὶν ὁ Σοφοκλῆς) Λάκμου τ' ἀπο Περῤῥαιβῶν Εἰς Ἀμφιλόχους καὶ Ἀκαρνᾶνας, Μίσγει δ' ὕδασιν τοῖς Ἀχελῴου. (καὶ ὑποβὰς) Ἔνθεν ἐς Ἄργος διὰ κῦμα τεμὼν Ἥκει δῆμον τὸν Λυρκείου.* Fuerunt haec ex Inacho fabula petita (fragm. 265. p. 42. Dind.), cui, quoniam sic occasio tulit, contribuam verba Schol. Bav. Demosth. Philipp. II. p. 52. a nullodum Sophocli reddita *σιροῖς) τὰ κατάγεια. Θεόπομπος καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ· σιροὶ κριθῶν· οἶμαι δὲ λέγειν αὐτὸν φοσσία ἢ τὴν κέγχρον, ἄλλοι δὲ ὅμοιον κέγχρου*, de quibus granariis plura persequuti sunt Philo Mathem. Veter. p. 86. (*τὰς δὲ κριθὰς δεῖ καὶ τοὺς πυροὺς ὡς βέλτιστα καθάραντας καὶ σειροὺς ὡς βαθυτάτους ὑπαιθρίους ὀρύξαντας κ. τ. λ.*), Wesselingius in Diodor. XIX. p. 351, 14. Valckenarius Diatr. XX. p. 217. sq. Schneiderus in Varr. de Re Rust. I. 57. p. 372. et Ind. p. 331. Fuerunt igitur, qui Inachum

Epiri fluvium (Palmer. Graec. Antiq. II. 7. p. 320. sq.) occulta via in Peloponnesum perlapsum, postquam apud montem Lyrceum emersit, per Argivam terram decurrere existimarent. Atque eorum opinionis esse haud poenituerat, ut mea coniectura fert, Euphorionem, cuius aliquem librum extitisse inscriptum de Inacho auctor est Scholiasta Clement. Alexandr. p. 97. *Καρανὸς Μακεδόνων ἐβασίλευε καὶ τὴν πρότερον καλουμένην Ἔδεσσαν πόλιν Αἰγας μετωνόμασεν ἀπὸ τῶν αἰγῶν· ᾠκεῖτο δὲ τὸ παλαιὸν ἡ Ἔδεσσα ὑπὸ Φρυγῶν καὶ Λυδῶν καὶ τῶν μετὰ Μίδου διακομισθέντων εἰς τὴν Εὐρώπην· ταῦτα Εὐφορίων ἱστορεῖ ἐν — τῷ Ἰνάχῳ.* Cum quibus quam aptissime cohaerere mihi persuadeo, quae leguntur apud Schol. Apollon. Rhod. II. 168. p. 462. (fragm. CLV. p. 180.) *Νύμφις μὲν γάρ φησιν ἱστορεῖν Ἀκαρίωνα ὡς ἄρα Φρύγες διαπλεῦσαι βουλόμενοι* (Paris. p. 134. *τὸ παλαιὸν βουληθέντες διαπερᾶσαι*) *τὸν πορθμὸν κατεσκεύασαν ναῦν ἔχουσαν ἐγκεχαραγμένην προτομὴν ταύρου* (Par. *ναῦν ταύρου τύπον ἐπὶ τῆς πρώρας ἔχουσαν καὶ ὡς εἰπεῖν ταυροπρόσωπον*)· *διαπλευσάντων δὲ αὐτῶν ἀπὸ τοῦ εἴδους τοῦ περὶ τὸ σκάφος προσαγορευθῆναι τὸ πέλαγος Βόσπορον* (*καὶ ταύτῃ φησὶν αὐτοὺς διαπερᾶσαι καὶ τὸν πορθμὸν ἀπὸ τῆς νεὼς Βόσπορον κληθῆναι* Par.). Ut eo documento confirmetur sententia Reinesii Epist. ad Daum. LXXXV. nomen *Ἀκαρίωνα*, de quo nullam suspicionem habuerat Gyllius de Bosp. Thrac. I. 1. p. 259. E. b., convertentis in *Εὐφορίωνα*. Sed parumper deflexum est ab eo, de quo considerari erat coeptum; referam me ad ordinem. Et dissimulari quidem non potest contra istam opinionem Hecataeum, cui a Strabone in Sophoclem subscriptum est (VIII. p. 370. T. III. p. 219. *περὶ δὲ τῶν μυθευομένων πηγῶν εἴρηται ὅτι πλάσματα τῶν ποιητῶν ἐστι*), sic disputasse, ut Inachum in Lacmo Pindi montis vertice ortum ad Amphilochicum Argos deferri defenderet ap. Strab. VI. p. 271. (fr. 72.) *βελτίων δ' Ἑκαταῖος, ὅς φησι τὸν ἐν τοῖς Ἀμφιλόχοις Ἴναχον ἐκ τοῦ Λάκμου ῥέοντα, ἐξ οὗ καὶ ὁ Αἴας ῥεῖ, ἕτερον εἶναι τοῦ Ἀργολικοῦ, ὠνομάσθαι δ' ὑπὸ Ἀμφιλόχου τοῦ καὶ τὴν πόλιν Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν καλέσαντος· τοῦτον μὲν οὕτω φησὶν εἰς τον Ἀχελῷον ἐκβάλλειν*

(conf. Ephor. ap. eund. VII. p. 326. T. II. p. 462. Ἔφορος μὲν οὖν φησι τὸν Ἀλκμαίωνα — τὸ Ἄργος κτίσαι· καλέσαι δ' Ἀμφιλοχικὸν ἐπώνυμον τοῦ ἀδελφοῦ. Ἴναχον δὲ τὸν διὰ τῆς χώρας ῥέοντα ποταμὸν εἰς τὸν κόλπον ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν Ἀργείαν προσαγορεῦσαι) et VII. p. 316. (fragm. 71.) καί φησιν (Ἑκαταῖος) ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τόπου τοῦ περὶ Λάκμον μᾶλλον δὲ τοῦ αὐτοῦ μυχοῦ τόν τε Ἴναχον ῥεῖν εἰς Ἄργος πρὸς νότον καὶ τὸν Λίαντα πρὸς ἑσπέραν εἰς τὸν Ἀδρίαν, quae non satis intellexit Spanhemius in Callim. h. in Pallad. 50. p. 586. Verum hoc quamvis recte planissimeque dictum nihil tamen ad hanc caussam pertinet propterea, quod Ovidium suo instituto intentum vel studiosissime ea consectatum esse apparet, quae de Nilo et Alpheo fabulose ab antiquis narrata essent. Videamus, quod coepimus. Ecce autem succurrunt, quae praeterieram, et quidem, ut videtur, sero, sed etiamsi praepostere reddentur. Atque primum in medium afferam, quod Spanhemius eruit in Callimach. h. in Pallad. l. d.: „Argivus Inachus Ἁλιάκμων primum dictus statuitur in libro de fluviis, qui Plutarcho tribuitur (XVIII. 1. p. 460.), quo ad dictum paullo ante Lacmum, e quo Argivi Inachi fontes eruebat Sophocles, Amphilochici autem Inachi Hecataeus, adludi continuo videtur". Praeclare sane hoc et luculenter ut ab homine in litterarum monumentis multum volutato. Deinde pro certo puto alterius opinionis, qua Argivus fluvius in Epiro nasci traditur, haud prorsus ignaros fuisse neque, quos idem Spanhemius commemoravit p. 585. 586., Olympiodorum p. 24. in Aristotel. Meteorol. I. 13. p. 350,15. b. Πίνδος ὄρος ἐστὶ Πελοποννήσου Scholiastamque Theocriti Idyll. I. 67. p. 835. Πίνδος ὄρος τῆς Ἀρκαδίας, in quem locum cum aliis Santenius in Propert. p. 518. suffecit Θετταλίας, neque Lucanum, qui Io, quam Argivi regis vel fluvii filiam esse convenit (Muncker. in Hygin. fab. CXLV. p. 214. Scalig. in Euseb. p. 25. 29. Valckenar. et Wesseling. in Herodot. I. 2. p. 8.), ab Epirotico Inacho procreatam facit VI. 362. „Purus in occasus, parvi sed gurgitis, Aeas Ionio fluit inde mari, nec fortior undis Labitur avectae pater Isidis", siquidem Αἰγύπτιοι τὴν Ἰὼ Ἶσιν προσηγόρευσαν Apollodor. II. 1, 3.

p. 81. Ἴσιδος τῆς ἤδη — καὶ Ἰοῦς λεγομένης θυγατρὸς δὲ Ἀπιδος τοῦ Καππαδόκου τοῦ καὶ Ἰνάχου καλουμένου Epiphan. Ancor. 106. p. 107. A. Wesseling. in Diodor. I. p. 29,54. conf. Palmer. Graec. Antiq. II. 7. p. 321. Iam quantum poterimus faciamus, ut propositum assequamur. Memoria proditum est, Inachum, qui Argivo fluvio nomen fecit (Pausan. II. 15,4. p. 266. Ἴναχον δὲ βασιλεύοντα τὸν — ποταμὸν ἀφ' ἑαυτοῦ λέγουσιν ὀνομάσαι), Oceani filium (nam auctorem gloss. in Planud. Metam. p. 37. Φορωνεὺς πατὴρ ἦν Ἰνάχου transeo nova et mira narrantem) ex sorore Melia, ut dixi supra, Phoroneum genuisse. Schol. Hom. Il. I. 22. p. 4,7. Αἰγιαλέως τοῦ υἱοῦ Ἰνάχου τοῦ ἐν Ἄργει ποταμοῦ καὶ Μελίας τῆς Ὠκεανοῦ. Schol. Eurip. Orest. 1239. p. 484. Ἰνάχῳ ἐκ Μελίας ἐγένετο Φορωνεύς et 920. p. 437. Ἴναχος αὐτόχθων πρῶτος βασιλεὺς Ἄργους· — μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐν ὄρεσιν οἰκούντων τῶν Ἀργείων πρῶτος αὐτοὺς συνῴκισεν Ἴναχος καὶ λιμναζόμενον τὸ περὶ τὸν Ἴναχον πεδίον αὐτὸς ἐκαθάρισεν καὶ ἐπὶ γῆς τινος ποιησάμενος τὸν ποταμὸν ἀφ' ἑαυτοῦ Ἴναχον ἐκάλεσεν καὶ τὸ Ἄργος Ἰνάχιον, ubi vocem πηγήν olim sedem habuisse probare posse videor cum vitii similitudine, quo contaminatus fuit Pausan. IV. 35,6. p. 300. Ἑβραίων ἡ γῆ Paris. Ἑ. πηγή et VIII. 22,3. p. 347. ἀπὸ τῆς πηγῆς Mosq. ἀπὸ τῆς γῆς et 54,1. p. 475. πόῤῥω τῆς πηγῆς vulg. τῆς γῆς aliique ap. Walz. in Arsen. Viol. p. 31., tum vero verbis Schol. Guelph. ἐποίησε δὲ καί τινα πηγὴν ἐνταῦθα ἀναδοθῆναι ἀφ' ἧς ὁ ποταμὸς ἐγεγόνει ἐπώνυμος τοῦ οἰκιστοῦ. Accedunt Apollodorus II. 1,1. p. 76. Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος γίνεται παῖς Ἴναχος, ἀφ' οὗ ποταμὸς ἐν Ἄργει Ἴναχος καλεῖται. Τούτου καὶ Μελίας τῆς Ὠκεανοῦ Φορωνεύς τε καὶ Αἰγιαλεὺς παῖδες ἐγένοντο et Acusilaus ap. Tzetz. in Lycophr. 177. (fr. XIV. p. 217.) Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος Ἴναχος· Ἰνάχου καὶ Μελίας τῆς Ὠκεανοῦ Φορωνεύς, in diversa abit hinc auctor de fluviis XVIII. 1. p. 460. Ἴναχος Ὠκεανοῦ παῖς — ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Ἁλιάκμονα, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἴναχος μετωνομάσθη, illinc Hyginus fab. CXLIII. p. 211. „Inachus Oceani filius (Geneal. p. 5.), ex Argia sorore sua procreavit Phoroneum". Qui quidem meo iudicio eadem ratione Meliam,

Inachi sororem, usurpavit appellavitque Argiam (Ἀργείαν), qua Meliam Bithynidem, Amyci matrem, Apollodorus Bithynidem. Porro autem invenio in Pausan. libro II. 15,5. p. 267. famam fuisse, qua Phoroneus non rege Inacho, sed fluvio patre natus ferretur λέγεται δὲ καὶ ὅδε λόγος· Φορωνέα ἐν τῇ γῇ ταύτῃ γενέσθαι πρῶτον, Ἴναχον δὲ οὐκ ἄνδρα, ἀλλὰ τὸν ποταμὸν πατέρα εἶναι Φορωνεῖ, a quorum comparatione non ita longe abhorrent verba Scholiastae Aesch. Prometh. 636. p. 85. τὸ δὲ κασιγνήταις πατρὸς λέγει, ἐπειδὴ αὗται μὲν Νηρηΐδες ἦσαν, ὁ δὲ πατὴρ αὐτῆς (Ἰοῦς) Ἴναχος ποταμὸς Ἄργους et, ut alios omittam, Statii IV. 119. et Lactantii in l. d. et 121. „Inachus fluvius est maximus in Graecia, cuius Io filia a Iove compressa — est". Unde coniecturam facere mihi permitto, poetas illos, in quorum auctoritate Ovidius esse videatur, hoc amplius censuisse, ut Inachum vulgarent captum fuisse amore Meliae „Oceanitidis, in qua pallidus ex Epiro in Peloponnesum usque iret". Quum igitur qua praeterea intelligi debeant verba libris tradita, ratio pateat nulla et tamen coniectura sit excogitanda, quae narrantium conveniat consensui, optime hoc consequuti nobis videmur correctione hac: „Inachus in Melia Lyrceide pallidus isse Dicitur". Quod me res monuit subiti et inopinati consilii capere, id non dubito quin plerique uno adspectu iudicaturi sint ut temerarium et audax omni modo reiiciendum esse atque aspernandum. Quorum quidem animos primum videor sic posse impellere atque in mitiorem sententiam inclinare, ut Lyrceidis et Bithynidis (quam aliquando opinatus fueram Bembinidem esse, de quo loco extat memoria Hellanici ap. Steph. Byz. p. 106,26. a Sturzio omissa, Strabonis VIII. p. 377. T. III. p. 259. Plinii Nat. Hist. IV. 10. p. 44. Vol. II.), nonnullam viciniam esse demonstrem has litterarum formas consignando: bithēide (hoc enim in suis membranis exaratum reperit auctor Electt. Eton. l. d.), lichēide, lirceide, quemadmodum apud Statium Theb. IV. 116., quo nihil opportunius mihi in mentem occurrere potuit, scriptum in aliis libris est pro Lyrcie Lichie, teste Gronovio et Relando in Vib. Sequ. p. 110., in aliis Litie ut

apud Ovidium Met. I. 598. „Lycea arva". Deinde magno, ut ego arbitror, ad persuadendum momento futura est haec argumentatio. Namque qui Inachum occulto et longinquo meatu in Peloponnesum ob eam caussam penetrasse scripserunt, ut amore frueretur Meliae suae, eos probabilis coniectura est huius Nymphae domicilium putasse illum locum, unde reliqui fontes Argivi Inachi prorumpere auctores sunt. Quam similitudinem videmus in Alphei et Nili natura. Eos fontes autem, ut ne revertar ad Sophoclem, a quo sum exorsus, Strabo VIII. p. 370. T. III. p. 218. ῥεῖ δ' αὐτῆς πλησίον (τῆς πόλεως τῆς τῶν Ἀργείων) ὁ Ἴναχος χαραδρώδης ποταμὸς ἔχων τὰς πηγὰς ἐκ Λυρκείου τοῦ κατὰ τὴν Κυνουρίαν ὄρους τῆς Ἀρκαδίας et Scholiasta Apollon. Rhod. I. 125. p. 352. Λυρκήϊον Ἄργος) ἀπὸ ὄρους Ἀργείου ἀφ' οὗ ὁ Ἴναχος καταφέρεται ποταμός (Paris. p. 17. ἀφ' οὗ τὰς πηγὰς ἔχει ὁ Ἴναχος) contestantur prorumpere ex monte Lyrceo in Arcadiae confiniis sito, ex Artemisio monte, id quod haud multum discrepat, Pausanias II. 25,3. p. 311. sq. ὑπὲρ δὲ τῆς Οἰνόης ὄρος ἐστὶν Ἀρτεμίσιον — ἐν τούτῳ δέ εἰσι τῷ ὄρει καὶ αἱ πηγαὶ τοῦ Ἰνάχου· πηγαὶ γὰρ δὴ τῷ ὄντι εἰσὶν αὐτῷ, τὸ δὲ ὕδωρ οὐκ ἐπὶ πολὺ ἐξικνεῖται τῆς γῆς (quae secus atque Romulus Amasaeus intelligit Palmerius Graec. Ant. l. d. p. 321.) — ἕτέρα δὲ ὁδὸς ἀπὸ τῶν πυλῶν τῶν πρὸς τῇ Λειράδι ἐστὶν ἐπὶ Λύρκειαν — χωρίον et VIII. 6,2. p. 291. Vol. III. τούτου δὲ ἐπεμνήσθην καὶ ἔτι πρότερον τοῦ ὄρους ὡς ἔχοι — καὶ τοῦ Ἰνάχου τὰς πηγάς· ὁ δὲ Ἴναχος ἐφ' ὅσον μὲν πρόεισι κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν διὰ τοῦ ὄρους, τοῦτό ἐστιν Ἀργείοις καὶ Μαντινεῦσιν ὅρος τῆς χώρας· ἀποστρέψας δὲ ἐκ τῆς ὁδοῦ τὸ ὕδωρ διὰ τῆς Ἀργείας ἤδη τὸ ἀπὸ τούτου κάτεισι καὶ ἐπὶ τούτῳ τὸν Ἴναχον ἄλλοι τε καὶ Αἰσχύλος ποταμὸν καλοῦσιν Ἀργεῖον. Conf. Spanhem. l. d. p. 585. Siebelis. in Pausan. Vol. I. adnott. p. 224. Tzschuck. in Strabon. VIII. p. 376. T. III. p. 253. sq. et in p. 370. p. 219. Itaque spero et confido futurum esse, ut volumus; laudabitur plerisque et probabitur hoc ordine consulta et exquisita res, quae si forte paullo reconditior, at vetusta antiquitatis memoria tradita est, censebiturque Lyrceis Melia famae incognitae, sed ad veterum fabularum fidem ta-

men a nobis scripta esse. Verum ne quid prius transigere videar, quam examinata sunt argumentorum vel testimoniorum omnium pondera, restat Statii auctoritas, cuius leguntur in Theb. IV. 711. et 116. verba haec: „Aret Lerna nocens, aret Lyrcius et ingens Inachus" et „Maior at inde novis it Doricus ordo sub armis, Qui ripas, Lyrcie, tuas, tua littora multo Vomere suspendunt, fluviorum ductor Achivum Inache. Persea neque enim violentior exit Amnis humo, cum Taurum aut Pliadas hausit aquosas Spumeus et genero tumuit Iove", ubi quae a Lactantio subscripta sunt „Fluvius Aetoliae", arguere videntur Epirum Inachi patriam. Ex quibus locis aperte iudicatur, Inachi et Lyrcei fluvii fuisse magnam quandam viciniam, ne dicam coniunctionis necessitudinem. Quem fluvium praeter Statium contestatus est nemo unus; nam Callimachi verba *Λύρκειον ὕδωρ* (ap. Steph. Byzant. p. 279,28. Hecal. fr. IV. p. 320?), si modo illa recte habent olim a me ex Stephani libro exscripta, in quam partem respiciant, nolo temere definire.

CAPUT VIII.

DE RELIQUIS THEBARUM FONTIBUS.

Quoniam nunc perventum esse intelligo ad reliquos fontes Thebarum, quas insignem laudem ab aquarum ubertate habuisse accepimus (Dicaearch. Vit. Graec. p. 189. *ἡ πόλις — κάθυδρος πᾶσα* p. 191. *τό τε ὕδωρ πολὺ ἔχει* Dodwell. Itin. Vol. I. P. II. p. 51.), me ad trium fontium conferam mentionem, trium autem quos novimus, quos nostrae cognitioni litterae tradiderunt. Primum Strophiae nomen testatum consignatumque est a Callimacho h. in Del. 76. *Δίρκη τε Στροφίη τε μελαμψηφῖδος ἔχουσαι Ἰσμηνοῦ χέρα πατρός* et eius Scholiasta *Δίρκη τε Στροφίη τε) κρῆναι ἐν Θήβαις τᾶϊς Βοιωτίαις.* De altero fonte,

qui ex Ismene, Oedipi filia, in eo loco a Tydeo interempta nomen reperit, commemoravit Pherecydes ap. Schol. Eurip. Phoen. 53. p. 21. fragm. LII. p. 187. *γαμεῖ δ' Οἰδίπους Εὐρυγάνειαν τὴν Περίφαντος, ἐξ ἧς γίνονται αὐτῷ Ἰοκάστη, Ἀντιγόνη, Ἰσμήνη, ἣν ἀναιρεῖ Τυδεὺς ἐπὶ κρήνης καὶ ἀπ' αὐτῆς ἡ κρήνη Ἰσμήνη ἐκλήθη.* Quod a Pherecyde perspicue de fonte Ismene positum est, id est imperite in Ismenum fluvium translatum ab auctore scholii Guelph. in Phoen. 101. p. 30. a Sturzio quidem neglecti *Ἰσμήνης (ποταμός) ὕστερον ἐκλήθη ἀπὸ Ἰσμήνης τῆς ὑπὸ Τυδέως αὐτόθι ἀναιρεθείσης, ὥς φασιν,* agnosco enim in hoc loco errorem sripturae eum, quo depravati libri Claromontanus I. et Venetus pro *Ἰσμηνὸν Ἰσμηνήν* exhibent apud Diodor. IV. p. 316,36. *Ἄσωπὸς — ἐγέννησεν υἱοὺς δύο Πελασγὸν καὶ Ἰσμηνήν.* Nisi vero quia hoc falsum est non rei vitio, sed interpretis inscientia, et quia prioris, quod Ismeno fuit, nominis nulla apud Scholiastas Euripidis usquam extet appellatio, rectius et probabilius sic existimatur, ut quod ad alium Phoenissarum locum respiciat, id censeatur praepostero tempore, confusis personis, perturbato ordine huc transcriptum esse; de quo loco mentionem inferemus libr. III. cap. V. Paullo illustrior fama est Oedipodiae a Spanhemio in Callimach. h. in Del. 76. p. 375. dictae. Quem fontem *Οἰδιποδίαν κρήνην* vocat Pausanias IX. 18,4. p. 65. et Plinius Nat. Hist. IV. 12. p. 56. „Praeterea fontes in Boeotia Oedipodia, Psamathe (de qua supra dictum est *Π.* 5. p. 159.), Dirce" Solinusque VII. p. 17. E. „Apud Thebas — fontes Aretias, Oedipodia, Psamathe, Dirce", *Οἰδιπόδειον κρήνην* Tzetza in Lycophr. 1194. (Viteb. I. et Ciz. *Οἰδίποδος κρ.*) et 1208., *Οἰδιπόδιον κρήνην* Plutarchus vit. Sull. XIX. Vol. III. p. 210., adversus quam formam alteri *Οἰδιπόδειον* immerito favere Spanhemium in Callimach. l. d. et Muellerum in Tzetz. 1194. vel Pausaniae locus documento est. De reliquo satisfaciam duobus exemplis Athenaei *Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν* et Suidae *Θουκυδίδειος γραφή* a Reitzio in Lucian. Amor. 27. Vol. V. p. 578. appellatorum. Ab Oedipode autem fontem nomen invenisse propterea, quod is paternae caedis cruorem ea aqua abluerit,

memoriae prodidit Pausanias l. d. τῇ δὲ Οἰδιποδίᾳ κρήνῃ τὸ ὄνομα ἐγένετο, ὅτι ἐς αὐτὴν τὸ αἷμα ἐνίψατο Οἰδίπους τοῦ πατρῴου φόνου. Quod aliquantum discrepat ab ea opinione, qua Corinthi a Polybo, rege, quorum hoc officium fere proprium fuisse ostendit Lobeckius. Aglaoph. p. 300. sq. et p. 968. conf. Wesseling. in Diodor. I. p. 276, 5., nefarii sceleris expiationem peractam putarunt. Schol. Eurip. Phoen. 44. p. 17. sq. ὑποστρέψας δὲ εἰς Κόρινθον μετὰ τῶν ἵππων Λαΐου καὶ καθαρθεὶς τὸν φόνον, πάλιν ἐπὶ τῷ γνῶναι τοὺς γονεῖς ἐπανῆκε πρὸς τὸν θεὸν — γνοὺς δὲ τοῦ Κρέοντος τὸ κήρυγμα ἐπὶ τὸν ἀγῶνα καθίησιν ἑαυτὸν τῆς Σφιγγός. Sed hactenus, cum, quae de situ Oedipodiae monumentisque apud eam conspicuis restant, par sit me proponere in libro quarto. Iam vero leviter transeam et tantummodo perstringam illud, quod Lactantius in Stat. Theb. I. 181. p. 21. A. videtur Hyantei fontis mentionem movisse „Cadmus pervenit ad Thebas Boeotias, quas Hyanteas vocant a nympha, quae illic colitur vel eo, quod illic draco fuerit interfectus, cuius sevit dentes". Quorum iudicem fero Boissonadium in Planud. Met. p. 101. „Haec ratio, inquit, ineptissima; illa caret auctoritate". Equidem primum adiiciam „Hyanteam aquam" Martial. Epigr. XII. 3,12. non minus quam „Aonias aquas" Ovid. Fast. III. 456. unum quemlibet fontem dici, qui in Boeotia Musis et Apollini sacer esset conf. Mueller. Orchom. p. 130. not. 2. Nam quod Isidorus XIV. 11. p. 159. Arev. retulit „Eadem est Aonia vocata a fonte quodam Apollini et Musis consecrato, qui in eadem Boeotia est", in eo manifestis testibus illum convincere aut corrigere licet Virgilio Eclog. VI. 65. „Aonas in montes" et Lactantio in Stat. Theb. I. 34. „Aonia — a monte Boeotiae" et Mythographo II. fab. 112. p. 113,7. „equus Pegasus — currens ad montem Aonium Boeotiae pede percussit terram et fontem Castaliam produxit". Ut non leviter lapsus sit Ioa. Iovianus Pontanus in Epitaph. Anton. Panorm. p. 201. ed. Forb., cuius versus 9. vitiose factus sic habet: „Extinctum flevitque Aon flevitque Aganippe". Deinde quod a serpentis Martii caede illud cognomentum Lactantium ineptissima ratione repetisse Boissonadius censuit,

per me stare profiteor, quominus ceteri assentiantur. Inveni enim in altero, quem introspexi, Monacensi codice haec: „nympha, quae illic colitur, eo quod illic draco fuerit, cuius sati sunt dentes", in altero universum locum descriptum in hunc modum: „pervenit ad Thebas Boeotiae, quas Hyantas vocant a nimpha, quae illic colitur. Fraternas acies. eo quod illic draco fuit, cuius sevit dentes". Quo quid potest esse et dispositius ad ordinem et apertius ad intelligendum?

Postremo mihi video obviam eundum esse errori, quo homo a doctrina instructissimus ducitur, eoque magis contra nitendum, quod ex summa eius viri auctoritate periculum est, ne latius serpendo commentum robur viresque acquirat et sermo increbrescat id extitisse, quod non extitit. Odofr. Muellerus enim in libro, qui Orchomenus inscribitur, p. 487. inter flumina Thebarum adnumerat Lycormam satis id declaratum esse arbitratus auctoritate Lactantii in Stat. Theb. IV. 838. p. 209. B. „Lycormas Thebanus fluvius". Quem fluvium cur Thebanum fecerit Lactantius, non liquere sibi fatebatur Hesselius in Vib. Sequestr. p. 107. Atque mihi adeo non liquet, ut persuasissimum mihi sit vitium ea verba contraxisse. Quid multa? Abeat, unde sese intulit et intrusit iste Thebanus Lycormas, succedat, quem in pristinum locum dudum restitutum oportuit, Aetolicus fluvius rescribaturque „Lycormas qui et Euenus, fluvius", quod nomen a Lindenbrogio olim dubitanter coniectatum Obss. Var. Lectt. p. 726. b. A. egregie confirmat duorum Monacensium librorum memoria „qui et thebenos. qui et tebenos". De Eueno quidem Aetoliae, ut dixi, fluvio, qui circa Boeum oppidum exorsus per Calydonem et Chalcidem decurrebat, satis ex iis constat, quae exposuerunt Surita et Wesselingius in Anton. Itin. p. 325. et interpretes Vib. Sequestr. p. 107. p. 353. Is quum ab initio Lycormas diceretur, alterum nomen reperit, ex quo Euenus Herculis filius se in eum abiecerat desperatione Marpessae recuperandae actus; sic enim auctor de fluv. VIII. 1. p. 446. *Ἴδας ὁ Ἀφάρεως παῖς δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν Μάρπησσαν ἁρπάσας ἀπήνεγκεν εἰς Πλεύρωνα. κατηχηθεὶς δὲ περὶ τῶν συμβεβηκότων ὁ*

Εὔηνος ἐπεδίωκε τὸν ἐπίβουλον τῆς ἰδίας θυγατρός, γενόμενος δὲ κατὰ Λυκόρμαν καὶ τῆς συλλήψεως ἀπελπίσας ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν ἔβαλεν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Εὔηνος μετωνομάσθη. Ovid. Ibid. 515. Muncker. in Hygin. fab. XIII. p. 31. CCXLII. p. 296. Conf. Mythogr. I. fab. 171. p. 53, 11. „Lycormas quidam fluvius, qui et Evenus dicitur" et Vib. Sequestr. p. 9. „Evenus, qui et Lycormas". conf. p. 19. „Triopala qui et Assorus" et „Titaressos Thessaliae qui et Orcus" et p. 16. „Pisaurus qui et Isaurus". Necdum perfuncti sumus argumentando. Nam ad ambigendi caussam omnem radicitus evellendam maximum momentum faciunt, quae in illo loco subiuncta sunt „fluvius, quem Centaureum dixit, quod in eo Herculis sagittis Centaurus Nessus sit interemptus". De qua re, praeterquam quod nonnulli tantum vulneratum Nessum scripserunt, consensu proditum est, velut ab iis, quos appellarunt Nic. Heinsius in Ovid. Heroid. IX. 141. et Liebelius in Archiloch. Reliqq. p. 234. sq. et a Pausania III. 18,7. p. 94. Vol. II. *Ἡρακλῆς ἐπ' Εὐήνῳ τῷ ποταμῷ Νέσσον τιμωρούμενος* et X. 38,1. Vol. IV. p. 348. *οἱ δὲ Νέσσον πορθμεύοντα ἐπὶ τῷ Εὐήνῳ τρωθῆναι μὲν ὑπὸ Ἡρακλέους, οὐ μέντοι καὶ αὐτίκα γε ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ἐς τὴν γῆν ταύτην (τῶν Λοκρῶν) ἐκφυγεῖν νομίζουσι,* Scholiasta Hom. Il. II. 527. p. 83. a. 12., Quinto Smyrnaeo VI. 283. *Νέσσον δ' αὖ ἑτέρωθε παρὰ ῥόον Εὐήνοιο Κείνης ἐκπροφυγόντα μάχης, ὑπεδάμνατ' ὀϊστῷ Ἀμφ' ἐρατῆς ἀλόχοιο χολούμενος,* Tzetza Chiliad. II. 458. quique confudit Acheloum atque Nessum, Malala VI. p. 165,1. *ὁ Ἡρακλῆς ἀντετόξευσε τὸν Ἀχελῷον ὡς περᾷ τὸν ποταμὸν ὀνόματι Λυκόρμαν.* Quod enim scripturam libris proditam *Φόρβαν* sic perpolivi, ut posui, id feci secundo Cedreno, qui Acheloum vult prius Euenum nominatum esse p. 141. A. Denique ad vitii originem commodum est tum comparare, quod in libris Ovid. Ibid. 515. legitur Hebenus, Ebenus et in Chronico Anonymi, qui sub Alexandro vixisse perhibetur, sect. VIII. p. 281. D., tum recolere usum particularum *καὶ* atque et eum, quem a Boissonadio in Schol. Basil. in Gregor. Nazianz. p. 135. et supra p. 35. sq. explanatum nunc confirmem exemplo Recognitt. S. Clement.

X, 22. p. 318. D. „(Iupiter vitiavit) Thaliam et Aetnam Nympham mutatus in vulturem". In quo quidem loco meopte arbitratu addidi illam particulam. Dein temperare mihi nequeo, quominus Appuleii locum ponam a scriptura insigniter controversum et disceptantium varietate et dissensione inter paucos memorabilem. Is in Metamorph. IV. p. 253. legitur ita: „Clamore ludunt, strepitu cantillant, conviciis iocantur, ac iam cetera semiferis Lapithis, Thebanis Centaurisque similia". De quo loco nolo ordine deinceps recensere, quae opinando docti homines exprompserunt aut aperte falsa aut perplexa aut vitio dumtaxat minuendo composita quantoque operosiore arte perfecta, tanto a fide abhorrentia. Sed permagni referre illud arbitror, ut scrupulus, cui multi pares esse non potuerunt, tollatur et ex animis deleatur intelligaturque opprobrium istius convivii non in Centauros, verum in Lapithas etiam versum fuisse. In quam rem utor Theodori Metochitae LIII. p. 304. verbis his *οἱ μὲν Λαπίθας ἐν μέσοις συμποσίοις οἰνόφλυγας καὶ ἀκρατιζομένους καὶ ταραττομένους καὶ κορυβαντιῶντας Ἄρει* et Statio Theb. V. 261. „gelida non saevius Ossa Luxuriant Lapitharum epulae, si quando profundo Nubigenae caluere mero" et Lactantio in Theb. VI. 537. p. 288. B. „Pugna Centaurorum et Lapitharum — qui in convivio efferati furore nec poculis pepercerunt" et Horatio Carm. II. 12, 5. „saevos Lapithas et nimium mero Hylaeum", Pindaro Pyth. IX. 14. *Λαπιθᾶν ὑπερόπλων*, Servio in Virg. Georg. II. 455. p. 258. „furentes Centauros) atqui in Aeneide VII. 304. ait: Mars perdere gentem Immanem Lapithum valuit. — Lapithae et Centauri in furorem sunt ebrietate compulsi. Deinde hoc loco Centauros ait in furorem actos a Libero, non Lapithas". Omitto enim illud *ἀλαζονεύεσθαι κατὰ Λαπίθην*, quod proverbii loco dici solitum demonstravit Is. Vossius ad Hesych. II. p. 427. not. 6. I nunc et introspice istud „Thebanis" et pertenta, erue vocabulum aliquod, quo usus definias, quali Lapithae Centaurique fuerint aut ingenio aut affectione: quodcunque nomen rimatus fueris, eo, mihi crede, uteris inepte et frigide. Porro urges? desine vero gentium vocabula scrutari; in Lapitharum Centaurorumque mentione

omnino nullum dices, quod non inutile sit, quid dico inutile? nullum cogitari aut dici potest, quod non incredibile sit, non sit ex omni parte absurdum. Quid, ut Lucianum omittam Conviv. 45. p. 83. Vol. IX. *Λαπίθας οὖν καὶ Κενταύρους εἴδες ἂν, τραπέζας ἀνατετραμμένας καὶ αἷμα ἐκκεχυμένον καὶ σκύφους ῥιπτουμένους*, Iulium Valerium quo nomine satis notari et vituperari posse arbitraris, si mediis Lapithis et Centauris Telchines vel Thraces immiscuisset in loco hocce (de Gest. Alex. I. 5. p. 9.): „cum dicto rapit gladium omnesque, qui forte sese veluti ad comprehendendum irruerant, disiicit, prorsus ut nihilum de Centaurorum Lapitharumque convivio demutaret, aut quod illi rei sit proximum, procos diceres cum ultore Ulyxe decertare"? Vides aliam viam et adhuc intentatam nobis ingrediendum esse. Itaque dubitanti mihi, quid me facere par sit, haud leve pondus affert id, quod ex libro Palatino et Guelph. sec. enotatum est „et Thebanis". Glossae enim suspicione animum meum illico percussit. De qua sic expedio. Fac alteriusutrius nominis sive Lapitharum seu Centaurorum interpretationem aliquam eo, quo dixi, modo perscriptam et superne impositam, tum quod duarum vocum confusione conflatum nomen esset, ab imperitioribus in verborum ordinem invectum: habes, unde coepta sint a libris praeferri haec: „Tebaris, Thebanibus, Thelamibus, Thelamonibus" (unde coniecit Hildebrandus in Iahnii Annal. T. XXI. fasc. IV. p. 393. „semiferis Lapithis et bibonibus Centauris"), quum huiusmodi aliquid prodendum esset „et Anibus, et Elamibus". At absurdum equidem est suspicari circa appellationem Centaurorum Lapitharumve versatam grammaticorum diligentiam. De quo ego aliter sentio censeoque e medio tollendum illud Thebanibus, cuius pristinam speciem mihi persuadeam hanc fuisse: „et Aenianibus". Namque ut de Lapithis, Thessalica gente, homines eius professionis facile omiserunt doctrinam perscrutari et circumspicere, quod ad notitiam pertinens interponerent, ita de Centaurorum, quorum mirabilem naturam frequenter ab antiquis narratam viderent, instituerunt quaerere curiosius. Quidam igitur Centauros atque Magnetes eosdem habuerunt (Spanhem. de P. et U. N. Diss. V. 11.

p. 282. sq.), alii hoc nomine prius olim dictos autumarunt Leleges, ut Stephanus Byzantius v. Ἄμυρος p. 57,21. ὕστερον δὲ Λέλεγες οἱ αὐτοὶ καὶ Κένταυροι καὶ Ἱπποκένταυροι, alii Aenianes, inter quos Hesychius est v. Κένταυροι p. 228. Κένταυροι λῃσταὶ καὶ οἱ Αἰνιᾶνες καὶ οἱ παιδεραστὰι et, ut ego opinor, quicunque primus Appuleii locum explicatione contaminavit. Accedit, quod Cypriorum Centaurorum memoria illustrior esse coeperat, de quibus Nonn. V. 610. p. 176,19. XIV. 270. p. 400,32. XVII. 199. p. 474, 18. XX. 229. p. 544,8. Meurs. Cypr. II. 23. p. 148. sq. Spanhem. de P. et U. N. Diss. V. 11. p. 279. sq. Atque his satis exprompsisse videor, quo pacto illas controversias disceptandas arbitrer; nec verbum amplius adderem, ni scriptura quam Oudendorpius commentus est „Titanes", memoriam mihi subiiceret Scholiastae Pindari Pyth. II. 85. p. 320. πολλῶν δὲ ἀναιρεθέντων ἐκ τῶν Κενταύρων εἰς τὴν Φολόην οἱ περιλειφθέντες ἀπέφυγον τὴν οὕτω κληθεῖσαν ἀφ' ἑνὸς τῶν Κενταύρων, in quo loco permirum hoc omnibus accidit, quod in libro Gott. τῶν Τιτάνων scriptum extat. Id dicam, unde natum putem. Centauros enim genus vino deditissimum et in amores effusum verisimile est Titanum cognomentum meruisse, quo homines libidinosos notari solitos fuisse confirmat Hesychius Τιτάν· παιδεραστής p. 1392. et eius interpres Albertius not. 23. Quodsi igitur alicui de Aenianibus non ita valde probavi, ei, si libet, licet cogitare de Titanibus.

LIBER TERTIUS.

DE PORTIS THEBARUM.

CAPUT I.

DE OGYGIIS PORTIS.

Ventum est ad quaestionem ut perdifficilem et valde impeditam, ita ad conficiendam descriptionem non Thebani solum agri, verum totius Boeotiae prae omnibus unam aptissimam et pernecessariam. Tractanda est autem quaestio de portis urbis Thebarum. In qua re „taedium se haud laturum, si tricari vellet", Heynius confitebatur nott. in Apollod. p. 617. Igitur iste quidem ei caussae defuit non dicam desideratissimi otii commoditatem inertiamque consectatus, at intempestive non renisus subito cuidam animi languori et debilitati. Adfuerunt vero alii, in quibus esset prudens rerum considerantia atque ad omnem memoriam antiquitatis colligendam aequa alacritas et promptitudo. Cum qua laude imprimis memorandi sunt Odofr. Muellerus, qui non mediocrem operam curamque illustrando huic loco adhibuit in Orchom. p. 486. 487. et Doctrin. Encycl. T. XI. p. 259. 260. al., et Godoholdus Schoenius, a quo quae commentatio scripta est de portis Thebarum inserta legitur in Ephemer. Scholast. ann. MDCCCXXX. Sect. II. nr. 20. p. 153 — 160. Nec praetermitti debet nomen Car. Reisigii, cuius quae de his rebus fuerit sententia quum summatim patefactum divulgatumque est a Schoenio eius discipulo l. c. p. 153., tum mihi subtilius percipere licuit ex iis schedis, quibus de praeceptoris ore excepta mandaverat iuvenis accuratissimae diligentiae Sontagius. Transeo reliquos, veluti Dodwellum Vol. I. P. II.

p. 54. sqq., Krusium Hellad. Vol. II. P. I. p. 558. sq. et si quis praeterea in hunc numerum venit. Namque isti tam secure (quid enim aliud dicam?) tamque leviter egerunt, ut non modo omnino nihil expedirent, sed universas etiam rationes interdum conturbarent. Itaque nostrae disputationis sic nascatur exordium.

Septem fuisse portas Thebarum constat totius antiquitatis consensu. *Ἑπτάπυλος* enim usque ab Homero Iliad. IV. 406. et Odyss. XI. 263. *Θήβης ἕδος ἑπταπύλοιο* et Hesiodo Opp. 161. *ἐφ' ἑπταπύλῳ Θήβῃ Καδμηΐδι γαίῃ* et Scut. 49. coepta est urbs ab omni scriptorum genere appellari tum ut amplitudinis suae hanc quasi propriam notam haberet, tum ut ne cum ceteris Thebis confunderetur. Alterutrum igitur spectavit Pindarus Pyth. III. 90. *μελπομενᾶν ἐν ὄρει Μοισᾶν, καὶ ἐν ἑπταπύλοις Ἴον Θήβαις* et aliis locis bene multis, quos denotavit Fiorillus in indice v. *ἑπτάπυλος* p. 272. (748. Boeckh.), Euripides Hercul. Fur. 537. *στάσει τὸ Κάδμου γ' ἑπτάπυλον ἔχει κράτος* et 762. *ξεσταί θ' ἑπταπύλου πόλεως Ἀναχορεύσατ' ἀγυιαί* et Bacch. 877. *καὶ μὴν ὁρᾷν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ Διοσσὰς δὲ Θήβας καὶ πόλισμ' ἑπτάστομον* et Phoen. 79. *ἐπ' αὐτὰ δ' ἐλθὼν ἑπτάπυλα τείχη τάδε* et 245. *ἑπτάπυργος ἅδε γᾶ* (Cuper. Obss. II. 11. p. 221. Seidler. in Troad. v. 4.) et 1058. *τὰ δ' ἑπτάπυργα κλῆθρα γᾶς* et 287. *ἑπτάστομον πύργωμα Θηβαίας χθονός* et Suppl. 1228. *ἑπτάστομον πύργωμα Καδμείων*, Anaxandrides ap. Athen. IV. p. 131. C. *μέλπειν δ' ᾠδαῖς τότε μὲν Σπάρτην Τὴν εὐρύχορον, τότε δ' αὖ Θήβας Τὰς ἑπταπύλους* et Archestratus III. p. 112. A. *ἔστι δὲ (ἄλφιτα) κἀν Θήβαις ταῖς ἑπταπύλοις ἐπιεικῆ*, Alcaeus Epigr. IX. 7. Anth. Gr. I. p. 239. *μῶνος δ' Ἑλλάνων τόδ' ἔχει γέρας· ἑπτάπυλοι δὲ Θῆβαι καὶ γενέτωρ ἐστέφεθ' Ἑρμοκράτης*, Nonnus XLIV. 123. p. 1144, 32. *ἤδη δ' ἑπταπόροιο δι' ἄστεος ἵπτατο φήμη.* XLVII. 512. p. 1234, 6. *ἵππιον Ἄργος ἐάσσας Θήβης ἑπταπύλοιο πάλιν βάκχευε γυναῖκας* et 618. p. 1240, 12. *Θήβης δ' ἑπταπύλου γόον ἔκλυες.* XLIV. 19. p. 1138, 27. *ἄστεος ἑπταπόροιο — κενεῶνας* et XLVI. 125. p. 1186, 25. *Θήβης ἑπταπόροιο μετοχλίζειν πυλεῶνα* (*ἔλπετο*). XXV. 11. p. 642, 8. XXXI. 158. p. 792, 24.

XXXIV. 217. p. 856, 4. XIII. 35. p. 354, 9. *πατρίδος Ἀονίης ἑπτάστομον οὖδας ἐάσσας*, Theodorus Prodromus Laudat. Eloquent. Alexii in Notit. Mss. Reg. T. VI. p. 555. *λέγε μοι τὴν Θήβηθεν λύραν, δι' ἧς τὰς Ἑπταπύλους οἰκίζεις, καὶ ἀντιλέξω σοι τὴν αὐτὴν οὐ τὰς Ἑπταπύλους, ἀλλὰ τὰς Ἑκατονταπύλους οἰκίζουσαν τὸ Βυζάντιον*, Eustathius in Odyss. III. 267. p. 1467, 11. et IV. 563. p. 1509, 40., Syncellus p. 298, 18. *Ἀμφίων καὶ Ζῆθος Θηβῶν ἑπτα-πύλων ἐβασίλευον.* Sic enim corrigendum esse liquet id, quod libris proditum est, *Θηβαίων* itemque Scholiastae Dion. Chrysost. ap. Morell. p. 588. Rsk. verba *ὅτι Θη-βαῖοι καὶ ἐπὶ Νέρωνος — φαύλως οἰκοῦντο* et Schol. August. Demosth. Or. pro Cor. p. 145. *τὴν κατασκαφὴν τῶν Θηβαίων*, quo errore nihil frequentius obvenisse argumento sint Diodorus XI. p. 467, 97. *ὁ Μυρωνίδης πασῶν τῶν κατὰ τὴν Βοιωτίαν πόλεων ἐγκρατὴς ἐγένετο πλὴν Θηβῶν.* lib. Coisl. *Θηβαίων.* XV. p. 64, 19. *οὗτοι δὲ εἰω-θότες ἐκ Θηβαίων ἀπαντᾷν ἡμέρᾳ τεταγμένῃ πρὸς τὴν ἐξοπλισίαν.* Wessel. *Θηβῶν*, Aristides II. Leuctr. T. I. p. 442, 12. *ἐκ Θηβαίων δ' ὁρμηθέντες*, ubi duo libri tenent *Θηβῶν.* IV. Leuctr. p. 458, 20. *διὰ Βοιωτίας διεξιόντες τότ' εἰςῆλθον εἰς Θηβαίους.* Reisk. *Θήβας*, Nicephorus Basil. supra I. 3. p. 55. usurpatus *τῇ τῶν Θη-βαίων καταστροφῇ.* Laur. *Θηβῶν*, Apollodorus III. 7, 5. p. 217. *μετὰ δὲ τὴν Θηβαίων ἅλωσιν.* Heyn. *Θηβῶν*, Polyaenus III. 7, 2. p. 229. *Θηβαίων ἁλισκομένων.* Maasvic. *Θηβῶν*, Pausanias IX. 1, 3. p. 6. *τὴν εὐθεῖαν ἀπὸ τῶν Θηβαίων.* Sylb. *Θηβῶν.* Conf. idem VII. 3, 3. p. 142. *ὕστερον ἔκ τε Ἀθηναίων καὶ ἐκ Βοιωτίας ἀφίκοντο ἄνδρες.* Amas. *Ἀθηνῶν*, Euphor. fr. XCIV. p. 155. *δῆμον Ἀθη-νῶν.* Ms. ap. Blomfield. in Aesch. Prom. 424. p. 119. *Ἀθηναίων.* Schol. Eurip. Phoen. 844. p. 188. *ἀπὸ γὰρ τῶν Ἀθηναίων παραυτίκα ἔρχεται.* Guelph. *Ἀθηνῶν.* Reisk. in Aristid. Panath. p. 183, 14. p. 298. sq. Sed ne longius labar, Syncello subiiciam Lactantium in Stat. Theb. VII. 252. „portae Thebanae — erant septem. Unde Thebana civitas Heptapylos dicta est", quem cum aliis appellaverat Tiraquellus in Alexandr. ab Alex. Gen. Dier. VI. 2. p. 411. T. II. At vero Iuvenalis, quum paucitatis

notio breviter planeque circumscribenda et definienda esset, Thebanarum portarum numerum documentum eius rei esse duxit praeclarum et quasi in illustri monumento positum Satir. XIII. 27. „Rari quippe boni: numerus vix est totidem, quot Thebarum portae vel divitis ostia Nili". Sed ne longior sim quam necesse est, posterioribus temporibus Thebas et Graeca et Latina consuetudine vocitatas esse ἑπταπύλας, heptapylas, commonstrare libet exemplis Ducae Chronic. brev. p. 519, 8. ἐπαρέλαβε δὲ ὁ αὐτὸς τὰς Θήβας τὰς ἑπταπύλας, Tzetzae schol. ad Exeg. in Iliad. p. 145, 15. τὰς ἑπταπύλας Θήβας κληθῆναί φασιν εἰς ὄνομα τῆς Κάδμου πατρίδος, quod corrupit Hagenius de Asop. lib. p. 17. temere scribendo ἑπταπύλους, conf. schol. in Lycophr. 1206. Κάδμος τὰς ἑπταπύλους ἔκτισε. Vitt. 2. et 3. ἑπτὰ πύλας, Moschopuli in Hesiod. Opp. 147. p. 132, 18. ἐπὶ ταῖς ἑπταπύλαις Θήβαις et si satis commemini, cod. bibl. Matrit. LXVII., de quo supra I. 3. p. 38., tum Lactantii in Stat. Theb. III. 198. p. 125. C. „Thebae ab auctoribus Heptapylae („a veteribus eptaphyle" Monacc.) sunt nominatae, quia septem portis ambiebantur", Hygini fab. CCLXXV. p. 332. „Cadmus Agenoris filius (condidit) Thebas Heptapylas, quae septem portas habuisse dicitur", ubi quod Munckerus subscripsit „Appuleius graecatur lib. (IV. p. 255.) III. Met.: „Thebas heptapylos accessimus", id praeteriit Oudendorpium in Met. IV. p. 256. b. hoc eloquutum „in Oxon. est heptapyles; in ed. Iunt. post. heptapylas. Prave. Ammian. Marcell. 12, 16. „Hecatonpylos etiam Thebas nemo non novit". Neque illam formam improbavit aut Alexander ab Alexandre Gen. Dier. VI. 2. p. 411. aut Bullialdus in Duc. l. d. p. 631. aut Iac. Gronovius Thes. Vol. I. tab. Dd. et Staverenius in Hygin. fab. CCLXXV. p. 392. Sed hactenus, praesertim quum alio loco futura sit idonea copia memorandi illud cognomen per omnes deinceps aetates mansisse. Illuc praevertar, ut de singulis portis singulatim et quam accuratissime dicendo atque diligenter ea eruendo, quaecunque de nominibus et situ earum scriptores prodiderunt, quaestionem omni praeiudicata opinione procul amota integre et incorrupte tractem et ad summam qualemcunque adducam.

„Quantumvis dissentiant in portarum vocabulis scriptores, unam tamen Ogygiam omnes agnoscunt". Barthii haec verba sunt posita ad Stat. Theb. VIII. 353. T. III. p. 867. Quibus auctoritatem afferunt fidemque Euripides Phoen. 1113. *Ὠγύγια δ' ἐς πυλώμαθ' Ἱππομέδων ἄναξ ἔστειχε*, Apollodorus III. 6, 6. p. 208. *Καπανεὺς δὲ παρὰ τὰς Ὠγυγίας (πύλας ἔστη)*, Pausanias IX. 8, 3. p. 31. *τὰς δὲ ἐπὶ ταύταις πύλας ὀνομάζουσιν Ὠγυγίας*, Statius Theb. VIII. 353. „sic omnibus alae Arctantur portis septemque excursibus haerent. Ogygiis it sorte Creon" et X. 495. „solas dum tardius arctat Echion Ogygias", Hyginus fab. LXIX. p. 120. „Amphion — septem filiarum nomine portas constituit. Hae autem fuerunt — Ogygia, Chloris". De Aeschylo infra dicetur; Lactantium in Stat. Theb. VII. 34. p. 311. A. „Ogygio) Thebano. Una enim porta ex septem Ogygia nuncupatur" et auctorem Etymol. M. *Ὠγύγιαι πύλαι ἐν Θήβαις* laudavit Munckerus in Hygin. l. d., ipse in numerum adscribam Scholiastam Lucani I. 675. p. 105. „Ogygia vocatur quaedam porta apud Thebas", nam alios satis multos quos testes in hanc rem reliquos esse memini, eos prout disputationis ordo et dictorum pondus feret, recensebo deinceps. Iam ut hoc, quod praetereundum non est, relinquam et praeteream, ab Ogygia, Niobae et Amphionis filia, eius appellationis rationem ab Hygino repetitam esse, ab Ogygo rege Thebanorum Ogygias portas nomen traxisse cum inter omnes tum convenit inter Scholiastam Apollon. Rhod. III. 1178. p. 563. *ἀπὸ Ὠγύγου τοῦ βασιλεύσαντος αὐτῶν — καὶ Ὠγύγιαι τῶν Θηβῶν πύλαι* Tzetzamque in Lycophr. 1206. sive Etymol. M. et Eudociam Viol. p. 438. (Eustath. in Od. I. 85. p. 1393, 31.) *Ὤγυγος ἀρχαῖος βασιλεὺς Θηβῶν, ἀφ' οὗ καὶ Ὠγύγιαι πύλαι ἐν Θήβαις*, quos appellavit Staverenius in Hygin. fab. d. p. 141. Add. Corollar. XXIII. Eum Ogygum filium fuisse Neptuni et Alistrae auctor est Tzetza in Lycophr. l. d. *ὁ δὲ Ὤγυγος υἱὸς ἦν Ποσειδῶνος καὶ Ἀλίστρας*, quae latinae consuetudini tradita descripsit Natalis Comes Myth. II. 8. p. 169., verum Boeoto patre natum Thebanorum fama ferebat, siquidem Corinna *τὸν Ὤγυγον Βοιωτοῦ υἱὸν εἶπεν* Schol. Apoll. Rhod. l. d. et Philemon. 309.

p. 213. add. Schol. Taur. Eurip. Phoen. 1113. p. 234. not. 5. Ὠγύγου τοῦ Βοιωτοῦ. Quae quidem parum inter se discrepare penitus ex iis intelligitur, quae supra II. 3. p. 133. explanavimus; Boeotum enim Neptuni filium narrarunt Nicocrates et Euphorio (fr. XLIX. p. 115.) apud Steph. Byz. v. Βοιωτία et Eustathium in Iliad. II. 507. p. 270, 28. a Meinekio p. 116. omissum, Euripides Melanipp. fr. II. p. 213. et, ut videtur, Strabo VI. p. 265. P. II. p. 249. a Wesselingio in Diodor. IV. p. 311, 61. dicti, Scholiasta Eurip. Phoen. 1134. p. 242. Schol. Iliad. II. 494. p. 80. a. 38. 45. auct. de fluv. II. 2. p. 434. Diodorus IV. p. 311, 52. et XIX. p. 359, 9. Hygin. fab. CLXXXVI. p. 262. et CCLII. p. 306. et CLVII. p. 227. Corollar. XXIV.; tametsi in hac quidem re dissentiunt cum Thebanis, qui ab Itono Boeotum genitum affirmarent. Duxerat autem Ogygus, si Lyco fides est longius recedenti a Thebanorum memoria (vid. I. 4. p. 63. sq.), cui aliqua ex parte assentiens Theben Iovi nupsisse dixit historiarum scriptor ap. Tzetz. in Lycophr. 1206. ἄλλος δὲ πάλιν ἱστορικὸς γράφει· Ζεὺς Θήβῃ μιγεὶς Αἴγυπτον γεννᾷ; duxerat igitur Ogygus Theben ab eodem Itono prognatam, ab Iove natam Λύκος δὲ ἐν τῷ περὶ Θηβῶν ἱστορεῖ· Μετὰ τὰ κατὰ Δευκαλίωνα Ζεὺς μιγεὶς Ἰοδάμᾳ τῇ Ἰτώνου τοῦ Ἀμφικτύονος γεννᾷ Θήβην, ἣν δίδωσιν Ὠγύγῳ, ἀφ᾽ οὗ Ὠγυγίη Θήβη. Tzetz. l. d. et Schol. Aristid. Panath. p. 313, 28. Ὠγύγου καὶ Θήβης τῆς τούτου γυναικός. Sed de patre Ogygi reliqua, sicuti monumentis litterarum variant, proponenda sunt. Et apud Stephanum Byzantium quidem p. 473, 10. haec inveniuntur: Ὠγυγία — λέγεται καὶ ἡ Βοιωτία καὶ ἡ Θήβη ἀπὸ Ὠγύγου υἱοῦ Τερμέρας τὰς * λέγονται καὶ οἱ Λύκιοι Ὠγύγιοι ἐξ αὐτοῦ Ὠγύγου. Haec quamquam adeo concisa sunt atque lacerata, vix ut agnosci posse videantur, neque ea aut agnovit Holstenius p. 361. b. haec supplenda esse ratus τάς τε πύλας Ὠγυγίας ἀπ᾽ αὐτοῦ ἐκάλεσαν aut excutere magnopere laboravit Lobeckius Aglaoph. p. 1186., scisciter tamen coniectando, qualia ab initio fuerint. Ac primum maxime considerandum videtur illud τάς. Quod facilem habet cognitionem, quando ego quidem nimium quoddam de loci

integritate deminutum nego. Ipsum fatetur enim se finem eiusmodi vocabuli, in quo extremo littera α proxima sit aut ab altera vocali aut a ρ littera. Hoc posito atque concesso recipio non facile quoquam retractante adsciscoque, quod ultro succurrit, Alistrae nomen. Quodsi ad persuasionem apposite hoc vocabulum pertenui argumento indicioque patefecimus atque protulimus, consequens esse videatur, ut quo patre natus Ogygus fuerit, declaremus hac verborum conformatione Ὠγυγία — ἡ Θήβη ἀπὸ Ὠγύγου υἱοῦ Τερμέρου καὶ Ἀλίστρας. De litterarum enim quam fecimus conversione omnem dubitationem praecidit Bastius Append. Epist. Crit. p. 11. Termeri autem nomen et ab eodem Stephano consignatum est p. 412, 8. Τερμέρα πόλις Λυκίας ἀπὸ Τερμέρου et ab Ogygi memoria ideo non ita longe remotum, quod id, quod ab Termero ductum est, proverbium vetustate illud tritum Τερμέρια κακά in eadem fere positum est ratione atque sententia, qua illud Ὠγύγια κακά, quod enarravit Photius p. 658, 5, sive Vatic. Append. IV. 52. p. 324. et Suidas T. II. p. 752. Ὠγύγια κακά· ἐπὶ τῶν ὀχληρῶν· ἐπεὶ συνέβη Κάδμον τὸν Ὠγύγου διὰ τὰς θυγατέρας κακοῖς περιπεσεῖν· ἄμεινον δὲ λέγειν Ὠγύγια κακὰ τὰ παλαιά· τοῦτο γὰρ ἡ λέξις δηλοῖ. Eustath. in Odyss. I. 85. p. 1393, 32. ὠγύγια μέντοι ἁπλῶς οἷον κακὰ ἤ τι ἕτερον, τὰ ἀρχαῖα. In alterum proverbium, quod vulgatum est de Termero, qui conditae urbis novae et cognomento suo appellatae gloria non minus nobilis quam Ogygus fuit, testes sunt Philippus ap. Schol. Vatic. Eurip. Rhes. 508. p. 480. Τέρμερον καὶ Λύκον Λέλεγας γενέσθαι θηριώδεις τὴν φύσιν· τοῦτον δὲ τὸν Τέρμερον πόλιν οἰκίσαι ἣν δὴ ἀπ' αὐτοῦ Τέρμερον ὠνομάσθαι· τούτους δέ φασι πρώτους λῃστεῦσαι καὶ οὐ μόνον τὰ περὶ Καρίαν, ἀλλὰ καὶ σχεδίας καὶ ῥῖπας ποιήσαντας εἰς Κῶ ἐκπλεῖν, Photius p. 577, 22. Τερμέρια· τὰ μέγαλα· Τέρμερος γὰρ καὶ Λύκος θηριώδεις καὶ λῃσταὶ ἐγένοντο· καὶ ὁ Τέρμερος πόλιν ἐν ἄκρᾳ τινὶ τῆς Μυνδίας κτίσας ἑαυτοῦ ἐπώνυμον ἐντεῦθεν ἐλῃστευεν ὁρμώμενος, idem p. 579, 25. sive Suid. T. III. p. 450., Zenobius VI. 6. et Apostolius XVIII. 30. Τερμέρια κακὰ τὰ μέγαλα, Macarius ap. Walz. Arsen. p. 445. not. 12. ἐπὶ τῶν σφόδρα

δεινῶν καὶ χαλεπῶν ἀπὸ Τερμέρου τινὸς θηριώδους τὴν φύσιν καὶ λῃστοῦ, Plutarchus vit. Thes. XI. p. 10. et praeter eos, quos attulerunt Erasmus Adag. I. 89. p. 42. et Iacobsius in Anthol. Pal. p. 663. Boissonadiusque Anecd. II. p. 479. sq., Iulianus Orat. VII. p. 210. D. κἂν τὰ Μαγνήτων κακὰ κἂν τὸ Τερμέριον κἂν πᾶσαν ἁπλῶς αὐτοῖς ἐπιφθέγξωμαι τὴν τραγῳδίαν et Nicetas Chon. de Is. Angel. II. p. 515, 13. ταῦτα κατὰ κράτος λῃΐζεσθαι κακὰ ἐργαζομένους Τερμέρειαι. De reliquo non ita necesse est pluribus narrare Tremilum, quem unam de Ogygi filiabus in matrimonio habuisse proditum est cum a Stephano Byzantio p. 252, 7. Κράγου τοῦ Τρεμίλου υἱοῦ, μητρὸς δὲ Πραξιδίκης νύμφης et p. 418, 3. Τλῶ τοῦ Τρεμίλου καὶ Πραξιδίκης νύμφης tum a Panyasi ap. eund. Stephan. p. 422, 1. ἔνθα δ' ἔναιε μέγας Τρέμιλος καὶ ἔγημε θύγατρα Νύμφην Ὠγυγίην, ἣν Πραξιδίκην καλέουσι. Veniam ad scriptorem Recognitt. S. Clement., qui Ogygium (hoc enim reponendum vocabulum censeo) patre Iove perhibet natum ex Eurynome, Asopi filia, X. 21. p. 317. C. „Iupiter vitiat — Eurynomen Asopi, ex qua nascitur Ogygias", quamquam idem scriptor 23. p. 318. B. Eurynomen Oceani sororem habet „Sed et Europam patri (leg. patrui) sui Oceani uxorem et sororem eius Eurynomen adulterat", atque alii matrem Asopi Eurynomen fuisse dictitant. Apollodor. III. 12, 6. p. 251. sq. ὁ δὲ Ἀσωπὸς ποταμὸς Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος· ὡς δὲ Ἀκουσίλαος λέγει, Πηροῦς καὶ Ποσειδῶνος· ὡς δέ τινες, Διὸς καὶ Εὐρυνόμης. De quo sic existimo, ut quod non obscura fama est Titanidis Eurynomes, Gratiarum matris (Callimach. ap. Schol. Iliad. XVIII. 399. p. 501, 46. et Apollon. de Coni. p. 505, 18. fragm. CCCCLXVII. Blomf. Εὐρυνόμη Τιτηνιὰς ἥπερ ἔτικτε Τὰς ἰδανὰς Χάριτας) atque eodem cognomento Euboea, Asopi filia a Tethye prognata (Spanhem. in Callimach. h. in Del. 17. p. 332. sq.), appellata reperitur (Hesych. p. 1393. Τιτανίδα· τὴν Εὔβοιαν παρόσον Βριάρεως θυγάτηρ ἦν· ἔνιοι δὲ τὴν Ἀσωποῦ φασι), inde commenticiam et fictam Asopi filiam Eurynomen ortam arbitrer. Attingam per huius occasionis opportunitatem etiam illud: reconditiora illa, quae in Clement. I.

d. prompta iactat Lobeckius Aglaoph. p. 398. „Iupiter vitiat — Hermionem Oceani, ex qua nascuntur Charites, Thalia, Euphrosyne, Aglaia", satis trita atque celebrata esse, propterea quod non magis certum exploratumque est apud Nonnum VIII. 161. p. 232, 27. pro *δόμον Ἁρμονίης* rescribendum esse *δόμον Εὐρυνόμης*, quam in Recognitt. l. d. „Eurynomen Oceani" pro „Hermionem Oceani". Verum haec explicate dicentur alio loco; nunc, quod coepimus. Ergo Ogygus Boeoti filius, qui et habebatur et erat indigena (*βασιλέα δὲ εἶναι τῶν Ἑκτήνων ἄνδρα αὐτόχθονα Ὤγυγον* Pausan. IX. 5, 1. p. 16. conf. Aristid. Schol. l. d. et de voce *αὐτόχθων* Spanhem. in Callim. h. in Del. 80. p. 376. sq. Has. in Timarion. p. 171. Lactant. in Stat. II. 85. p. 70. A. codd. Monac. „Ogygii Thebani ab indigena" (al. „ab Ogyge"), vel, ut idem ait Lactantius, terrigena (in Stat. Theb. I. 173. p. 20. C. „Ogygii ab Ogygio uno terrigena". V. 519. p. 240. C. „ab uno de terrigenis". II. 586. p. 103. C. „ab Ogygio terrigena" conf. Lucret. V. 1410. 1426.), quod antiquissimo tempore Boeotiam et Thebanae civitatis loca tenuerat, id ex eo consecutus est, ut et omnis Boeotia et Thebae urbs ipsius cognomine dicerentur Ogygiae. De Boeotia Strabo mihi testis est IX. p. 407. T. III. p. 428. *ἐν οἷς οἱ μὲν τὸν Ὀρχομενὸν οἰκεῖσθαι τὸν ἀρχαῖον ὑπελάμβανον· οἱ δ' Ἐλευσῖνα καὶ Ἀθήνας παρὰ τὸν Τρίτωνα ποταμόν· λέγεται δὲ κτισθῆναι* (sic Mueller. Orchom. p. 58. not. 1.) *κατὰ Κέκροπα ἡνίκα τῆς Βοιωτίας ὑπῆρξε καλουμένης τότε Ὠγυγίας* et Stephanus Byzantius p. 114, 28. *ἐκαλεῖτο δὲ Ἀόνια — καὶ Ὠγυγία καὶ Καδμηΐς* et Ausonius Epigr. XXIX. 1. „Ogygia me Bacchum vocat", unde Ogygium deum (Burmann. in Ovid. Met. III. 713.) Statius Theb. V. 518. et Ovidius Heroid. X. 48., Ogygium Iacchum Seneca Oedip. 437. et Statius Theb. II. 85., Ogygium Bacchum Valerius Flacc. II. 624. Ogygium Lyaeum Lucanus I. 675. vocarunt, quem alii *Βοιώτιον θεόν* Plutarch. Sympos. III. 2, 2. p. 120. Vol. XI., Aonium Lyaeum Statius Theb. VII. 684., Aonium deum Ovidius vid. Nic. Heins. Rem. Am. 593. (Planud. Metam. IX. 112.) p. 379. *ὁ Ἀόνιος* gloss. *Θηβαῖος*. vet. lex. graecolat. p. 490, 54. „*Θηβαία*, Aonia".

Schol. Apoll. Rhod. III. 1178. p. 563. *Ἀονίοιο δράκοντος ἀντὶ τοῦ Βοιωτικοῦ*), *Καδμεῖον ἄνακτα* Antistius Epigr. I.a. 5. p. 259. T. II. Anth. Gr., Thebanum deum Propertius III. 16, 6., Echionium Statius IX. 794. et Palladius de Insit. 45. Conf. Valer. Flacc. VIII. 446. „qualem Ogygias cum tollit in arces Bacchus et Aoniis inlidit Thyada truncis". Sed enim in eo parvi refert, Bocotiumne intelligas Bacchum an Thebanum. Et Thebas vel frequentissime Ogygias nominarunt, veluti Sophocles Oed. Col. 1770. *Θήβας δ' ἡμᾶς Τὰς Ὠγυγίους πέμψον*, Apollonius Rhodius III. 1177. *Ἀονίοιο δράκοντος ὃν Ὠγυγίῃ ἐνὶ Θήβῃ Κάδμος — πέφνεν*, Christodorus *ἐκφρ. ἀγαλμ.* 382. p. 175. T. III. Anth. Gr. *Θήβης δ' Ὠγυγίης Ἑλικώνιος ἵστατο κύκνος Πίνδαρος*, Aeschylus Sept. c. Theb. 310. *οἰκτρὸν γὰρ πόλιν ὧδ' Ὠγυγίαν ἄϊδι προϊάψαι*, Statius Theb. II. 208. „Nec minus Ogygias eadem dea turbida Thebas insilit", Lucilius Aetnae loco supra posit. I. 3. p. 31., memores illi, censeo, regis Ogygi, non Ogygiae Amphionis filiae, cuius suopte arbitratu Barthius mentionem movit ad Stat. Theb. V. 518. T. III. p. 251. „Thebae Ogygiae ab Ogygia filia Amphionis et Niobes, ut Thebae ab Theba uxore Zethi, qui Amphioni frater fuit, ut scriptum Apollodoro libr. III.". Atque id adeo plane cognoscitur ex Pausaniae libr. IX. 5, 1. p. 16. *ἄνδρα αὐτόχθονα Ὠγυγον· καὶ ἀπὸ τούτου τοῖς πολλοῖς τῶν ποιητῶν ἐπίκλησις ἐς τὰς Θήβας ἐστὶν Ὠγύγιαι* et Scholiastae Apollon. Rhod. loco dicto p. 563. *Ὠγυγίας δὲ Θήβας ἀπὸ Ὠγύγου τοῦ βασιλεύσαντος αὐτῶν.* Nec non consueverunt scriptores ipsos Thebanos Ogygidas vel Ogygios et quidquid ad eos pertinuit, Ogygium „quo vocabulo antiqui Thebanos intelligi volebant („voluerunt" Monac.)" Lactant. in Theb. Stat. VII. 348. p. 330. A., appellare, Statius maxime Theb. I. 173. „hancne Ogygiis — aspera rebus Fata tulere vicem?" II. 586. „inde iterum densi glomerantur in unum Ogygidae". III. 110. et XII. 55. „Elysias i carpe plagas, ubi manibus axis Invius Ogygiis". III. 156. „Ogygias titulis anteire parentes". VI. 173. „sic aequa gemant mihi funera matres Ogygiae" et XII. 786. (conf. Ovid. Met. III. 713. Medic. lib.). VII. 33. „Ogygio sat erit

Tritonia bello". VI. 609. „Marte Ogygio". IX. 812. „Ogygias catervas". 841. „alas". X. 545. „desuper Ogygiae pepulit gravis impetus hastae". XII. 198. 247. „Ogygias domos". 477. leges. Silv. V. 2, 123. „Ogygio pulvere", Seneca Oedip. 589. „Avidumque populi Pestis Ogygii malum", Sidonius carm. XVI. 4. „Ogygiamque chelyn, quae — auritos erexit carmine muros". Porro autem illud animadverto, primum in Boeotia Ogygum regnum habuisse et regnum Hectenum, qui Hyantibus Aonibusque priores fuerunt teste Pausania l. d. p. 17. *ἐςοικίσασθαι δὲ μετὰ τοὺς Ἑκτῆνας ἐς τὴν χώραν Ὑαντας καὶ Ἄονας, Βοιώτια ἐμοὶ δοκεῖν γένη καὶ οὐκ ἐπηλύδων ἀνθρώπων* et Pindaro ap. Lactant. in Stat. Theb. II. 85. fragm. 23. De quo versu cum Boeckhius p. 567. non mediocriter laboraverit, donec haec extricaret *Ὠγυγίους δ' εὗρεν ὅπου πόλιν αἵτεε τάνδ' ἐς αἰπύ*, non possum ego non aut proxime atque ille aut etiam aeque laborare. Is versus comparet in Lactantii libris, qui penes Lindenbrogium fuerunt, sic consignatus p. 70. B. *Opite IωCDeeyPeNOΠONNHTHCTΛNeCCYΠy*, in Gudiano „*opite IωSΔEE y PαNωNNHTHEΦα. NECCIΠΠ*, in Monacensi *opireιωCDee y pe noronn HιHe ΦΔHe· CCINHyHα*, in Frisingensi *opite IωC DEey PE NONONNH THEΦα· NeCCyNy*; sic enim ego inveni. Ex quo documentum capere potes, „quam male accepta, quam monstruose distorta olim fuerint Graeca ab imperitissimis linguae istius librariis" ut ait Trillerus Obss. Critt. IV. 5. p. 322. Equidem dum crebro ista retracto mihi opinione persuasi, abdite hic latere, quae tum a memoriae fide esse praestabiliora tum apte in hunc locum convenire atque inter se congruere videntur, nomina Ogygiorum et Pronastarum (*ΠΟΝΝΗΤΗΣ*) et Messapiorum (*ΝΕΣΣΙΠΥ*), quae litteris mandavit Stephanus Byzantius p. 356, 23. *Προνάσται· ἔθνος Βοιωτίας. Βοιωτῶν δέ τινες παλαιὸν ἔθνος Προνάσται καλοῦνται* et p. 114, 28. *ἐκαλεῖτο δὲ Ἀονία καὶ Μεσαπία καὶ Ὠγυγία.* Haec si plerisque non probamus, sint falsa sane; invidiosa certe non sunt. Ceterum in Pausaniae auctoritate acquiesco; contradicat licet Theognostus p. 27, 12. Cram. Anecd. II. *Ἐγκτηνες δὲ ἐλέγοντο* (*οἱ* addendum)

μετὰ τοὺς Ὑαντας τὴν Βοιωτίαν οἰκήσαντες. Alterum quod proposui, firmatur Lactantii verbis in Stat. Theb. I. 173. p. 20. C. „ab Ogygio uno terrigena Thebanorum primo rege", Photii lexico p. 658, 9. *διὰ τὸ Ὠγύγιον πρῶτον ἄρξαι τῶν Θηβῶν* (cod. *τῶν θηλυκῶν*) sive *Συναγ.* p. 420, 23. Bachm. Anecd. I., Schol. Hesiod. Theog. 806. p. 532, 23. Schol. Apollon. Rhod. l. d. p. 563. *Ὠγυγίας Θήβας ἀπὸ Ὠγύγου τοῦ πρῶτον βασιλεύσαντος αὐτῶν*, in quo loco ipse, qua opus esse videbatur, vocem *πρῶτον* restitui, cuius numeri notam nonnumquam oblitteratam atque abolitam arguit Arsenii exemplum Viol. p. 184. *Σωσιστράτης ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Κρητικῶν.* apogr. Dresd. *ἐν τῇ Κρητικῶν* et quae commemoravit Koenius in Gregor. Corinth. p. 652. sq. His de caussis factum est, ut quidquid pervetus et prope omni memoria antiquius esset atque venerabile vetustate sua, id Ogygi nomine consuetudo nuncuparet. Quam consuetudinem demonstrant Hesychius p. 1585. *ὠγυγίου· παλαιοῦ, ἀρχαίου,* Photius p. 658, 9. *Ὠγύγιον· ἀρχαῖον, παλαιόν* sive Suid. II. p. 752., Etymol. M. p. 820, 40. sive Tzetz. in Lycophr. 1206. *πᾶν τὸ ἀρχαῖον ὠγύγιόν φασι διὰ τὸ πολὺ αὐτὸν γενέσθαι ἀρχαιότατον,* Eustathius in Hom. Odyss. I. 85. p. 1393,32. *Ωγυγία δὲ κύριον ὄνομα τῆς κατὰ τὴν Καλυψὼ νήσου· ὠγύγια μέντοι ἁπλῶς οἷον κακὰ ἤ τι ἕτερον, τὰ ἀρχαῖα· ἀπό τινος Ὠγύγου φασὶ βασιλέως ἀρχαίου Θηβῶν,* quae documento habenda sunt, quo refici debeat supplemento Phavorini locus p. 756. *Ὠγυγία κύριον ὄνομα τῆς κατὰ τὴν Καλυψὼ νήσου, ἀπό τινος Ὠγύγου φασὶ βασιλέως ἀρχαίου Θηβῶν,* Philemo 309. p. 213., Schol. Nicandr. Ther. 343. p. 73. *Ὠγύγιος δὲ ἀπὸ Ὠγύγου τινὸς τουτέστιν ἀρχαῖος καὶ παλαιός* (hoc est priscus et antiquus, Ruhnk. in Vellei. I. 16, 3. p. 64. Schaef. in Plin. Epist. III. 6, 3. p. 145.), Schol. Hesiod. l. d. *Ὠγύγιον τὸ παλαιόν,* Lactantius l. d. „ab Ogygio — Thebani antiquas res Ogygias nominabant, qui (Burmann. in Ovid. Met. III. 713. „quia") primus eis imperavit". Scalig. in Euseb. CCXXIX. p. 21. a. „Primum omnium regnasse Thebis ferunt Calydnum, unde *Καλύδνου τύρσιν* Thebas vocat Lycophro. Post Calydnum Ogyges, unde Ogygiae portae. *Καλυδναῖον* veteribus

poetis est ἀρχαῖον teste Hesychio, item Ὠγύγιον haud dubie ab utroque rege propter eorum vetustatem". Idque exemplis explicaverunt Stanleius p. 754. Pauw. et Blomfieldus p. 134. in Aesch. Sept. c. Theb. 310. Spanhemius p. 8. et Ernestius p. 9. in Callim. h. in Iov. 14. Burmannus in Ovid. Met. III. 713. p. 232., cum Stanleio et Spanhemio commemoratus a Reisigio Oed. Col. En. 1761. p. CCXII., Leisnerus ad Bos. Antiq. Graec. II. 2. p. 117. b. Veluti ὠγύγιον Στυγὸς ὕδωρ apud Hesiodum in Theog. 806. (Callimach. h. in Iov. 40. παλαιότατον ὕδωρ), κράτος ὠγύγιον apud Sophoclem Philoct. 142., quod Scholiasta p. 289. interpretatur τὸ ἐξ ἀρχῆς, ὠγύγιον σκῆπτρον in Simmiae Alis extr. p. 259. Cren., νόμος — ὠγύγιος in Orph. hymn. LXIV. 10. p. 334. et LIX. 10. p. 326., νεῖκος, πῦρ apud Coluthum et Empedoclem ap. Osann. in Philemon. p. 213. Apud Callimachum h. in Iov. 14. extat ἀλλὰ ἢ Ῥείης Ὠγύγιον καλέουσι λεχώϊον Ἀπιδανῆες, apud Hephaestionem Thebanum περὶ τῶν καταρχῶν in cod. LXVIII. bibl. Matrit. p. 245. Τῇδ' ὑπὸ πᾶσα Ῥόδος καὶ Κυκλάδες ἄμμιγα νῆσοι Καὶ δρύες ὠγύγιαι, Ἀρκάδες ἄνδρες ἔδεσκον Καὶ βαθυδίνης τε μέγας ῥόος Ὠκεανοῖο, quae sic redintegranda esse liquet δρυές ὠγύγιαι τῶν Ἀρκάδες ἄνδρες ἔδεσκον Καὶ βαθυδινήεις, apud Pindarum Nem. VI. 46. ἀσκίοις Φλιοῦντος ὑπ' ὠγυγίοις ὄρεσιν. Ὠγύγιος Λάδων Dionys. Perieg. 417. hoc est παλαιὸς ὁ τὴν πρώτην γεννήσας ἄνθρωπον Eustath. p. 174, 26. vid. II. 3. p. 136., ὠγυγίων ἡρώων Epigr. Incert. DLXV. 7. p. 236. T. IV. Anth. Gr. et Paull. Silent. Descr. S. Soph. 1014. p. 47. πάντα μὲν ὠγυγίων τε καὶ ὁπλοτέρων κλέα μόχθων ἐξεδάης. Quid longo ordine urbes dicam, quae propter vetustatem illud cognomentum meruerunt? Ex quibus in exemplum subiiciam τὰς ὠγυγίας Ἀθάνας Aesch. Pers. 975., Τύρον ὠγυγίην Dionys. Perieg. 911., ὠγυγίη τε Θάσος 523., Callimach. h. in Del. 160. Ὠγυγίην — Κόων Μεροπηΐδα νῆσον, Nonn. XIII. 164. p. 360, 19. Ὠγυγίης πέδον Αἴθης, Θήβας Ὠγυγίας Aegyptias Aesch. Pers. 37. et, quos transmisit Casaubonus in Strab. IX. p. 407., Dionys. Perieg. 249. Θήβην ὠγυγίην ἑκατόμπυλον sive Epigr. in cod. bibl. Matrit. XXIV. p. 111. col. 2., et Steph. Byzant.

p. 29, 2. *Αἴγυπτος — Ὠγυγία ἐκαλεῖτο*, cuius appellationis certiorem et illustriorem rationem Scholiasta Apollon. Rhod. IV. 262. p. 585. *πάντων ἀρχαιοτάτους Αἰγυπτίους φασὶ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ πρώτην κτισθῆναι πόλιν Θήβας* et Nonnus XLI. 270. p. 1068, 8. *Θήβης ἀρχεγόνοιο* praeferunt, quam qui Ogygum regem Aegyptiorum finxerunt Schol. Aristid. Panath. p. 313, 32. *οὕτως ὀνομάσαι τούτους μετὰ τὸ κτίσαι τὸν Ὠγυγον τὰς ἐκεῖ Θήβας τὴν πόλιν.* Tzetz. in Lycophr. 1206. *ὁ Ὠγυγος Θηβῶν Αἰγυπτίων ἦν βασιλεὺς — μαρτυρεῖ δὲ σὺν ἄλλοις καὶ ὁ Περιηγητὴς Αἰγυπτίας Θήβας λέγων Ὠγυγίας.* Quin etiam ad inanium rerum et vetustate exoletarum significationem id vocabulum traductum fuisse duobus testimoniis, uno Nicandri (Ther. 343. *ὠγύγιον μῦθον*), altero Gregorii Nazianzeni (*ἀγυγίην φάτιν*) Rittershusius in Oppian. Cyneg. III. 57. p. 94. probavit. Etsi id ipsum videatur secus. Verum est enim haec sic animo et cogitatione comprehendi, ut illos scriptores interpretemur loqui ea, quae aut fama vetere et antiqua accepissent aut in priscis invenissent Graecorum litteris, atque eo verbo idem declarare, quod Callimachum sic dicendo *ὁ γέγειος λόγος*, de quo vid. Corollar. XXV. Extiterunt etiam, qui quae ingentia et supra ceterae modum magnitudinis essent, eo vocabulo non indigna censerent, veluti Heliodorus *ὠγύγιος ἄνθρωπος*, quod his explanavit Coraius p. 350. *λέγονται τὰ παλαιὰ, τὰ ἀρχαῖα ἀπὸ Ὠγύγου τοῦ πρῶτον βασιλεύσαντος Θηβῶν· σημαίνει δὲ καὶ τὰ ὑπερμεγέθη· ἴσως διὰ τὸ τοὺς ἀρχαίους κοίνῃ δόξῃ μείζους τῶν μεταγενεστέρων ὑπειλῆφθαι τὴν ἡλικίαν.* Conf. Hesych. Phot. Suid. l. d. v. *Ὠγύγιον· ἀρχαῖον, παλαιὸν ἢ ὑπερμέγεθες* et v. *Ὠγύγια κακά.* Ergo satis scite et commode et Priscianus Perieg. 235. „veteris sub moenia Thebes", 414. „vetus qua (currit) longo gurgite Ladon", Propertius II. 1, 21. „veteres Thebas", alii, illud *Ὠγύγιον* expresserunt et Hesychius p. 1585. *Ὠγύγια τείχη* dicit esse *ἀρχαῖα* conf. Varr. de Re Rust. III. 1, 2. p. 271., quum „Ogygia moenia" ab Attio in Diomede (fr. 10. p. 198.) memorata Festus p. 186. intelligere maluerit Thebana, ab Ogygo conditore dicta. Itemque Ogygias portas vetustas esse affirmarunt Suidas T. II. p. 752. *Ὠγύγιαι πύλαι·*

ἀρχαῖαι et Scholiasta Eurip. Phoen. 1113. Taurin. p. 234. not. 5. (πυλῶν) ἀρχαίων, ac ceterarum nomina portarum prae Ogygiis paene recentia putavit Pausanias IX. 8, 3. p. 31. ἐφαίνετο δὲ εἶναί μοι — αἱ Ὠγύγιαι τὸ ἀρχαιότατον (ὄνομα). Quocirca intelligi necesse est Ogygias portas, quas primas omnium aedificatas constat (ὡς αὐτῶν πρωτοκτίστων οὐσῶν τῇ πόλει Schol. Eurip. l. d.), aedificatas fuisse a Cadmo Cadmeae et auctore et munitore atque Ogygi tamquam successore, ceteras quae ad septenarium numerum desunt, ab Zetho et Amphione tum exstructas, quum proprie dictas Thebas conderent. Confirmat hoc liquido Tzetza in Lycophr. 1206. καὶ ὁ Ὤγυγος Θηβῶν Αἰγυπτίων ἦν βασιλεὺς, ὅθεν ὁ Κάδμος ὑπῆρχεν, ὃς ἐλθὼν ἐν Ἑλλάδι τὰς ἑπταπύλους ἔκτισε καὶ Ὠγυγίας πύλας ἐκάλεσε πάντα ποιήσας εἰς ὄνομα τῶν Αἰγυπτίων Θηβῶν, quae dubito an meliora fiant hac correctione: Ὠγυγίας πύλας ἐκάλεσεν ἀντιποιήσας εἰς ὄνομα τῶν Αἰγυπτίων Θηβῶν. Verum maius et gravius argumentum est, quod ex Hesychii verbis p. 713. Ὄγκας Ἀθηνᾶς· τὰς Ὠγυγίας πύλας λέγει, quae ad Aeschyli Sept. c. Theb. 483. respicere omnes consenserunt praeter Ouwensium, plane cognoscitur, Ogygias easdem atque Oncaeas esse idque compertum attulerunt Stanleius ad Aesch. Sept. p. 745. Valckenarius in Eurip. Phoen. p. 394. Porsonusque p. 83., Meinekius ad Euphor. p. 76., Boeckhius Corp. Inscr. Gr. nr. 48. p. 77., Muellerus Orchom. p. 486. et quos supplere longum est. Namque „Aeschylus ad portas Ὄγκας Ἀθανᾶς sistit Hippomedonta (τέταρτος ἄλλος γείτονας πύλας ἔχων Ὄγκας Ἀθανᾶς ξὺν βοῇ παρίσταται μέγ' Ἱππομέδοντος σχῆμα 482.), qui secundum Euripidem (Phoen. 1113.) Ὠγύγια εἰς πυλώματα ἔστειχε", ex quo quid posset colligi, sicut olim, puto, Hesychius, ita hoc tempore animadverterunt cum reliqui tum Blomfieldus gloss. ad Sept. p. 152., cuius ipsa verba usurpabam, ac Siebelius ad Pausan. Vol. IV. adnott. p. 31. Eandem ego sententiam et dudum adamavi et pugnacissime defendo non Hesychii dumtaxat fretus auctoritate, sed magna probabilitate eorum, quae de Onca Minerva percunctando exsequuti sumus. Quae quum instituti nostri ratio postulet ut explicentur et

expediantur in quinto libro, nunc illud delibo et pro certo affirmo, a Cadmo factam dedicatamque esse in Cadmea oppido aram et aedem Oncae Minervae conf. Boeckh. l. d. Quod si verum est (est autem vel verissimum), intelligitur in arce Thebarum sitas et a Cadmo exstructas fuisse portas Ogygias. Congruentia his Aristodemus disseruit, diligentissimus Thebanarum rerum investigator. Ogygi sepulcro enim Ogygias portas impositas atque ex eo ipso nominatas fuisse auctorem profitetur Aristodemum Scholiasta Eurip. Phoen. 1113. p. 234. *Ὠγύγια προσηγορεύθη, φησὶν Ἀριστόδημος, διὰ τὸ τοὺς περὶ Ἀμφίονα καὶ Ζῆθον τειχίζοντας τὰς Θήβας παρὰ τὸν Ὠγύγου τοῦ βασιλέως τάφον αὐτὰς τάξαι. Ὠγύγια δὲ τὰ ἐν τάφῳ τοῦ Ὠγύγου βασιλέως* (schol. Taurin. *ἐπεὶ παρὰ Ὠγύγου τοῦ Βοιωτοῦ τάφῳ ἔκειντο καὶ οὐχ ὅτι Ὤγυγος αὐτὴν ἔκτισεν· οἱ γὰρ περὶ τὸν Ἀμφίονα ἔκτισαν τὰς Θήβας*). Qui quod Amphionem Zethumque pro Cadmo appellavit, est is communis multorum error exagitatus a nobis supra I. 2., qui quidem in Scholiastam cadit, in Aristodemum non item. Hoc sepulcrum autem, nisi quid me fallit, is tumulus est, in quo Cadmeam aedificatam scripsimus (*Βοιωτὸν κλέτας* Nonn. V. 59. p. 143, 24.). Qualis situs, ut alia transeam Meursio dicta in Lycophr. p. 288. sq., fuit sepulcri Gygis (Hippon. in Cram. Anecd. III. p. 310. *Γύγου σῆμα*) teste Scholiasta Nicandr. Ther. 633. p. 96. *τὸ Παρθένιον ἀκρωτήριον τοῦ Τμώλου τῆς Λυδίας, ὅπου τάφος τοῦ Γύγου.* In hanc sententiam accipio Lactantii verba ad Stat. Theb. VII. 348. p. 330. A. „(Ogygio) quo vocabulo antiqui Thebanos intelligi volebant. Post etiam nemori est hoc nomen impositum. Etiam tumulus circa Thebas ita vocatur". Qui si ea in re sit error, quod Lactantium interiorum quarundam et reconditarum litterarum non expertem habeam, existimatio communis omnibus est. Nam etiam illud accedit, ne ea verba sine controversia possim in illam partem interpretari, quod de Statii versu II. 208. „socias it Fama per urbes Finitimisque agitatur agris, procul usque Lyceos Partheniosque super saltus Ephyraeaque rura. Nec minus Ogygias eadem dea turbida Thebas Insilit" idem Lactantius sic commentatus

est „Ogygias) Thebas, non montes Ogygios, sed locum, ubi Thebae sunt constitutae", quae vetustate dilapsa ut hoc modo reficiam „Ogygias) Thebas, non montes Ogygios; non montes, sed locum ubi Thebae sunt constitutae", documentum mihi est, quam Monacensis liber suggerit, scripturae discrepantia „Ogygias Thebas non montes agigios montes sed locum". Sic autem commentatus Lactantius est, de mentione montium, quos senserat moliendos esse sede non sua, recordatus, opinor, aut locum Statii IV. 380. „Silvestris regina chori decurrit in aequum Vertice ab Ogygio" aut aliquem eiusmodi, qualis est Valerii Flacci VIII. 446. „Ogygias arces" memorantis.

Hinc Oncaearum vocabulum breviter dicam. Quod ab Antimacho in Thebaide (fr. p. 77.) et Rhiano (fr. inc. II.) in Heraclea, quemadmodum coniecit Saalius, usurpatum fuisse testatur Scholiasta Aesch. Sept. c. Theb. 148. p. 155. *Ὀγκαία τοίνυν ἡ Ἀθηνᾶ τιμᾶται παρὰ Θηβαίοις· Ὄγκα δὲ παρὰ Φοίνιξιν ἡ Ἀθηνᾶ καὶ Ὀγκαῖαι πύλαι. Μέμνηται τούτου* (leg. *τούτων*) *καὶ Ἀντίμαχος καὶ Ῥιανός.* Quamquam mihi videntur voces *καὶ Ῥιανός* vel *ἐκ εὐριανός* dare suspicionem foede discerpti nominis Euphorionis, quem in eam mentionem in Thrace suo incidisse tradidit Stephanus Byzantius p. 320,9. *Ὀγκαῖαι πύλαι Θηβῶν. Εὐφορίων Θρᾳκί. Ὄγκα γὰρ ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ Φοίνικας* (fr. XXII. p. 75.). Hoc tamen (fatebor enim) posui non subtiles quasdam et certas rationes consectatus, verum impetus et temporis ipsius nescio quis ardor explicuit. Denique Scholiasta Aeschyli meminit de Oncaeis portis ad v. 471. p. 191. *γείτονας πύλας τὰς τῆς Ἀθηνᾶς φησιν Ὀγκαίας, ἀφ' ἧς καὶ αἱ πύλαι αὗται Ὀγκαῖαι ἐλέγοντο* et dispari, si vera librorum fides est (vid. quae infra cap. IV. dicentur), forma usus Apollodorus III. 6,6. p. 208. *παρὰ τὰς Ὀγκαΐδας.*

Schol. Eurip. Phoen. 7. p. 7. fr. hist. I. 12. p. 101. *Ἔφορος δὲ Ἠλέκτρας τῆς Ἄτλαντος αὐτὴν εἶναι λέγει, Κάδμον δὲ παραπλέοντα τὴν Σαμοθρᾴκην ἁρπάσαι αὐτὴν, τὴν δὲ εἰς τιμὴν τῆς μητρὸς ὀνομάσαι τὰς Ἠλέκτρας πύλας*, ab Cadmo Hellanicus (fr. p. 103.) et Idomeneus ap. Schol. Apoll. Rhod. l. d. *Ἁρμονίαν ἣν ἠγάγετο Κάδμος καὶ ἀπὶ τῆς μητρὸς αὐτῆς Ἠλεκτρίδας πύλας τῆς Θήβης ὀνομάσαι.* Paris. p. 72. *Ἁρμονίαν ἣν ἔγημεν ὁ Κάδμος· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῆς Θήβης πύλας Ἠλεκτρίδας ἐκάλεσαν* (scrib. *ἐκάλεσεν*) *ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς. Ταῦτα ἱστορεῖ Ἑλλάνικος ἐν ᾱ Τρωϊκῶν καὶ Ἰδομενεὺς ἐν ᾱ Τρωϊκῶν*, quos sequitur Scholiasta Eurip. August. et Taur. a Sturzio p. 103. non praetermissus *ἱστορεῖται δὲ ἡ Ἠλέκτρα τρεῖς παῖδας ἔχειν Δάρδανον, Ἠετίωνα — καὶ Ἁρμονίαν ἣν γήμαντα τὸν Κάδμον ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς Ἠλέκτρας πύλας ὀνομάσαι τῆς Θήβης.* Interponere libet, quod a proposito seiunctum est, in testificatione Idomenei Troicorum, quod nomen falsum et corruptum nuper iudicatum est, nullam subesse suspicionem videri nec Muellero Orchom. p. 462. not. 1. neque Lobeckio Aglaoph. p. 1206., cuius copiis, si cognovisset (p. 121.) conf. Meier. ind. schol. in univers. Hal. per aestat. ann. hui. saec. XXXVI. habit. p. XI., aliquem cumulum suae scriptioni addere poterat is, qui veterum scriptorum locos, quibus mentio Idomenei facta esset, collegit et composuit Excurs. V. ad Plutarch. Pericl. p. 313. sq. Sintenisius. Sed hoc ipsum concedatur, Idomeneo *τὰ Τρωϊκά* errore librariorum data esse (Sinten. p. 315.), ergo commemorandos fuisse *Σαμοθρᾳκικῶν* libros? Immo ego res patrias (aut heroicas Schaefer. in Bos. Ellips. p. 396.) sumpserim ab illo enarratas. Sed in hoc, quod agitur, haud dubio prior ratio est Pausaniae, qui fere habet fidem et religionem Thebanae rerum famae quasi addictam. Quod multo secus factum est ab Ephoro et Idomeneo, eo etiam contra veritatem repugnantibus, quod Harmoniam Cadmi uxorem perhibuerunt ex Electra natam patre Iove. Verum Venerem Martemque Harmoniae parentes nuncupandos esse Thebanis crediderat Pausanias IX. 5,1. p. 17., crediderant alii. Neque enim nunc operae nobis est, aut conveniens huius loci rationi putamus, quae de Harmonia et Electra

variant auctores, omnia exsequi. Satis est hoc adiecisse, Electram, quam sororem Cadmi esse Thebani affirmarunt, a quibusdam habitam eius uxorem (Schol. Eurip. Phoen. 5. p. 5. *ἔνιοι δὲ ἀντὶ Ἁρμονίας Ἠλέκτραν γῆμαι αὐτόν φασι* et 7. p. 7. *ἔνιοι τὴν Ἠλέκτραν τὴν Ἄτλαντος αὐτὸν, οὐ τὴν Ἁρμονίαν λέγουσι γεγαμηκέναι,* de quo fallitur Burmannus in Ovid. Met. III. 133. p. 181. b.), ab aliis matrem Harmoniae; nam Etym. M. verba obtinuimus nullius momenti esse. Postremo Nonnus, qui portas suo quamque numine distinxit, Electras adscripsit atque attribuit Soli sive, quemadmodum et ipse III. 51. p. 86,27. XLVI. 125. p. 1186, 23. et Archestratus ap. Athen. VII. p. 326. B., Orph. fragm. VII. 19. p. 464., Eratosthenes Cataster. 43. p. 33. *ὁ δεύτερος (ἀστὴρ) ἐκλήθη μὲν Φαέθων οὐ μέγας, οὗτος ὠνομάσθη ἀπὸ τοῦ Ἡλίου,* alii ap. Maser. in Valer. Flacc. III. 213. appellare consueverunt, Phaethonti V. 75. p. 144,7. *διαγράψας δὲ τετάρτην Ἠλέκτρην Φαέθοντος ἐπώνυμον ὅττι φανέντος Σύγχροος Ἠλέκτρης ἀμαρύσσεται ὄρθιος αἴγλη Ἠελίῳ πυρόεντι πύλην ἀντώπιον ἠοῦς Μεσσατίην ἀνέθηκεν.* De qua opinione facile et explicatum iudicium est. Quippe Nonno sic existimandi caussa fuit ex eo, quod saepe Sol soleret Elector usurpari atque appellari (quemadmodum Luna Electra Gessner. Comm. Soc. Gott. T. III, p. 70.). Ait Plinius Nat. Hist. XXXVII. 11. p. 27. Vol. X. „electrum appellatum, quoniam Sol vocitatus sit Elector", quorum intellectum non consequutus est Paschalius de Coron. IX. 15. p. 612. Add. Phot. p. 57,27. et *Συναγ. λεξ. χρησ.* I. Bachm. p. 250,6. *Ἠλέκτωρ· ὁ ἥλιος.* Anecd. Bekk. p. 1200. ad 992,21. *ἠλέκτωρ ἠλέκτωρος. — ἠλέκτωρ γὰρ λέγεται ὁ ἥλιος.* Euphor. fr. LXXIV. *καί οἱ γείνατο κοῦρον, ὃς οὐκ ἠλέκτορα εἶδεν* et Meinek. p. 143. Schol. p. 199. b. 45. et Eustath. Iliad. VI. 513. p. 659,36. *γίνεται δὲ ἠλέκτωρ Ἥλιος ἢ παρὰ τὸν χρυσοφαῆ ἤλεκτρον ἢ καὶ ὅτι ἀνατέλλων ἀποστερεῖ λέκτρου ἤτοι λέχους καὶ κοίτης τοὺς ἐργατικούς* et Odyss. IV. 73. p. 1483,33. et Iliad. XIX. 398. p. 1189,63. *ἥλιος ἀκάμας μὴ εἰδὼς λέκτρον, ἀλλ' ἀκοιμήτως εἰλούμενος,* unde Rhodii unicam Solis filiam Electryonen nominarunt Meurs. Rhod. I. 12. p. 34.

Portas Electras igitur, quae vocantur, omnium firmissimas fuisse Barthius in Stat. Theb. IV. 341. T. II. p. 1032. suo iudicio et sua sponte docuit, non invenerat apud auctorem. Illud fortasse coniectura cum aliunde tum ex Eurip. Bacch. 736. et Arrhiani Exp. Alex. I. 8., de quo alio loco explanabitur, facta iudicari potest satis probabiliter, fuisse portam eam velut in ore urbis positam maiorem aliquanto patentioremque, quam ceteras, et intra eam extraque latas fuisse vias, quae etiam maiori militum copiae liberum spatium praeberent (Liv. XXXI. 24.). Etenim constat claro illas apud Graecos rumore fuisse idcirco, quod inde via erat in Plataeensium agrum atque Atticam. De quo quidem (neque enim eius rei iudicium differre sustineo) fortiter affirmare debebat Elmsleius in Eurip. Bacch. 779. p. 99. „Per eam portam, ni fallor, inquit, ex Attica venientes urbem ingrediebantur. Non mirum igitur, si saepius eam memorant Athenienses, quam ceteras Thebarum portas". Namque qui Thebis Athenas profecturus erat, Electris portis egressus superata Dirce (vid. II. 4. p. 139. sq. 142.) Potnias, quod oppidum haud longe a Thebis aberat (*χωρίον οὐ μακρὰν ἀπὸ Θηβῶν* Aelian. Hist. Anim. XV. 25. p. 349,6. *Πότνιαι περὶ Θήβας* Isigon. ap. Sotion. ap. Meurs. Cypr. II. 30. p. 165. et Bandin. Bibl. Laur. II. p. 291.) accedebat et quidem intra decimum fere stadium, inde traiectis fluviis primum ad quartum milliarium (Gell. It. of Gr. p. 139.) Asopo, qui Plataeensem agrum et Thebanum dirimebat, deinde Oeroë (Mueller. Orchom. p. 488.) postquam praeterierat Androcratis fanum Plataeas perveniebat. Locupletissimo auctore haec attuli Pausania IX. 4,3. p. 16. *Ἐκ Πλαταίας δὲ ἰοῦσιν ἐς Θήβας ποταμός ἐστιν Ὠερόη· πρὶν δὲ ἢ διαβῆναι τὸν Ἀσωπὸν παρ' αὐτὸ τὸ ῥεῦμα ἀποτραπεῖσιν ἐς τὰ κάτω — ἐστὶν ἐρείπια Σκώλου· — ἀποκρίνει δὲ καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τῆς Θηβαίων τὴν Πλαταιΐδα ὁ Ἀσωπός* (et II. 6,2. p. 227. *Ἀσωπὸς — τὴν Θηβαΐδα καὶ Πλαταιΐδα ὁρίζει.* Herodot. VI. 108. *τὸν Ἀσωπὸν αὐτὸν ἐποιήσαντο Ἀθηναῖοι οὖρον Θηβαίοισι πρὸς Πλαταιέας εἶναι καὶ Ὑσιάς*) et 8,1. p. 29. *διαβεβηκότι δὲ ἤδη τὸν Ἀσωπὸν καὶ τῆς πόλεως (Θηβῶν) δέκα μάλιστα ἀφεστηκότι σταδίους Ποτνιῶν ἐστιν ἐρείπια* (quibus adhi-

beam testem Xenophontem Hist. Gr. V. 4, 51. *Θηβαῖοι δρόμῳ ἔθεον πρὸς τὴν πόλιν τὴν ἐπὶ Ποτνιὰς ὁδόν*) et 3. p. 32. *ἐρχομένῳ δὲ ἐκ Πλαταίας ἔξοδος ἐς τὰς Θήβας κατὰ πύλας ἐστὶν Ἠλέκτρας.* De Androcratis fano herois loco a Plataeensibus habiti (Wass. in Thucyd. Vol. II. p. 528.), quod Thebis venienti ad sinistram situm fuit et modico intervallo a Gargaphie fonte disiunctum (Herod. IX. 25. *πλησίον τῆς τε κρήνης τῆς Γαργαφίης καὶ τοῦ τεμένεος τοῦ Ἀνδροκράτεος τοῦ ἥρωος*), suppleo locum Thucydidis III. 24. *ὁρμήσαντες δὲ ἀπὸ τῆς τάφρου οἱ Πλαταιῆς ἐχώρουν ἀθρόοι τὴν ἐς Θήβας φέρουσαν ὁδὸν ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸ τοῦ Ἀνδροκράτους ἡρῷον*, quo loco usus est Gailius in Philol. quinta parte p. 300. sq. mihi quamvis multa agitanti nondum visa, quam identidem inveni in has res citatam a Poppone in Thucyd. Vol. II. p. 280. sqq. II. c. 23. Ea via, praeterquam quod proxime a Thebis iugis humilibus scindebatur inter se velut serie cohaerentibus (Gell. Itin. p. 56. 109. conf. Krus. Hellad. II. P. I. p. 565.), tota plana erat atque aequabilis testibus Dicaearcho Vit. Graec. p. 188. *ἐντεῦθεν εἰς Θήβας στάδια π'. ὁδὸς λεία πᾶσα καὶ ἐπίπεδος* et Pausania IX. 1,3. p. 6. *σφᾶς αὐτίκα οὐ τὴν εὐθεῖαν ἀπὸ τῶν Θηβῶν τήν τε ἐπὶ τὴν πεδιάδα — ἦγε.* Distabant autem ab Thebanorum urbe Plataeae stadiis octoginta (vel sexaginta teste Gailio p. 280. sq. ap. Popp. Thucyd. II. p. 280.), si fidem facit Dicaearchus l. d. aut septuaginta, si credere libet cum Casaubono in Strab. IX. p. 411. et Wesselingio in Antonin. Itin. p. 327. Thucydidi II. 5. *ἀπέχει δ' ἡ Πλάταια τῶν Θηβῶν σταδίους ἑβδομήκοντα*, quae transcripsit Doxopater Homil. in Aphthon. p. 442,8. *ἡ Πλάταια — ἀπέχει Θηβῶν σταδίους ἑβδομήκοντα.* In qua urbium vicinia, si qui apud Plataeas locum ceperant, facultatem habebant Thebanis adventum hostium et si quid aliter non poterat nunciari, significandi ignibus, ut mos erat, per noctem accensis. Thucyd. III. 22. *φρυκτοί τε ἤροντο ἐς τὰς Θήβας πολέμιοι.* Polyaen. VI. 19,2. p. 583. sq. *Λακεδαιμόνιοι πυρσοὺς πολεμίους ἐς τὰς Θήβας ἀνέσχον συμμαχίαν καλοῦντες. Πλαταιεῖς ἐκ τῆς πόλεως ἀντανέσχον πυρσοὺς φιλίους, ἵνα διὰ τῆς ἐπιπυρσίας ἀπαντήσαντες Θηβαίους*

πείσωσιν ἀποστῆναι τῆς βοηθείας. οὕτω γε τοῖς πυρσοῖς ἐναντίοις ἀμφιδοξήσαντες Θηβαῖοι βοηθῆσαι κατώκνησαν. De quo more multifariam ab doctis hominibus expositum est velut a Casaubono Epist. ad Ioa. Witten. ap. Elmenhorst. in Appul. de mund. p. 349. sq. Meursio in Lycophr. p. 186. Schwebelio in Onosandr. VI. p. 36. Bloomfieldo in Thuc. l. d. p. 542. Popp. Sed Plataeis relictis petebantur Eleutherae, quae ab Eleusine, qua in Boeotiam iter est, Atticae et Boeotiae fines regebant monte Cithaerone utriusque terrae termino nondum constituto. Quam iuxta viam visebantur primum tumuli Graecorum, qui proelio ad Plataeas facto occubuerant, postea ad laevam Mardonii monumentum. Testem in haec do eundem Pausaniam IX. 2, 2. p. 7. sq. ἐπανελθοῦσι δὲ ἐς τὴν λεωφόρον ἐστὶν αὖθις ἐν δεξιᾷ Μαρδονίου λεγόμενον μνῆμα εἶναι —. αὕτη μὲν ἀπ' Ἐλευθερῶν ἐς Πλάταιαν ἄγει. 4. p. 9. κατὰ δὲ τὴν ἔξοδον μάλιστα τὴν ἐς Πλάταιαν τάφοι τῶν πρὸς Μήδους μαχεσαμένων εἰσί· τοῖς μὲν οὖν λοιποῖς ἐστιν Ἕλλησι μνῆμα κοινόν· Λακεδαιμονίων δὲ καὶ Ἀθηναίων τοῖς πεσοῦσιν ἰδία τέ εἰσιν οἱ τάφοι καὶ ἐλεγεῖά ἐστι Σιμωνίδου γεγραμμένα ἐπ' αὐτοῖς (conf. Strab. IX. p. 412. T. III. p. 461. sq. Herodot. IX. 85.) et 1, 1. p. 3. Ἀθηναίοις δὲ ἡ Βοιωτία καὶ κατὰ ἄλλα τῆς Ἀττικῆς ἐστιν ὅμορος, πρὸς δὲ Ἐλευθερῶν οἱ Πλαταιεῖς et I. 38, 8. p. 169. ἐκ δὲ Ἐλευσῖνος τραπομένοις ἐπὶ Βοιωτῶν ἐστιν ὅμορος Ἀθηναίοις ἡ Πλαταιΐς. πρότερον μὲν γὰρ Ἐλευθερεῦσιν ὅροι πρὸς τὴν Ἀττικὴν ἦσαν· προσχωρησάντων δὲ Ἀθηναίοις τούτων οὕτως ἤδη Βοιωτίας ὁ Κιθαιρών ἐστιν ὅρος. Inde ab Eleutheris duae viae porrigebantur, quarum altera Megara, altera praeter pagum Oenoen et Corydalum Eleusinem ferebat. Atque illam quidem deinceps dicemus in Antiopae mentione, hanc demonstrarunt tum Pausanias I. l. d., Lucianus Dial. Mort. XXVII. 2. p. 223. Vol. II. ὁ μὲν Ἰσμηνόδωρος ἐπεφονεύετο — παρὰ τὸν Κιθαιρῶνα ἐς Ἐλευσῖνα οἶμαι βαδίζων, Diodorus IV. p. 304, 51. τῶν δὲ Μίνωος υἱῶν Ἀνδρόγεως μὲν εἰς τὰς Ἀθήνας κατήντησε Παναθηναίων συντελουμένων· — βαδίζοντος οὖν αὐτοῦ εἰς τὰς Θήβας ἐπί τινα θεωρίαν ἐδολοφόνησεν αὐτὸν (Αἰγεὺς) διά τινων ἐγχωρίων περὶ Θίνδην τῆς Ἀττικῆς

(„Androgeus — apud Athenas — occisus est" Serv. in Virg. Aen. VI. 14. p. 351. „Athenis interficitur" Hieronym. Chron. conf. Scalig. in Euseb. p. 49. b. Harpocrat. p. 131,8. *Οἰνόη δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος πρὸς Ἐλευθέραις*) tum Wesselingius in Diod. l. c. „Oenoe Attica in ipsis Boeotiae finibus Thebas ex agro Attico profecturis transitum dabat", Schneiderus in Aelian. Hist. Anim. III. 35. p. 123. Iac. usus Casauboni ad Athen. IX. p. 390. A. p. 670,65. verbis „*Κορυδαλέων* tribus Hippothoontidis ea via, quae in Boeotiam ducebat". Quo locorum situ factum est, ut Theseus effrenata Thebanorum insolentia perdomita in Atticam reversus Argivos milites ad Eleutheras, duces ad Eleusinem, qua in Megaricum agrum ibatur, sepeliret. Plutarch. vit. Thes. XXIX. p. 31. *ταφαὶ δὲ τῶν μὲν πολλῶν ἐν Ἐλευθεραῖς δείκνυνται, τῶν δὲ ἡγεμόνων περὶ Ἐλευσῖνα καὶ τοῦτο Θησέως Ἀδράστῳ χαρισαμένου.* Eurip. Suppl. 759. sq. *τάφῳ δέδονται πρὸς Κιθαιρῶνος πτυχαῖς.* — *Θησεὺς (ἔθαψέ νιν) σκιώδης ἔνθ' Ἐλευθερὶς πέτρα.* Pausan. I. 39,2. p. 170. *ἑτέρα δὲ ὁδὸς ἐξ Ἐλευσῖνος πρὸς Μέγαρα ἄγει. ταύτην ἐρχομένοις τὴν ὁδὸν φρέαρ ἐστὶν Ἄνθιον καλούμενον.* — *Ὀλίγῳ δὲ ἀπωτέρω τοῦ φρέατος — τάφοι τῶν ἐς Θήβας.* — *Θησεὺς (γὰρ) ὡς ἐκράτησε τῇ μάχῃ κομίσας ἐς τὴν Ἐλευσινίαν τοὺς νεκροὺς ἐνταῦθα ἔθαψε.* Lys. Epitaph. p. 174, 10. Bekk. *λαβόντες τὰ ἆθλα — τοὺς Ἀργείων νεκροὺς ἔθαψαν ἐν τῇ αὐτῶν Ἐλευσῖνι.* Schol. Iliad. ap. Lehrs. Aristarch. Add. ad p. 192. *ὅτι οὐ κατὰ τοὺς τραγικοὺς ἐν Ἐλευσῖνι μετηνέχθησαν οἱ περὶ τὸν Καπανέα.* conf. Meurs. Thes. XXIV. p. 547. Taylor. in Lys. l. d. p. 105. Ac possem de hoc situ Eleusinis multa proferre, sed satis habeo hoc unum narrare, Sullam quum omnem Piraei oppugnandi apparatum ex Thebis supportari iussisset Eleusinem repetisse. Appian. de bell. Mithrid. 30. p. 684. sq. Vol. I. *ἐς Ἐλευσῖνα καὶ Μέγαρα ἀνεχώρει καὶ μηχανὰς ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ συνεπήγνυτο καὶ χῶμα αὐτῷ προσχοῦν ἐπενόει. τέχναι μὲν δὴ καὶ παρασκευὴ πᾶσα αὐτῷ καὶ σίδηρος καὶ καταπέλται καὶ εἴ τι τοιουτότροπον ἄλλο ἐκ Θηβῶν ἐκομίζετο.* Haec igitur fuit *ἡ ὁδὸς ἡ Θήβηθεν Ἀθήναζε καὶ ἡ Ἀθήνηθεν εἰς Θήβας* Aristot. *φυσ. ἀκροασ.* III. p. 202,

13. b. conf. VI. p. 231,31. b., qua qui ingrediebantur dicebantur *ἐπὶ Θήβας ἀνέρχεσθαι* Diogen. Epist. ad Cratet. p. 339. *σοὶ εὗρών τινας ἐπὶ Θηβῶν* (lib. reg. ap. Boisson. Notit. et Electt. T. X. p. 150. not. 2. *ἐπὶ Θήβας*) *ἀνερχομένους τὸ σοφὸν τοῦτο ἐπέταλκα*, Thebas conscendere, ut est apud Appulei. Metam. IV. p. 266. „Plataeas proximam conscendimus civitatem". „Hic bene notat *ἀναβαίνειν*, inquit Oudendorpius. Retro a maritimis ibant ad interiora Boeotiae, quae semper ab auctoribus Graecis Latinisque describuntur ut altiora". Quem ad modum, qui Olympiam petunt, *ἀναβαίνειν Ὀλυμπίαζε* dicuntur, contra *καταβαίνειν*, qui ad Isthmicos ludos pergunt Boissonad. l. d. p. 208. Quodsi de spatio quaeritur Athenas inter et Thebas interiecto quantum fuerit, id dimidii diei vel paullo ultra fuisse Barthius in Stat. Theb. XII. 163. 374. 661. T. III. p. 1453. sq. 1484. 1542. ex loco Cornelii Nepotis vit. Pelop. II. 5. „cum Athenis interdiu exissent, ut vesperascente coelo Thebas possent pervenire" adnotavit, hoc est, emetiri illud licet duodecim tredecimve horis, auctore Gellio It. of Gr. p. 56. Quid enim pluribus commemorem Itinerarium Antonin. p. 326. sq. „Delphi M. P. XL. Thespias XL. Megara XL. Eleusina XIII. Athenis XIII. Oropo XLIV. Thebis XXXVI. (de loquendi modo, qui cernitur in verbis „Oropo, Thebis" vid. Lobeck. Paralip. p. 144. not. 40.) et Meletium, quem Hobhousius Iourn. Vol. I. p. 283. not. subi. indicavit sibi ita non constare, ut quadraginta milliariis altero loco, altero quinquaginta Thebas Athenis disiungat, aut quid longiore exordio explicem de Xenophonte, qui Thebas sexcentis stadiis ab Athenis abesse tradit (Ortel. Thes. Geogr. v. Thebae) de Vectig. IV. 46. *ἀπέχει μὲν γὰρ δή που τῶν ἀργυρίων ἐγγύτατα πόλις Μέγαρα πολὺ πλεῖον τῶν πεντακοσίων σταδίων· ἀπέχει δὲ ἡ μετὰ ταῦτα πλησιαίτατα Θῆβαι πολὺ πλεῖον τῶν ἑξακοσίων* et de Procopio de bell. Vandal. I. 1. p. 312,4. *μιᾶς δὲ ἡμέρας ὁδὸς ἐς δέκα καὶ διακοσίους διήκει σταδίους ὅσον Ἀθήνηθεν Μεγάραδε ἰέναι*, ubi Schol. *ἤτοι μιλ. κή: τὸ γὰρ ζς″ στάδ. μιλ. α′.* conf. Wesseling. in Anton. Itin. p. 326.?

Postquam haec de universa via, qua Thebis Athenas proficiscebantur, breviter percucurri, me confero ad illud, quod maxime rem continet, fuisse eam viam per Plataeas urbem. De quo plane atque aperte expedivit Strabo IX. p. 411. sq. T. III. p. 460. sq. *Πλαταιαὶ δὲ — ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνί εἰσι μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Θηβῶν κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν εἰς Ἀθήνας καὶ Μέγαρα ἐπὶ τῶν ὅρων τῶν τῆς Ἀττικῆς καὶ τῆς Μεγαρίδος. Εἰσὶ γὰρ Ἐλευθεραὶ πλησίον, ὧς οἱ μὲν τῶν Πλαταιῶν, οἱ δὲ τῆς Βοιωτίας φασίν*, a quo profecit Eustathius in Hom. Il. II. 584. p. 269,12. *Πλαταιαὶ μεταξὺ Κιθαιρῶνος καὶ Θηβῶν ἐν ὁδῷ τῇ εἰς Ἀθήνας καὶ Μέγαρα. παραῤῥεῖ δ' αὐτὰς ὁ Ἀσωπός* et ad litteram congruens Scholiasta Anthol. Graec. ap. Meurs. Graec. fer. III. v. *Ἐλευθέρια* p. 766. C. Praeclare etiam Libanius Demosth. Apolog. p. 314,14. Vol. IV. *ἐλθόντες Ἐλευσῖνα τηρούμενος — ἡγόμην διὰ Βοιωτίας ἐπιδεικνύντων με ταῖς πόλεσι τῶν Μακεδόνων ὡς τρόπαιον τῆς Ἑλλάδος. Ἐστέναξα παριὼν τὸν Ἐλευθέριον ἐν Πλαταιαῖς. Χαιρώνειαν ἐλοιδόρησα μὴ πεσὼν ἐκεῖ μετὰ τῶν ἀγαθῶν χιλίων. Ἐπεὶ δὲ εἰς Θήβας αὐτὰς ἥκομεν, ἐγὼ μὲν ἐδεόμην τῶν ἀγόντων ἐγκαλύψαι* (scrib. *ἐγκάμψαι*), *μὴ δεῖξαί με Θηβαίοις αἰχμάλωτον* et Demosth. p. 252,28. Vol. IV. *ὑμεῖς μὲν οἴεσθέ με δεδεμένον ἄξειν παρὰ τοῦ δήμου λαβόντες διὰ τῆς ἀγορᾶς, διὰ τῆς Ἐλευσῖνος, διὰ Πλαταιέων, διὰ Θηβαίων, διὰ Φωκέων, διὰ Πυλῶν, διὰ Λαρίσσης* conf. Demosth. Apol. p. 315,3. 17., et Sopater *διαιρ. ζητημ.* p. 210,7. *ὡς δὲ τοῦ Κιθαιρῶνος ἔδει λοιπὸν ἐπιβαίνειν μετὰ τὰς Πλαταιὰς καὶ Δημοσθένην μετὰ τὴν ὁδὸν τὸ Θηβαίων ὅρος ἐδέχετο, καπνὸν ἀπὸ τῆς πόλεως ἐταραττόμην θεώμενος* conf. Diodor. XVII. p. 162,35. *ἐν δὲ τοῖς πρεσβέσι καὶ Δημοσθένης ἐκπεμφθεὶς οὐ συνῆλθε μετὰ τῶν ἄλλων πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον, ἀλλ' ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος ἀνέκαμψεν εἰς τὰς Ἀθήνας* et Wesseling., Aeschin. contr. Ctesiph. p. 436,161. *ἐπειδὴ περὶ Θήβας ἦν τὸ στρατόπεδον πρεσβευτὴς ὑφ' ὑμῶν χειροτονηθεὶς ἀποδρὰς ἐκ μέσου τοῦ Κιθαιρῶνος ἧκεν ὑποστρέψας.* Celebritatem tamen sermonis hominum ea via maxime inde consequuta est, quod illac vadebant Delphos contendentes Atticae et legationes et Thyades, quas impetrandum Atheniensibus fuit ut per suos fines ire Boeoti

paterentur, ut testis est Scholiasta Aristophan. Av. 189. p. 421. sq. *ὅτι οὖν θέλουσιν Ἀθηναῖοι εἰς Πυθὼ ἀπελθεῖν, δηλοῦσι Βοιωτοῖς παρακαλοῦντες ὑποχωρῆσαι τῆς ὁδοῦ*, cui subiungere libet recte an secus Dion. Chrysost. Orat. X. p. 295. *Ἀπιών ποτε Διογένης ἐκ Κορίνθου Ἀθήναζε συνέβαλε κατὰ τὴν ὁδὸν ἑνὶ τῶν γνωρίμων καὶ ἤρετο, ποῖ ἄπεισιν; — καὶ ὃς ἔφη· ᾧ Διόγενες, πορεύομαι εἰς Δελφοὺς τῷ θεῷ χρησόμενος· μέλλων δὲ διὰ Βοιωτῶν ἀπιέναι· ὁ γὰρ παῖς με ὁ μετ' ἐμοῦ ἀπέδρα· νῦν ἐπὶ Κορίνθου ἄπειμι· ἴσως γὰρ ἂν εὕροιμι ἐκεῖ τὸν παῖδα*, malo enim sic scribere, quam in loco retinere illud *εὕροιμι καὶ τὸν παῖδα* conf. quae supra protuli II. 5. p. 156. Sacra via igitur commemorata Herodoto (VI. 34. *ἰόντες δὲ οἱ Δόλογκοι τὴν ἱρὴν ὁδὸν διὰ Φωκέων τε καὶ Βοιωτῶν ἤϊσαν*), Ephoro (ap. Strabon. IX. p. 422. T. III. p. 519. *ἐξ Ἀθηνῶν δ' ὁρμηθέντα ἐπὶ Δελφοὺς ταύτην ἰέναι τὴν ὁδὸν, ᾗ νῦν Ἀθηναῖοι τὴν Πυθιάδα πέμπουσι*), Pausaniae (X. 4,2. p. 177. *ταύταις ταῖς Θυιάσι κατὰ τὴν ἐξ Ἀθηνῶν ὁδὸν καὶ ἀλλαχοῦ χοροὺς ἱστάναι καὶ παρὰ τοῖς Πανοπεῦσι καθέστηκε*), narrata nuper a Muellero Orchom. p. 36. Dor. I. p. 241., primum superata Eleusine (Meurs. Eleus. c. XXVII. p. 82.) in fauces Cithaeronis insinuabat Plataeasque attingebat, hinc ad Thebas et in agrum Haliartium (Pausan. VII. 3,1. p. 140. Vol. III. *Ἀργείων ἑλόντων Θήβας ἄλλοι τε αἰχμαλώτων καὶ ἡ Μαντὼ τῷ Ἀπόλλωνι ἐκομίσθησαν ἐς Δελφούς· Τειρεσίαν δὲ κατὰ τὴν πορείαν τὸ χρεὼν κατέλαβεν ἐν τῇ Ἁλιαρτίᾳ* et IX. 33,1. p. 121. Vol. IV.), inde Lebadeam (Gell. Noctt. Att. XII. 5,1. „cum Delphos — Taurus iret — inque eo itinere Lebadiam venissemus") et Chaeroneam ac Phanoteam dirigebatur (Pausan. X. 35,5. p. 337. *ἐςβολὴ δὲ ἐκ Χαιρωνείας ἐς γῆν τὴν Φωκίδα — ἡ εὐθεῖά ἐστιν ἐς Δελφοὺς ἡ διά τε Πανοπέως καὶ παρὰ τὴν Δαυλίδα καὶ ὁδὸν τὴν Σχιστήν* et X. 4,2. p. 177. Strab. l. d. *ἐξ Ἀθηνῶν δ' ὁρμηθέντα — γενόμενον δὲ κατὰ Πανοπέας Τιτυὸν καταλῦσαι.* Plutarch. vit. Lysandr. XXIX. p. 171. Vol. III. *τὸν δὲ Λύσανδρον — ἐν φίλῃ καὶ συμμαχίδι χώρᾳ τῇ Πανοπαίων κατέθεσαν· οὗ νῦν τὸ μνημεῖόν ἐστι παρὰ τὴν ὁδὸν ἐς Χαιρώνειαν ἐκ Δελφῶν πορευομένοις*), postremo per Daulidem Delphos se

demittebat. Conf. Philostrat. Imagg. II. 19. p. 842. *Φόρβας, ὃν ἐστήσαντο οἱ Φλεγύαι βασιλέα, τὴν ἐυθὺ Φωκέων τε καὶ Δελφῶν ὁδὸν κατασχὼν, οὔτε θύει Πυθοῖ οὐδεὶς ἔτι οὔτε παιᾶνας ἀπάγει τῷ θεῷ.* Oracul. posit. supra I. 1. p. 3. v. 4. *τὴν διά τε Φλεγύων καὶ Φωκίδος.* Vid. Nonn. IV. 320. p. 130,17. *Δαυλίδος ἔστιχεν οὐδας.* 29. *ἄστεα καλλιπέτηλα διαστείχων Πανοπῆος.* 32. *ἐκ δὲ Κορωνείης Ἁλιάρτιον οὐδας ἀμείβων,* de quo loco dicetur in libr. IV. cap. I. Quod iter Athenienses praedicabant a Theseo munitum tutumque a latronibus redditum, quibus maxime Eleutherae et loca Cithaeronem adiacentia iam olim ab heroum usque aetate infesta erant et periculosa. Schol. Aristid. Panath. p. 324,20. *ἐν τῇ πρὸς Δελφοὺς ὁδῷ λῃσταί ποτε καθήμενοι τοὺς παριόντας διέφθειραν. Θησεὺς οὖν ἀνεῖλεν ἅπαν τοῦτο τὸ λῃστρικόν.* Schol. Aeschyl. Eumen. 13. p. 406. *Θησεὺς τὴν ὁδὸν ἐκάθηρε τῶν λῃστῶν καὶ ὅταν πέμπωσιν εἰς Δελφοὺς θεωρίδα προέρχονται ἔχοντες πελέκεις ὡς διημερώσοντες τὴν γῆν.* Quorum recordatione Philostratus Imagg. II. 19. p. 843. videtur inductus esse, ut rem novam et ab Iacobsio p. 508. non satis declaratam traderet: eos, qui Delphos vaderent, Phlegyarum gentem infestam habuisse apud Dryoscephalas, de quibus mox explanabimus. Quae huc faciunt, lubens praetereo, ut quae praeterquam quod praetermisso proverbio *εἰς Σκῶλον μήτ' αὐτὸς ἴμεν μήτ' ἄλλῳ ἕπεσθαι,* ceterum satis explicate pertractata sint ab Hemsterhusio in Lucian. Dial. Mort. XXVII. 2. Vol. II. p. 535. sq. Quod proverbium memoriae mandaverunt Strabo IX. p 408. T. III. p. 438. Eustathius in Iliad. II. 497. p. 265,28. Diogenianus IV. 93. p. 217. Apostolius VII. 87. sive Arsenius p. 223., apud quem idem legitur p. 234. vitiose consignatum: *ἐν σκώλῳ μήτ' αὐτὸς εἶναι μήθ' ἑτέρῳ ἕπεσθαι· ἐπὶ τῶν κακῶν ἀνθρώπων ταραχώδους ὄντος τοῦ τόπου.* Thebas, inquam, Platacis pergebant, qui Delphos proficiscebantur. Id enim liquido cognoscitur ex Schol. Eurip. Phoen. 38. p. 15. *οὕτω δὲ καλεῖται (ἐν Φωκίδι Σχιστὴ ὁδὸς) ἐπειδὴ σχίζει τὴν ἐπὶ Βοιωτίαν καὶ Θήβας καὶ Ἀττικὴν καὶ Κόρινθον ὁδὸν (τὴν ἐπὶ Κόρινθον* Mueller. Orchom. p. 37. not. 6.) hoc est *τὴν ἐπὶ Θήβας*

καὶ Κόρινθον ὁδόν cod. Aug. et argum. Aesch. Sept. c. Theb. p. XI. ex. Weig. *Οἰδίπους — ἀπῆλθεν ἐρωτήσων εἰς τὴν Πυθίαν —· ἀκούσας δὲ τοῦ χρησμοῦ κατέλειψεν ἀπελθεῖν εἰς Κόρινθον πρὸς τὸν Πόλυβον — καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν ἐς Θήβας ὁδόν* et ex Seneca Oedip. 278. „Trigemina qua se spargit in campos via. Secat una gratum Phocidos Baccho solum —. At una bimares Sisyphi terras adit —; tertius trames cava Convalle serpens tangit errantes aquas Gelidumque dirimit amnis Ilissi vadum". Praeterire tamen non possum, quin adiiciam etiam per Leuctra et Thespias eo viam fuisse, quod doctus sum Libanii testimonio (Demosth. p. 257, 18. *οὔπω δὲ ἱκανῶς πεπιστευμένοι προσιόντες μοι Θεσπιέων τινὲς καὶ Πλαταιέων δι' ὧν ἐπορευόμην ὀδυρόμενοι τε καὶ προπέμποντες ἠρώτων, εἰ ταῦτα ὄντως ἀπὸ τοῦ βωμοῦ. — ἤκουσα καὶ τοιοῦτον παρὰ Φωκέων γερόντων*), quod certum et illustrius reddit tum Plutarchus vit. Lysandr. XXIX. p. 171. *τῷ δὲ Παυσανίᾳ τὸ πάθος ἀγγέλλεται καθ' ὁδὸν ἐκ Πλαταιῶν εἰς Θεσπιὰς πορευομένῳ καὶ συνταξάμενος ἧκε πρὸς τὸν Ἀλίαρτον* conf. Xenoph. Hist. Gr. V. 4, 48. *τοῦτο (τὸ ἄκρον) ὑπερβαλὼν ἐν ταῖς Πλαταιαῖς ἐγένετο, πάλιν προσεποιήσατο εἰς τὰς Θεσπιὰς ἰέναι — ὥστε οἱ Θηβαῖοι ἰσχυρῶς τὴν πρὸς Θεσπιὰς εἰςβολὴν ἐφύλαττον (τὴν κατὰ Θεσπιὰς πάροδον* habet Polyaenus II. 1, 11. p. 124.) et ibid. 14. sq. et 38. *ἐπεὶ δὲ ὑπερέβαλε τὸν Κιθαιρῶνα ἐλθὼν εἰς Θεσπιὰς ἐκεῖθεν ὁρμηθεὶς ᾔει ἐπὶ τὴν τῶν Θηβαίων χώραν* et 55. *ἐπεὶ δ' ἐγένετο ὁ Ἀγησίλαος ἐν ταῖς Θεσπιαῖς εὑρὼν στασιάζοντας τοὺς πολίτας — ἀπῆλθε πάλιν διὰ τοῦ Κιθαιρῶνος τὴν ἐπὶ Μέγαρα*, tum Strabo IX. p. 414. T. III. p. 474. *δείκνυται δὲ ὁ τόπος οὗτος (Λεῦκτρα) κατὰ τὴν ἐκ Πλαταιῶν εἰς Θεσπιὰς ὁδόν* et Plutarchus Amat. Narr. III. p. 7, 3. Vol. XII. *Ἀνὴρ πένης Σκέδασος τοὔνομα κατῴκει Λεῦκτρα —· ἀφικομένους οὖν πρὸς αὐτὸν δύο Σπαρτιάτας νεανίας ὑπεδέξατο προθύμως —· τῇ δ' ὑστεραίᾳ Πυθῶδε ἀπῆεσαν.* Plin. Nat. Hist. IV. 12. p. 57. „Reliqua oppida inter Megaram et Thebas Eleutherae — Plataeae". Itiner. Anton. August. p. 326. „Delphi XL. Phocide Thespias XL. Megara XL. Eleusina XIII". De quo loco fallitur et Wesselingius „Pho-

cide quid sit, dicere non possum: suspicor tamen Phocidis fines indicari. Pausanias X. 3. *Φωκικήν* inter urbes Phocidis annumerat, sed male in ea voce a librariis habitus —, nihil ergo ea ad hanc mansionem" et Muellerus Orchom. p. 479. „Delphis in Phocide" rescribendum esse ratus. Neque enim dubium est, quin hoc scribendi genus omnes veritatis numeros habeat „Delphi Phocidae". vid. Muncker. Diss. de Hygin. (p. XI.) Dederich. in Dict. Cret. I. 5. p. 16. et 17. p. 34. et 6, 7. p. 227. Davis. in Cic. Tusc. Disp. I. 46. conf. Wesseling. in Anton. Itin. p. 149.

Praeter haec, quae de Plataearum situ viaque, quae Eleutheris per Plataeas Thebas ferebat, universe dicta proposui, habeo alia, quibus de singulis eius viae partibus explicem. Quam descriptionem commodum est exordiri ab iis, quae Hemsterhusius ad Lucian. l. d. p. 534. sq. exsequutus est: „Thebis, inquit, per Plataeas iter facienti in regionem Atticam superandus erat Cithaeron, qua parte demissior flexuque leni interruptus viam planiorem ostendebat; — ad ipsum Cithaeronis pedem superatis angustiis occurrebant Eleutherae campusque urbi subiectus Oenoën Atticae pagum contingens. Ideo memorat Arrhian. Exp. Alex. I. p. 18. (c. 7.) Thebarum *τὰς πύλας τὰς φερούσας ἐπ' Ἐλευθέρας τε καὶ τὴν Ἀττικήν*. Cum his consentiunt quae scribit Strabo p. 631. B. (p. 411. sq.) 582. C. (p. 380.) *τὰ Ὄνεια ὄρη διατείνοντα μέχρι Βοιωτίας καὶ Κιθαιρῶνος ἀπὸ τῶν Σκειρωνίδων πετρῶν, ἀπὸ τῆς παρὰ ταύτας ὁδοῦ πρὸς τὴν Ἀττικήν*". Eae fauces, in quibus quae supersunt operum munitionumque reliquiae doctis hominibus amplam dissentiendi materiam praebuerunt (Popp. in Thucyd. Vol. II. p. 257. not. 33. Mueller. Doctr. Encycl. T. VI. p. 215. sq.), appellabantur a Boeotiis Tria Capita, Quercus Capita ab Atheniensibus, auctore Herodoto IX. 39. *πέμπει τὴν ἵππον ἐς τὰς ἐκβολὰς τὰς Κιθαιρωνίδας, αἳ ἐπὶ Πλαταιέων φέρουσι· τὰς Βοιωτοὶ μὲν Τρεῖς Κεφαλὰς καλέουσι, Ἀθηναῖοι δὲ Δρυὸς Κεφαλάς* et, quos adhibuit Wesselingius p. 258., Philostrato l. d. (II. 19.) et Thucydide III. 24.. „Nomen a quercuum, quarum capita tantum procul conspecta sint, nemore (in loco edito sito) repetit Bloomfieldus" Popp. ad Thuc. III. P. II. p. 547.

Equidem addam similiter in aliis terris vocata esse *Κυνὸς Κεφαλήν* Zonar. IX. 16. p. 446. C. (*πρός τινα λόφον γενόμενοι, οὗ τὴν ἀκρωνυχίαν Κυνὸς Κεφαλὴν ὀνομάζουσιν*), *Λύκου κράνος τὸ ὄρος* Procop. de bell. Gotth. III. 28. p. 394, 9., *Βούκρανον* (*Βοίκρανος ἡ πρὸς Χίῳ*) Philostrat. fragm. *διαλεξ.* p. 913. Quas fauces dicit Pausanias IX. 13, 3. p. 48. *τὴν κατὰ τὸν Κιθαιρῶνα ἐςβολὴν* (Herodot. IX. 38. *τὰς ἐκβολὰς τοῦ Κιθαιρῶνος*), Xenophon V. 4, 47. *πέμψας πρὸς τὸν ἐν Θεσπιαῖς πολέμαρχον ἐκέλευε προκαταλαβεῖν τὸ ὑπὲρ τῆς κατὰ τὸν Κιθαιρῶνα ὁδοῦ ἄκρον καὶ φυλάττειν ἕως ἂν αὐτὸς ἔλθοι. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ὑπερβαλὼν ἐν ταῖς Πλαταιαῖς ἐγένετο — προςεποιήσατο εἰς Θεσπιὰς ἰέναι.* ibid. 14. *ὁ δὲ Κλεόμβροτος ἀνέβαινε κατὰ τὴν ἐς Πλαταιὰς φέρουσαν. Προϊόντες δὲ οἱ πελτασταὶ περιτυγχάνουσιν ἐπὶ τῷ ἄκρῳ φυλάττουσι* et 59., atque ut omittam Aeschinem contr. Ctesiph. p. 432, 151. *πέμπειν ὑμᾶς πρέσβεις εἰς Θήβας αἰτήσοντας Θηβαίους δίοδον ἐπὶ Φίλιππον*, Aristotelem Rhet. II. 23. p. 1397. sq. *πρὸς τὸ Θηβαίους διεῖναι Φίλιππον εἰς τὴν Ἀττικήν*, Aristidem *Συμμαχ.* I. T. I. p. 477. *Φιλίππου δίοδον αἰτοῦντος παρὰ Θηβαίων ἐπ' Ἀθηναίους* et Dionysium Hal. de Demosth. p. 123, 32. conf. Aristid. IV. Leuctr. P. I. p. 458, 20. *διὰ Βοιωτίας διεξιόντες* et Diodor. XVIII. p. 266, 31. XX. p. 425, 98. et Appian. de bell. Mithrid. p. 333., eas fauces igitur dicunt fere ii scriptores, qui Cithaeronis transitum loquuntur, uti Lucianus l. d., Plutarchus de Gen. Socr. XXV. p. 354. Vol X. *ἐσχίσθησαν γὰρ εὐθὺς ὑπερβάλλοντες τὸν Κιθαιρῶνα*, Xenophon Hist. Gr. V. 4, 55. *γιγνώσκων δὲ ὅτι εἰ μή τις προκαταλήψοιτο τὸν Κιθαιρῶνα οὐ ῥᾴδιον ἔσται εἰς τὰς Θήβας ἐμβαλεῖν.* 37. 38. 41. 55. *οὕτως ἀπῆλθε πάλιν διὰ τοῦ Κιθαιρῶνος τὴν ἐπὶ Μέγαρα.* VI. 4, 5. *ὦ Κλεόμβροτε — ὕστερον στρατεύων ἀπεκρούσθης τῆς ἐμβολῆς, Ἀγησιλάου ἀεὶ ἐμβάλλοντος διὰ τοῦ Κιθαιρῶνος.* Namque per Quercus Capita Plataeis perveniri Eleutheras vere Hemsterhusius l. d. collegit ex Herodot. l. d. atque Thucyd. libr. III. 24., ubi Plataeenses, qui obsessa urbe de nocte eruperant, decipiendi caussa viam, quae Thebas subibat, narrantur ingressi esse simulque vidisse *τοὺς Πελοποννησίους τὴν*

πρὸς Κιθαιρῶνα καὶ Δρυὸς Κεφαλὰς τὴν ἐπ' Ἀθηνῶν φέρουσαν μετὰ λαμπάδων διώκοντας, quod exemplum adhuc latet ab Thucydide mutuatum esse Themistium Orat. XXIII. p. 344, 6. τοξεύουσι δὲ ἀφανῶς, ὥςπερ οἱ Πλαταιεῖς ποτε Πελοποννησίους ἀποδιδράσκοντες ἐν νυκτὶ τὴν πολιορκίαν ἔβαλλον ἀπὸ τοῦ σκότους διώκοντας μετὰ λαμπάδων. Atque idem ex Pausan. IX. 2, 2. p. 8. αὕτη μὲν ἀπ' Ἐλευθερῶν ἐς Πλάταιαν ἄγει effici non praeteriit Krusium Hellad. Vol. II. P. I. p. 9. sq. Quare me dubitare subiit an pro Eleutheris Erythrae ponendae essent apud Xenophontem Hist. Gr. V. 4, 14. καὶ τὴν μὲν δι' Ἐλευθερῶν ὁδὸν Χαβρίας ἔχων Ἀθηναίων πελταστὰς ἐφύλαττεν, ὁ δὲ Κλεόμβροτος ἀνέβαινε κατὰ τὴν ἐς Πλαταιὰς φέρουσαν. Προϊόντες δὲ οἱ πελτασταὶ περιτυγχάνουσιν ἐπὶ τῷ ἄκρῳ φυλάττουσι τοῖς ἐκ τοῦ ἀναγκαίου λελυμένοις. — Καὶ τούτους μὲν ἅπαντας εἰ μή τις ἐξέφυγεν οἱ πελτασταὶ ἀπέκτειναν· αὐτὸς δὲ κατέβαινε πρὸς τὰς Πλαταιὰς ἔτι φιλίας οὔσας. Quam quidem mutationem suadeo secundo Dodwello Annall. Xenoph. ad Olymp. C. p. 60., recusante Schneidero p. 309., talia nimirum de hac re commentato atque meditato: „Dodwell nescio, inquit, an pro Eleutheris Erythrae potius intelligendae sint. At vero Eleutherae sitae erant in dextro Cithaeronis montis latere et Atticum agrum attingebant auctore Pausania I. p. 93., contra Erythrae in sinistro latere et in agro Plataeensi eodem auctore IX. p. 714. Apparet igitur longe commodius nominari a Xenophonte Eleutheras. Per utramque autem urbem via Lacedaemonios ducebat ad Tanagram in dextro Thebarum latere sitam, contra si Plataeas versus descenderis ex Cithaerone, via ducit ad Thespias, in sinistro Thebarum latere sitas". Haec ipsa per se quatenus laudabilia sint, non interpretor. Nimirum igitur Erythras ab Atheniensibus obsessas oportuit ob eam caussam commemorari, quod Eleutheris a Chabria occupatis Cleombrotus ad Quercus Capita et Plataeas procedere omnino nequiverit; testatur enim hoc vel idem Xenophon V. 4, 59. ἐπεὶ δ' ἔχων τὸ στράτευμα (Κλεόμβροτος) πρὸς τῷ Κιθαιρῶνι ἐγένετο, προήεσαν αὐτῷ οἱ πελτασταὶ, ὡς προκαταληψόμενοι τὰ ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ. Θηβαίων δὲ καὶ

Ἀθηναίων προκατέχοντές τινες τὸ ἄκρον τέως μὲν εἴων αὐτοὺς ἀναβαίνειν· ἐπεὶ δ' ἐπ' αὐτοῖς ἦσαν, ἐξαναστάντες ἐδίωκον καὶ ἀπέκτειναν περὶ τετταράκοντα. Τούτου δὲ γενομένου ὁ Κλεόμβροτος ἀδύνατον νομίσας τὸ ὑπερβῆναι εἰς τὴν τῶν Θηβαίων ἀπῆγέ τε καὶ διῆκε τὸ στράτευμα. Poterat autem relicta ea via, quae Thebis recta Plataeas erat, per Erythras et Hysias in urbem Eleutheras atque Atticam iri. Quod deverticulum ut capesseretur, belli tempestate nonnumquam usu venit. Velut Plataeenses apud Thucydidem eo, quo diximus, loco in via, quae Thebas ducebat, sex septemve stadia progressi versum inde agmen ad dextram Cithaeronem versus flectebant *ἐς Ἐρυθρὰς καὶ Ὑσιάς*, deinde monte potiti evaserunt in Atticam *καὶ ἐπὶ μὲν ἓξ ἢ ἑπτὰ σταδίους οἱ Πλαταιῆς τὴν ἐπὶ τῶν Θηβῶν ἐχώρησαν, ἔπειθ' ὑποστρέψαντες ἧεσαν τὴν πρὸς τὸ ὄρος φέρουσαν ὁδὸν ἐς Ἐρυθρὰς καὶ Ὑσιάς· καὶ λαβόμενοι τῶν ὀρῶν διαφεύγουσιν ἐς τὰς Ἀθήνας.* Quod idem Polyaenus VI. 19, 3. p. 584. sq. tradit in modum hunc: *οὐ μὴν οὐδὲ τὴν ἐπ' Ἀθηνῶν ὁδὸν ἐτράποντο, ἀλλὰ τὴν ἐπὶ Θηβῶν ὡς ἥκιστα ἂν κατὰ ταύτην διωχθέντες Καὶ γὰρ οὕτω συνέβη· Λακεδαιμόνιοι μὲν διὰ τοῦ Κιθαιρῶνος ἐδίωκον· οἱ δὲ Πλαταιεῖς ἐκ τῆς ὁδοῦ τῆς Θηβαϊκῆς ἐκκλίναντες ἐπανῆλθον ἐς τὰς Θήβας κἀκεῖθεν Ἀθήναζε διεσώθησαν*, ubi depravata sic reficere: *ἐπανῆλθον ἐς Ὑσιάς* occupavit Valckenarius ad Herodot. V. 74. p. 78., item Bloomfieldus ad Thucyd. l. d. p. 547. Popp. Eadem arte Neocles Boeotorum praefectus quum Plataeas ex improviso opprimere moliretur, id quod voluit exsequutus est *ὃς τοὺς Θηβαίους — οὐ τὴν εὐθεῖαν ἀπὸ τῶν Θηβῶν τήν τε ἐπὶ τὴν πεδιάδα* (conf. Aesch. Sept. c. Theb. 628. Blomf. *τὸν ἕβδομον δὴ τόν τ' ἐφ' ἑβδόμαις πύλαις*), *τὴν δὲ ἐπὶ Ὑσιὰς ἦγε πρὸς Ἐλευθερῶν τε καὶ τῆς Ἀττικῆς, ᾗ μηδὲ σκοπὸς ἐτέτακτο* Pausan. IX. 1, 3. p. 6. Adde quod Graeci cum Mardonio debellaturi ab Eleusine inde *ἀπίκοντο τῆς Βοιωτίης ἐς Ἐρυθρὰς — καὶ ἀντετάσσοντο ἐπὶ τῆς ὑπωρείης τοῦ Κιθαιρῶνος* Herodot. IX. 19. *ἐπορεύθησαν ἐπὶ τὴν Βοιωτίαν διὰ τοῦ Κιθαιρῶνος καὶ πρὸς τὰς ὑπωρείας καταντήσαντες πλησίον τῶν Ἐρυθρῶν αὐτοῦ κατεστρατοπέδευσαν* Diodor. XI. p. 427, 23. Et Hysiae

Erythraeque, si quaeris, in Parasopia sitae (Eurip. Bacch. 707. *πεδίων ὑποτάσεις, αἳ παρ' Ἀσωποῦ ῥοαῖς Εὔκαρπον ἐκβάλλουσι Θηβαίων στάχυν Ὑσιὰς δ' Ἐρυθράς θ', αἳ Κιθαιρῶνος λέπας νέρθεν κατῳκήκασιν.* Strab. IX. p. 404. T. IV. p. 410. *ἔνιοι δὲ τὰς Ὑσιὰς Ὑρίην λέγεσθαί φασι τῆς Παρασωπίας οὖσαν ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι πλησίον Ἐρυθρῶν* et 409. (p. 440.) *παρ' αὐτὸν δὲ (Κιθαιρῶνα) ὁ Ἀσωπὸς ῥεῖ τὴν ὑπώρειαν αὐτοῦ κλύζων καὶ ποιῶν τοὺς Παρασωπίους — ἅπαντας ὑπὸ Θηβαίοις ὄντας· ἕτεροι δ' ἐν τῇ Πλαταιέων φασὶ τόν τε Σκῶλον καὶ — τὰς Ἐρυθράς)* Plataeas Eleutheris iter facienti sunt paullulum a recta digresso positae ad dextram (Pausan. IX. 2, 1. p. 7. *γῆς δὲ τῆς Πλαταιΐδος ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ὀλίγον τῆς εὐθείας ἐκτραπεῖσιν ἐς δεξιὰ Ὑσιῶν καὶ Ἐρυθρῶν ἐρείπιά ἐστι — ἐπανελθοῦσι δὲ ἐς τὴν λεωφόρον ἐστὶν αὖθις ἐν δεξιᾷ Μαρδονίου λεγόμενον μνῆμα εἶναι)* modicoque quodam intervallo a Plataeensium urbe distant. Quod vel inde iudicatur, quod qui apud Hysias constituitur Graecorum exercitus, subest fano Androcratis, quod supra dictum est Thebis Plataeas accedenti ad laevam esse. Herodot. IX. 25. *ἤισαν — παρὰ Ὑσιὰς ἐς τὴν Πλαταιΐδα γῆν· ἀπικόμενοι δὲ ἐτάσσοντο κατὰ ἔθνεα πλησίον τῆς τε κρήνης τῆς Γαργαφίης καὶ τοῦ τεμένεος τοῦ Ἀνδροκράτεος τοῦ ἥρωος.* Quae quum ita se habeant, ultro incidit mihi cogitatio, Hysiarum nomen antiquitus consignatum fuisse apud Laonicum Chalcocondylem de reb. Turc. VII. p. 181. A. *Ἀμουράτης — συμπαραλαμβάνων καὶ τὰ στρατεύματα τῆς χώρας ὅποι γένοιτο παρῆν ἐς τὰς Θήβας, ὅτε καὶ ὁ Νέρης αὐτῷ παρεγένετο στρατὸν ἀγόμενος ἀπὸ Ἀθηνῶν· ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὰς Μιγγίας ἐστρατοπεδεύετο καὶ τηλεβόλους τε καὶ πλοκάδια παρασκευαζόμενος ἐπὶ ἡμέρας τινάς· μετὰ δὲ ταῦτα ἐπικαταβὰς εἰς τὸν Ἰσθμὸν ἐστρατοπεδεύετο* confi X. p. 299. D. *οὕτω δὴ ἑσπέρας οὔσης συσκευασάμενος ἀπὸ τῆς Πλαταίας χώρας πρὸς Κιθαιρῶνα νυκτὸς διαπορευθεὶς ἕωθεν ἐς τὸν Ἰσθμὸν παρῆν.* Nam cum Mingiarum nullam umquam mentionem apud auctores invenerim, compertum habeo de librariorum scribendi licentia tum *Ἀγιάς* et *Ὑγιάς* pro *Ὑσιάς*, quod indagarunt Palmerius atque Hemsterhusius in Lucian. Dial. Marin. VI. 2. p. 364.

Vol. II., proditum esse in Diodor. XII. p. 535, 72. et Ἄγις pro Ἄσιος ap. Pausan. II. 6, 2. p. 228. et Λιγγιάς pro Αἰγιάς apud Theophrastum ap. Is. Voss. in Pomp. Mel. II. 3, p. 140., tum principiis verborum male accessionem factam nunc litterae *N*, ut in Plutarch. vit. Aristid. c. XI. p. 357. T. II. Νυσίων extitit pro Ὑσιῶν Wass. in Thucyd. III. 24. p. 528. Vol. II., et apud Georg. Acropolit. 70. p. 154, 19. Ναξιόν pro Ἀξιόν, nunc litterae *M*, quemadmodum in Diodor. XIII. p. 545, 60. alii libri tenent Ὕκαρα, alii Μύκαρα, et in Nonn. XXVI. 71. p. 680, 13. pro Μαιονίου rescribendum est id, quod posui p. 215, Ἀονίου. Quod contra factum est in Pausan. IX. 18, 3. p. 64., ubi pro Μυσίᾳ Mosquensis Ἀσίᾳ exhibet et apud Apollodorum III. 5, 1. p. 191. διελθὼν δὲ Θρᾴκην καὶ τὴν Ἰνδικὴν ἅπασαν (στήλας ἐκεῖ στήσας) ἧκεν εἰς Θήβας, ubi Μηδικὴν legendum esse docet et librorum discrepantia de Aelian. Hist. Anim. XVII. 41. ab Iacobsio p. 590. adnotata Αὐτωριάτας Ἰνδῶν vel Μαιδῶν μετῴκισαν εἰς χῶρον ἕτερον et memoria Etym. Magn. p. 2, 17. Διονύσου ἐρασθεῖσα Ἀφροδίτη ἐμίγη αὐτῷ, ἀναχωρήσαντος δὲ τούτου εἰς τὴν Μηδικὴν ἐγαμήθη Ἀδωνίδι. Non immerito igitur satis placent Hysiae in historiis Laonici collocatae, quas Valckenarius quidem ad hoc iudicium delectus, censeo, posthaberet nomini, quod de Herodoti loco V. 74. p. 78. commentans cogitasse mihi videtur, Φρύγια, de quo meminit Poppo Thucyd. Vol. II. p. 260. Ergo ex Attica venienti haud procul ab Eleutheris bivium erat, de quo scripsit Pausanias IX. 2, 1. 2. p. 7., unde aut Hysias et Erythras pergebatur aut Plataeas. In quo quidem bivio, ut ego opinor, Antiopam geminos enixam esse retulit Hyginus fab. VII. p. 23. „Antiopa — effugit in montem Cithaeronem. Cumque partus premeret et quaereret, ubi pareret, dolor eam in ipso bivio coegit partum edere", in situ natalis loci Zethi et Amphionis describendo ille curiosior reliquis, quos attulit Valckenarius Diatr. c. VII. p. 59. b. c. p. 62. a., qui prope Eleutheras eum partum tum, quum Antiopa a Lyco patruo Sicyone vi Thebas reduceretur, editum prodiderunt, uti Pausanias II. 6, 2. p. 228. ἡ δὲ ὡς Θήβας ἤγετο τὴν ἐπ' Ἐλευθερῶν, ἐνταῦ-

θα καθ' ὁδὸν τίκτει, Apollodorus III. 5, 5. p. 195. ἡ δὲ ἀγομένη δύο γεννᾷ παῖδας ἐν Ἐλευθεραῖς τῆς Βοιωτίας. Scholiast. Apoll. Rhod. IV. 1090. p. 612. καταφεύγει εἰς Σικυῶνα πρὸς Ἐποπέα· τεκοῦσα δὲ Ἀμφίονα καὶ Ζῆθον ἐξέθηκεν ἐν τῷ Κιθαιρῶνι παρὰ βουκόλῳ τινί. Hygin. fab. VIII. p. 25. „Interfecto Epopeo Antiopam vinctam abduxit in Cithaeronem. parit geminos et reliquit". Dio Chrysost. Orat. XV. p. 447. sq. πλήν γε τῆς Οἰνέως τοῦ Πανδίονος νόθου παιδός· ὁ γὰρ ἐκείνου νομεὺς ὁ ἐν ταῖς Ἐλευθεραῖς καὶ ἡ γυνὴ ἡ τοῦ νομέως οὐ μόνον οὐκ ἐξετίθεσαν αὐτοὶ γεννήσαντες, ἀλλὰ καὶ ἀλλότρια εὑρόντες ἐν τῇ ὁδῷ παιδία οὐκ εἰδότες ὅτου ποτὲ ἦσαν ἀνελόμενοι ἔτρεφον. Ad Oenei vocabulum recordor Oenoen, prope quam pastorem, qui Zethum Amphionemque educavit, domicilium habuisse scribit Euripides Antiop. fr. IX. p. 68. Οἰνόῃ σύγχορτα ναίω πεδία ταῖς τ' Ἐλευθεραῖς. Is igitur non minus quam Pausanias (l. d. et I. 38, 9. p. 169. ἐν τούτῳ τῷ πεδίῳ ναός ἐστι Διονύσου —· ἀπωτέρω δὲ ὀλίγον σπήλαιόν ἐστιν οὐ μέγα καὶ παρ' αὐτὸ ὕδατος πηγὴ ψυχροῦ· λέγεται δὲ ἐς μὲν τὸ σπήλαιον, ὡς Ἀντιόπη τεκοῦσα κατάθοιτο ἐς αὐτὸ τοὺς παῖδας, περὶ δὲ τῆς πηγῆς τὸν ποιμένα εὑρόντα τοὺς παῖδας, ἐνταῦθα σφᾶς λοῦσαι πρῶτον ἀπολύσαντα τῶν σπαργάνων. Ἐλευθερῶν δὲ ἦν μὲν ἔτι τοῦ τείχους, ἦν δὲ καὶ οἰκιῶν ἐρείπια· δήλη δὲ τούτοις ἐστὶ πόλις ὀλίγον ὑπὲρ τοῦ πεδίου πρὸς τῷ Κιθαιρῶνι οἰκισθεῖσα. Ἑτέρα δὲ ὁδὸς ἐξ Ἐλευσῖνος πρὸς Μέγαρα ἄγει) frequentiori, ut videtur, famae credidit, Antiopam peperisse, antequam Eleutheras pervenisset. Alia mens fuit Hygino c. VII., cuius verba ut de bivio, quod post Eleutheras est, non de Eleusinia regione interpretanda ducerem, movit me cum Cithaeronis mentio identidem ab auctoribus iactata tum et Timagorae auctoritas ap. Schol. Eurip. Phoen. 159. p. 46. Τιμαγόρας δὲ ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς φησιν, ὡς κακῶς πάσχοντες ὑπὸ τῶν περὶ Ἀμφίονα οἱ Σπαρτοὶ ἀνεῖλον αὐτοὺς λοχήσαντες ἀπιόντας εἰς Ἐλευθερὰς ἐπὶ πατρικὴν θυσίαν (sacra, puto, reddita diis eius loci praesidibus, in quo olim infantes expositi et a pastore servati fuerant) Ephorique ap. Schol. Pindar. Pyth. V. 101. p. 383. fragm. hist. I. 13. p. 103.

Ὕλλον καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἀποτυχόντας τῆς ἐπὶ τὴν Σπάρτην στρατείας — ἐλθεῖν εἰς τὰς Ἀθήνας πρῶτον — καὶ πρώτους τοὺς Θησέως τοῦ Αἰγέως ἀπογόνους ἐκάλουν —· ἔπειτά φασι τὸν Ἀριστόδημον διὰ τῆς Βοιωτίας πορευόμενον καταλαβεῖν θύοντάς τινας τῶν Θηβαίων παρὰ τὴν ὁδόν et Malalae II. p. 47, 3. Tzetzaeque Schol. ad Exeg. in Iliad. p. 133, 8. 14. narratio: ἐῤῥίφησαν γεννηθέντα τὰ βρέφη κατὰ κέλευσιν τοῦ Λύκου βασιλέως ἐν τῇ κώμῃ τῇ λεγομένῃ Ῥασθέᾳ πλησίον τοῦ Κιθαιρωνίου ὄρους, quem vicum fuisse Ἥρας deae Cithaeroniae in quinto libro obtinebimus. Sed tempus est de via, qua ex Attica atque Megara profecti Eleutheras petebant, sic desinere, ut adiiciam Plutarchi locum Quaestt. Graec. XXXIX. p. 399. Vol. VIII. ἐκ δὲ Μεγαρέων εἰς Θήβας κομιζομένους περὶ τὰς Ἐλευθερὰς ὕδατι καὶ βρονταῖς καὶ διοσημείαις ἄλλαις κατασχεθῆναι, dein Plataeas ex Megara etiam perveniri potuisse non superatis Eleutheris doceam Pausaniae testimonio IX. 2, 3. p. 8. αὕτη μὲν ἀπ' Ἐλευθερῶν ἐς Πλάταιαν ἄγει. Τοῖς δὲ ἐκ Μεγάρων ἰοῦσι πηγή τέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ καὶ προελθοῦσιν ὀλίγον πέτρα· καλοῦσι δὲ τὴν μὲν Ἀκταίωνος.

His ita disputatis rationes, quae ab doctis hominibus confectae sunt, convenienter castigari possunt ordinarique ad veritatem apposite. Vana igitur atque inanis est opinio Barbiei Bocagii (in Stanhopii Descript. Planit. Plataeens. p. 130.), duas extitisse fauces, alteras, per quas Graeci cum Mardonio proelio congressuri adventarint, alteras eas, quas vocarent Quercus capita. Quem errorem cum merito exagitavisset Odofr. Muellerus Orchom. p. 489., Krusius tamen Hellad. Vol. II. P. I. p. 10. in eandem se fraudem abripi passus est. Sed etiam ipse Muellerus in Orchom. p. 488. 489. et Doctr. Encycl. T. VI. p. 215. 216. T. XI. p. 255. quid verum esset, ita non pervidit, ut cum aliorum, quae supra exprompsimus, tum Strabonis immemor hoc pronuntiaret, principem viam scilicet orsam illam ab Ogygiis portis (Orchom. p. 486.), ex quibus portis nullum omnino in illam regionem iter fuisse suo loco emerget, Thebis duxisse Eleutheras atque Athenas per Hysias et Erythras. Fidem tamen fecit Popponi in Thucyd. Vol. II.

p. 257. et Schoenio l. d. p. 155., qui quidem errorem a Muellero acceptum eo amplificavit, quod Thebis Eleutheras contendentem negavit Potnias contingere. Etenim illud iam evidens est, Thebis Plataeas viam esse per Potnias eamque non ita longe a Plataeis ita dividi, ut sinistrorsus iter pateat ad Hysias Erythrasque. Cuius rei indicio nescio an profecerim ad explicandum, quomodo factum sit, ut viam, quae a dividendo nomen est mutuata *Σχιστή*, Aeschylus fingeret apud Potnias fuisse Oedip. fragm. 160. p. 14. ap. Schol. Soph. Oed. Reg. 733. *περὶ Δαυλίδα φησὶ τὴν σχιστὴν ὁδὸν, ὁ δὲ Αἰσχύλος περὶ Ποτνιάς.* Sed hoc ita factum non pertinaciter contendo; at illa, quae contra Muellerum Schoeniumque disserui, ad veritatem plane enucleata esse testem habeo afferre, quo nemo unus locupletior est, Thierschium. Is enim quodcunque illius disputationis est, consensu suo laudavit ipse aliquot abhinc annis vias, quales descripsi, conspicatus ac permensus narravitque praesenti mihi, quum magno et assiduo imbri iter, quod Plataeis Potnias fert, corruptius factum esset, se eo pervenisse per Hysias. Thierschio igitur apud Plataeas versanti idem incommodum acciderat, quod sibi ibidem Athenis in Thraciam proficiscenti accidisse scribit, cuius laudes non vehementius admirata est illa aetas quam nostra Thierschium, Libanius Epist. DCLXXII. b. p. 322. *ἔτυχον μὲν γὰρ Ἀθήνηθέν ποτε πορευόμενος ἐπὶ Θρᾴκης. Ὄμβρου δὲ γενομένου πολλοῦ καταφεύγω Πλαταιεῦσιν (Πλαταιᾶσιν) εἰς οἴκημα φαῦλον, εἰς ὃ καὶ αὐτὸς οὗτος ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ καταφεύγει. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον λόγος ἦν ἡμῖν ὁ σφοδρὸς ὑετὸς καὶ οἵαν ἐργάσεται τὴν ὁδόν.* Neque hic silentio transmitto, quod Poppo Vol. II. p. 281. docuit: „Asopus Thebis Plataeas proficiscenti plerumque quidem poterat vado transiri, sed celeriter tamen crescebat Thucyd. II. 5." Locus est hic: *ἀπέχει δ' ἡ Πλάταια τῶν Θηβῶν σταδίους ἑβδομήκοντα καὶ τὸ ὕδωρ τὸ γενόμενον τῆς νυκτὸς ἐποίησε βραδύτερον αὐτοὺς ἐλθεῖν· ὁ γὰρ Ἀσωπὸς ποταμὸς ἐῤῥύη μέγας καὶ οὐ ῥᾳδίως διαβατὸς ἦν.* Cum quo congruit, qui verborum etiam similitudinem inde arripuit, auctor orat. contra Neaer 99. p. 672. *οἱ Πλαταιεῖς — εἶδον οὐ πολλοὺς ὄντας τοὺς*

Θηβαίους, ἀλλὰ τοὺς πρώτους αὐτῶν εἰςεληλυθότας· ὕδωρ γὰρ γενόμενον τῆς νυκτὸς πολὺ ἐκώλυσεν αὐτοὺς πάντας εἰςελθεῖν· ὁ γὰρ Ἀσωπὸς ποταμὸς μέγας ἐῤῥύη καὶ διαβῆναι οὐ ῥᾴδιον ἦν ἄλλως τε καὶ νυκτός et Pollux I. 31. p. 22. *καὶ οἱ μὲν ἄγοντες (τὸ ἱερεῖον) ἄκοντες ἐβράδυνον. ὁ γὰρ Ἀσωπὸς ποταμὸς οὐκ ἦν διαβατὸς μέγας ἄφνω ῥυείς.*

Agam vero prolixius patefaciamque, ut potero brevissime, etiam reliquos Boeotiae et Thebani agri aditus. Ac primum interclusis Eleutherarum angustiis Peloponnesii, ut declinarent ab Atticae transitu, Thespias iter faciebant per Creusin urbem. Auctor est Xenophon Hist. Gr. V. 4, 16. *Κλεόμβροτος — ἀπεχώρησε πάλιν εἰς Θεσπιὰς κἀκεῖ μὲν κατέλιπεν ἁρμοστὴν Σφοδρίαν —· ὁ δὲ Κλεόμβροτος ἀπῆγεν ἐπ' οἴκου τὴν διὰ Κρεύσιος τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ στρατιώτας — καὶ ἐν Αἰγοσθένοις τῆς Μεγαρικῆς ἐδείπνησαν ὡς ἠδύναντο — καὶ ἐκ τούτου ἤδη ἕκαστοι οἴκαδε ἀπῄεσαν* et VI. 4, 25. *παρήγγειλαν οἱ πολέμαρχοι δειπνήσαντας συνεσκευάσθαι πάντας ὡς τῆς νυκτὸς πορευσομένους, ὅπως ἅμα τῇ ἡμέρᾳ πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα ἀναβαίνοιεν. Ἐπεὶ δ' ἐδείπνησαν — ἡγοῦντο εὐθὺς ἀφ' ἑσπέρας τὴν διὰ Κρεύσιος —· μάλα δὲ χαλεπῶς πορευόμενοι — εἰς Αἰγόσθενα τῆς Μεγαρικῆς ἀφικνοῦνται* et Diodorus XV. p. 44, 66. *ὁ δὲ Κλεόμβροτος πυθόμενος τοὺς πολεμίους προκατειληφέναι τὰς παρόδους τὸ μὲν ταύτῃ ποιεῖσθαι τὴν διέξοδον ἀπέγνω· πορευθεὶς δὲ διὰ τῆς Φωκίδος καὶ διεξελθὼν τὴν παραθαλαττίαν ὁδὸν χαλεπὴν οὖσαν ἐνέβαλεν εἰς τὴν Βοιωτίαν ἀκινδύνως· ἐν παρόδῳ δέ τινα τῶν πολισματίων χειρωσάμενος καὶ τριήρων ἐγκρατὴς ἐγένετο· μετὰ δὲ ταῦτα καταντήσας ἐς τὰ καλούμενα Λεῦκτρα κατεστρατοπέδευσε,* ubi Palmerius „scilicet *Κρέῦσιν* cepit, ut ex Xenophonte disco Hellen. VI." Nam Muellerus Orchom. p. 489., in cuius doctrinam hic quoque improbe Krusius involavit Hellad. II. P. I. p. 493., qui Peloponnesios Eleutheris obseptis per Pagas Plataeas iter habuisse docuit testificatus Xenophontem Hist. V. 4, 14. 19. *καὶ τὴν μὲν δι' Ἐλευθερῶν ὁδὸν Χαβρίας ἐφύλαττεν, ὁ δὲ Κλεόμβροτος ἀνέβαινε κατὰ τὴν ἐς Πλαταιὰς φέρουσαν —. Οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι ὁρῶντες — ὅτι ἤδη παριόντες τὴν*

Ἀττικὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι εἰς τὰς Θήβας ἐνέβαλλον, minus explorate videtur scripsisse. Facile enim intelligitur, id quod pluribus supra obtinuimus, Cleombrotum utique per Cithaeronias fauces Boeotorum fines intrasse. Porro autem ex his rebus sic expositis efficitur cogiturque, apud Plutarchum vit. Lysandr. XXVIII. p. 169. Vol. III. *Παυσανίας μὲν κύκλῳ περιελθὼν διὰ τοῦ Κιθαιρῶνος ἔμελλεν εἰς τὴν Βοιωτίαν εἰςβαλεῖν· Λύσανδρος δὲ διὰ Φωκέων ἀπήντα —· καὶ τὴν μὲν Ὀρχομενίων πόλιν ἑκουσίως προςχωρήσασαν ἔλαβε, τὴν δὲ Λεβαδίαν ἐπελθὼν διεπόρθησεν. Ἔπεμψε δὲ τῷ Παυσανίᾳ γράμματα κελεύων εἰς Ἁλίαρτον ἐκ Πλαταιῶν συνάπτειν* a librariis perturbatione peccatum esse ordinis, quem ab initio hunc fuisse censeo: *Παυσανίας μὲν διὰ τοῦ Κιθαιρῶνος ἔμελλεν εἰς τὴν Βοιωτίαν εἰςβαλεῖν· Λύσανδρος δὲ κύκλῳ περιελθὼν διὰ Φωκέων ἀπήντα.* Erant deinde, qui Boeotiam petentes Phylen castellum praeterirent transscenderentque Parnethem montem, de quo itinere dixerunt Gellius It. of Gr. p. 42. Clarkius VII. p. 45. sq. Sponius Voyag. II. p. 56., quosque appellaverunt Whelerus et Dodwellus a Krusio appellati Hellad. Vol. II. P. I. p. 11. not. 49. Poppo l. d. p. 261. „Per easdem regiones via minus frequens et montana per Phylen et Panactum in Boeotiam ducebat". conf. Plutarch. vit. Lysandr. XXVII. p. 169. *Θρασύβουλος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ Φυλὴν καταλαβόντες ἐκ Θηβῶν ὡρμήθησαν.* Denique eo via est a Decelea exorsa, inde ad Parnethis partem, quae in orientem solem spectat, pertinens, hinc porrecta propter maris littus per Oropum et Tanagram. Dicaearch. Vit. Graec. p. 184. 186. *ἐντεῦθεν (ἀπ' Ἀθηνῶν) εἰς Ὠρωπὸν —· ἐντεῦθεν εἰς Τάναγραν στάδια ρλ'.* Thucyd. II. 23. *οἱ δὲ Πελοποννήσιοι χρόνον ἐμμείναντες ἐν τῇ Ἀττικῇ — ἀνεχώρησαν διὰ Βοιωτῶν οὐχ ᾗπερ ἐςέβαλον· παριόντες δὲ Ὠρωπὸν τὴν γῆν τὴν Γραϊκὴν καλουμένην — ἐδῄωσαν.* Popp. l. d. p. 261. p. 262. not. 42. Krus. l. d. Ad hoc *τὴν κατὰ Σκῶλον πάροδον* ostendit Polyaenus II. 1, 11. p. 124. *Ἀγησίλαος πυθόμενος Θηβαίους τὴν κατὰ Σκῶλον φυλάττειν πάροδον πάσας τὰς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων πρεσβείας ἐν Θεσπιαῖς ἀναμένειν συνέταξεν. Θηβαῖοι ταῦτα πυθόμενοι μετῆλθον ἐπὶ τὴν κατὰ Θεσπιὰς πάροδον καὶ*

ταύτῃ παρεφύλαττον. Ἀγησίλαος δυοῖν ἡμερῶν ὁδὸν ἀνύσας ἐν μιᾷ τὴν κατὰ Σκῶλον πάροδον ἐρήμην εὗρὼν ἄνευ μάχης διῆλθεν et II. 1, 25 et Herodotus IX. 15. Μαρδόνιος — ἐπορεύετο διὰ Δεκελέης, οἱ δὲ (πρόσχωροι τῶν Ἀσωπίων) αὐτῷ τὴν ὁδὸν ἡγέοντο ἐς Σφενδαλέας· ἐνθεῦτεν δὲ ἐς Τανάγρην. Ἐν Τανάγρῃ δὲ νύκτα ἐναυλισάμενος καὶ τραπόμενος τῇ ὑστεραίῃ ἐς Σκῶλον ἐν γῇ τῇ Θηβαίων ἦν. conf. Valcken. p. 234. Schneider. in Xenoph. Hist. Gr. V. 4, 48. p. 379. 51. p. 385. Et Scolus quidem oppidum a via, quae Thebas Plataeis fert, stadia fere quadraginta remotum fuit (Pausan. IX. 4, 3. p. 16. ἐκ Πλαταίας δὲ ἰοῦσιν ἐς Θήβας ποταμός ἐστιν Ὠερόη· — πρὶν δὲ ἢ διαβῆναι τὸν Ἀσωπὸν, παρ' αὐτὸ τὸ ῥεῦμα ἀποτραπεῖσιν ἐς τὰ κάτω καὶ προελθοῦσιν ὅσον τεσσαράκοντα στάδιά ἐστιν ἐρείπια Σκώλου) situmque in Parasopia (Clinton. Fastt. Hell. p. 395. not. t.). Quo Plataeis si profecturus es, contendendum est Erythras. Xenoph. Hist. V. 4, 49. ὁ δὲ Ἀγησίλαος — ἐν ταῖς Πλαταιαῖς ἐγένετο· — ἅμα (δὲ) τῇ ἡμέρᾳ θυσάμενος ἐπορεύετο τὴν ἐπ' Ἐρυθράς· καὶ — ἔφθασεν ὑπερβὰς τὸ κατὰ Σκῶλον σταύρωμα. Verum hactenus evagari satis fuerit.

CAPUT III.

DE PROETIDIBUS PORTIS.

Tertio loco dicam de Proetidibus. Sic eae portae nominantur cum ab omnibus omnino tum a Statio Theb. VIII. 353. „Hypsea Proetides, celsum fudere Dryanta Electrae". At vero qui in hoc versu Proetides primus posuit, certam is legem violavit, quod mediam eius vocabuli syllabam nemo aut Graecorum scriptorum aut Latinorum magis produxit, quam Belides, Dardanides, Lesbides, alia. Nimirum hoc ita demum liceret, si consuetudo etiam Proeteum, cuiusmodi est Beleus, Tyrrheus, Tantaleus ap. Ouwens.

Noctt. Hagg. II. 15. p. 287. et III. 23. p. 607. sq., Nereus et Νηρός a Goensio formatum ad Porphyr. de Antr. Nymph. X. p. 97., nomen utcunque usitatum effecisset. Quo posito ac stabilito quod Graece esset Προιτῇδες (ut Νηρῇδες Choerobosc. p. 12, 31. Pierson. in Moer. p. 301. Lobeck. in Phrynich. p. 40.), latine a Statio enunciari potuisse Proetides largitur Ouwensius l. d. p. 609. Atqui, quod litteris extet, solum frequens nomen Proetus est, praeterquam quod „Protaeus" scriptum est apud interpretes Veron. Virg. Aen. II. 82. p. 312. „Nauplii Protaeus et Proeti Laernus". Itaque versum, quem a Valckenario, viro in hoc genere circumspectissimo, ut praeclare arguunt ab eo adnotata in Theocrit. Idyll. I. 22. p. 9., sine vitii tamen suspicione in Eurip. Phoen. 758. p. 283. prolatum esse vehementer miror, convenientius nimirum est sic proponi, uti et Kuhnius in Pausan. p. 727. praeivit et librorum mss. pars demonstrat „Hypsea Proeticiae; celsum fudere Dryanta Electrae". Hoc enim et expresse consignatum est apud Lactantium p. 372. B. „proticias", pro quo „Proetides" integrari voluit Staverenius in Hygin. fab. LXIX. p. 141., et significatum scriptura, quam in Scheftlariensi libro et uno Monacensi inveni „Preciae, Proetiae". Agnosco enim inertissimam librariorum segnitiem, quos eandem syllabam bis deinceps scriptione persequi numquam non piguit taesumque est. Nec multum ab hoc dissona sunt „Proeteam, Proeteum, Peteam", quae apud Lactantium duo Monacenses suppeditant libri atque is, qui penes Lindenbrogium fuit. Postremo quam vocem ex altero Monacensi codice in Stat. Theb. l. d. enotavi „Proetidae", ea vitii tam manifesta est, quam plerisque videbitur esse apud Daret. Phryg. IV. p. 151, 5. „Ilio portas fecit, quarum nomina haec sunt, Antenoridae, Dardaniae, Iliae" Antenoridae, quae portae dicendae fuerant aut Antenoreae aut Antenorides, quemadmodum apud Ovid. Art. Amat. I. 172. alii Cecropias, pars Cecropidas aut Cecropetas exhibuerunt. Quamquam de Daretis loco equidem ambigo propter Munckeri in Fulgent. prooem. p. 4. auctoritatem et praeceptum. Quid de Krusio loquar, qui in Hellad. Vol. II. P. I. p. 559.

illud Proeticiae deformarit in hanc speciem „Proetídiae"? Verum quamvis hac forma Kuhnius ad numeros explendos egregie profecisse videatur, in alia omnia tamen abeundum est, quia qua effectum id vocabulum dicatur, ratio pateat nulla. Ergo, inquiet aliquis, suffragandum Heynio est, qui, ut syllabae modulus constaret suus, voci Proetides continuavit insertam particulam „at" in nott. ad Apollodor. III. 6, 6. p. 618. Quam particulam non modo non concinnam et elegantem, sed etiam ad sententiam inutilem esse atque absurdam ad numeros non opus est pluribus disputare. Quid autem faciendum restat? Consultum versus integritati nos arbitramur, si unius litterae facta accessione, qua facta et verba aptissime cadunt et corruptelae fons apparet, sic reconcinnetur: „Hypsea Proetiades, celsum fudere Dryanta Electrae". In eum enim modum, ne ad remotiora recedam, vices mutant et variant *Ἠλεκτρίδες* et *Ἠλεκτριάδες* vid. cap. II. hui. libr. p. 270. *Καδμιάδες* Malal. II. p. 39. sq. et *Καδμίδες* Cedren. p. 23. C. *Ἀρηΐς* et *Ἀρηϊάς* ap. D'Orvill. Crit. Vann. IX. p. 377. *Μηλίδες* et *Μηλιάδες* Bergler. in Alciphr. Epist. III. 11. p. 48. *νύμφαι Ἀμνισιάδες καὶ Ἀμνισίδες* Steph. Byz. p. 55, 28. Pleniorem huius generis descriptionem qui concupiverit, is abunde habebit doctrinam Stephani Byz. v. *Ἀβαντίς* p. 4, 17. sq. Heringae in Misc. Obss. Nov. T. VIII. p. 930. D'Orvillii et Valckenarii ll. dd. conf. Tzchuck. in Strab. VIII. p. 356. Vol. III. p. 144. Munckeri in Hygin. Geneal. p. 11. Nic. Heinsii in Ovid. Heroid. IX. 73. et XV. 164. Ouwens. Noctt. Hag. II. 15. p. 286. Cuiusmodi exempla passim per veteres scriptores diffusa saepius tamen librariis obstiterunt, quominus verum ii dignoscerent scriptoque proderent. Veluti pro *Ἀληϊάδαι* supposuerant apud Callimach. fr. CIII. 1. p. 355. *Ἀληϊίδαι*, Ambrachis pro Ambracias apud Ovid. Heroid. XV. 164. „Ureris, Ambrachis terra petenda tibi", Naides pro Naiades in Lactant. Narr. Fab. VIII. 5. p. 250. (contra ap. Apostol. XI. 12. *Μηνιάδων* pro *Νηΐδων* Meinek. Euphor. fr. XXV. p. 77.), Teucridae pro Teucriadae ap. Serv. Aen. III. 94. p. 192.; iidem contra mala arte Sperchiades, ut docet Heinsius ad Met. II. 250. et I. 579.

et VII. 230., substituerunt apud Ovidium pro Spercheides, *Βιβλιάς* (iudice Siebelisio p. 182.) pro *Βιβλίς* apud Pausaniam VII. 24, 4. p. 244. Vol. III., apud Diodorum *Πελωριάς* Wesseling. in XIV. p. 686, 38. In Theocrit. Idyll. XVII. 14., ubi pro *Λαγίδης* scripsit Meinekius *Λαγιάδης*, Lobeckius Paralip. p. 7. *Λαγγίδης*, Bergkius quum mihi sermo cum eo esset de illo loco institutus exposuit aut retinendum *Λαγίδης* aut reponendum videri *Λαγείδης*, quod extaret in inscriptione ap. Welcker. in Mus. Rhen. ann. hui. saec. XXXIII. I. p. 290. *Πραξαγόρας δ' ὄνομ' ἔσχον ἐπικλεὲς, ὃν πρὶν ἐπ' ἀνδρῶν Θήκατο Λαγείδας κοίρανος ἡγεμόνα.* Eandemque sententiam exposuit Geierus in commentatione de Ptolemaei Lagidae vita p. 6. not. 16.

In quaestione est, unde eae portae nomen traxerint. Quod Scholiasta Euripidis (v. supra II. 4. p. 148.) Phoen. 1109. p. 233. not. 2. a Proeto repetit, quem ab Acrisio Argis eiectum sedem apud Thebas fixisse autumat: *ἐκβληθείς φασιν ὁ Προῖτος ὑπὸ Ἀκρισίου εἰς τὰς Θήβας ἦλθε καὶ αὐτόθι ᾤκησε πλησίον τούτων τῶν πυλῶν, αἳ δὴ καὶ Προιτίδες ἀπ' αὐτοῦ ὠνομάσθησαν.* Aliter apud Pausaniam est, qui ex Thebanis audivit id nomen esse hominis indigenae, qui qua aetate vixerit et unde genus duxerit, difficile fuit ad inveniendum *τεθῆναι δὲ (τὸ ὄνομα) Προιτίσιν ἀπὸ ἀνδρὸς τῶν ἐπιχωρίων· ἡλικίαν δὲ Προίτου καὶ τὸ ἀνωτέρω γένος χαλεπὰ ἦν εὑρεῖν* IX. 8, 3. p. 31. Nec sane quidquam videtur invenisse, quo hominis memoriam ab Aeschylo Sept. 391. *Προίτου πυλῶν* proditam illustraret, eius Scholiasta p. 181. vocem *Προιτίσι* v. 373. his notans: *ταῖς ἀπὸ Προίτου.* Et tamen hoc urgendum et plura de appellationis origine quaerenda arbitror propterea, quod saepe ad inveniendum is plurimum contulit, qui inveniri posse speravit. Atque in mentem venit eius Proeti, cuius filiam Galinthiadem maturato Alcmenae partu nobilem narrat Antoninus Liberalis XXIX. p. 124. *Προίτου θυγάτηρ ἐν Θήβαις ἐγένετο Γαλινθιάς.* Nec vero de hoc Proeto integrum est, quoniam ab Tiresiae filia Historide Alcmenae laboranti subventum fuisse Thebanis credendum est Pausan. IX. 11, 2. p. 39. Neque illud ad Thebanam famam compositum et accommodatum

est, quod refero neque Scholiastae Euripidis ex omni parte incognitum et a compluribus, opinor, rerum Thebanarum scriptoribus olim narratum: ab Argivo rege Proeto illas portas nomen mutuatas esse. Quid enim? cum ab Locro matre nato Maera, Proeti filia (vid. I. 2. p. 21. et Hesych. p. 526. *Μαίρα· — οἱ δὲ Προίτου θυγατέρα, Αἴθρας ἀδελφὴν εἶναι*), adiutos acceperimus Zethum et Amphionem in exstruendis Thebarum moenibus, nonne simile veri est, quo eius operae memoria maneret, de sex portis uni cognomentum esse a patre Maerae sic inditum, quemadmodum Electris a matre Harmoniae aut Cadmi sorore? Cuicuimodi est, feci quod nostrum erat, ut in re dubia coniectura probabilia sequerer. Quod si vidi veri similia, nihil ultra requiratur. Conf. Corollar. XXVI. At de situ Proetidum liquidius confirmare licet. Namque Chalcidem, Euboeae urbem, Pausanias dilucide atque perspicue docet ab his inde portis ita adiri, ut Teumesus mons vicique Harma et Mycalessus deinceps attingantur *ἐκ Θηβῶν δὲ ὁδὸς ἐς Χαλκίδα κατὰ πύλας ἐστὶ τὰς Προιτίδας* IX. 18, 1. p. 63. *ἐπὶ ταύτῃ τῇ λεωφόρῳ χωρίον Τευμησός —· Τευμησοῦ δὲ ἐν ἀριστερᾷ σταδίους προελθόντι ἑπτὰ, Γλίσαντός ἐστιν ἐρείπια —· ἀναστρέψαντι δὲ ἐπί τε Τευμησὸν καὶ ὁδὸν τὴν ἐς Χαλκίδα, Χαλκώδοντος μνῆμά ἐστιν, ἑξῆς δὲ πόλεων ἐρείπιά ἐστιν Ἅρματος καὶ Μυκαλησσοῦ* 19, 1. 4. p. 66. 67. *ἔστιν ἐκ Θηβῶν ἰοῦσιν ἐς Χαλκίδα Ἅρμα καλούμενον* I. 34, 2. p. 151., cum quo consentit Strabo IX. p. 404. T. III. p. 405. *ὁ Μυκαλησσὸς δὲ κώμη τῆς Ταναγρικῆς· κεῖται δὲ παρ' ὁδὸν Θηβαίων εἰς Χαλκίδα* (*παρ' ὁδὸν τὴν Θήβηθεν εἰς Χαλκίδα* Eustath. in Iliad. II. 498. p. 266, 34.). Transitus autem ex Boeotia in Euboeam insulam ad Hermaeum est, ut Livius ait XXXV. 50., quod a Mycalesso ferme sexdecim stadia disiunctum scribit Thucydides VII. 29., per oblivionem Wesselingio accuratissimae doctrinae homini ad Herodot. IX. 39. p. 258. omissus: *ἐκ Χαλκίδος τῆς Εὐβοίας ἀφ' ἑσπέρας διέπλευσε τὸν Εὔριπον· καὶ ἀποβιβάσας ἐς τὴν Βοιωτίαν ἦγεν αὐτοὺς ἐπὶ Μυκαλησσόν· καὶ τὴν μὲν νύκτα λαθὼν πρὸς τῷ Ἑρμαίῳ ηὐλίζετο* (*ἀπέχει δὲ τῆς Μυκαλησσοῦ ἑκκαίδεκα μάλιστα σταδίους*)· *ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῇ*

πόλει προςέκειτο οὖσῃ μεγάλῃ. Inde celebre spectaculum pons erat, quo Chalcis continenti iungitur, ut terra aditum faciliorem quam mari habeat (Liv. XXVIII. 7.). Quod enim illum ad Aulidem pertinuisse cum alii dicunt tum Cangius ad Ann. Comn. Alexiad. VI. p. 313. „Angustum fretum Aulidem Boeotiae a Chalcide disterminat tam modicum, ut ponte („plerumque" addit Marcian. Capell. VI. 659. p. 539.) iungatur teste Plinio seu, ut Solinus, per fabricam brevissimae machinae adeatur pede", id inconsiderate aut falso dictum esse vel Diodorus perspicuum facit XIII. p. 577,41. *τῆς μὲν οὖν Εὐβοίας κατεσκευάσθη τὸ χῶμα κατὰ τὴν Χαλκίδα, τῆς δὲ Βοιωτίας πλησίον Αὐλίδος· ἐνταῦθα γὰρ ὁ μεταξὺ πόρος ἦν στενώτατος* et Livius XLV. 27. „Paullus Chalcidem ad spectaculum Euripi Euboeaeque insulae ponte continenti iunctae descendit. A Chalcide Aulidem traiicit trium millium spatio distantem". Qui pons qualis fuerit, studiose exquisivit Is. Vossius ad Pompon. Mel. II. 7. p. 210., a quo proficiens Wesselingius ad Diodor. p. 578,49. „pons erat, inquit, *δίπλεθρος* Ephoro in Strabon. IX. p. 400. *ὁ Εὔριπος οὕτω στενὸς ὢν καὶ γεφύρᾳ συνεζευγμένος πρὸς αὐτὴν (Βοιωτίαν) διπλέθρῳ* teste, nec continuus tamen, sed canali, ut navibus transitus esset, interstinctus. Id indicant verba Diodori *ᾠκοδόμησαν δὲ καὶ πύργους ὑψηλοὺς ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν ἄκρων καὶ ξυλίνας τοῖς διάῤῥοις ἐπέστησαν γεφύρας* et Strabon. p. 403. *ἔστι δ' ἐπ' αὐτῷ γεφύρα δίπλεθρος — πύργος δ' ἑκατέρωθεν ἐφέστηκεν ὁ μὲν ἐκ τῆς Χαλκίδος, ὁ δ' ἐκ τῆς Βοιωτίας· διῳκοδόμηται δ' εἰς αὐτὸν σύριγξ*". Idem in Antonin. Itin. p. 327. quum cum Strabone contendisset Procopium (de Aedific. IV. 3. p. 73. A. *ζεῦγμα δὲ τῷ πορθμῷ μία τις ἐγκειμένη ποιεῖται δοκὸς, ἥνπερ ἐπιτιθέντες μὲν ἡνίκα ἂν ᾖ βουλομένοις σφίσιν οἱ ἐπιχώριοι ἠπειρῶται δοκοῦσιν εἶναι καὶ εἰς γῆν ἀντιπέρας πεζοὶ ἴασιν· ἀφαιρούμενοι δὲ ταῖς τε ἀκάτοις διαπορθμεύονται τὸν ἀνάπλουν καὶ νησιῶται γίνονται αὖθις ἑνός τε ξύλου ἐπιβολῇ καὶ ἀφαιρέσει καὶ πεζεύουσι καὶ ναυτίλλονται*), addidit Sponium Itin. p. 265. a Thebis Chalcidem usque M. P. XXV. aut XXVI. numerasse. A quo paullulum discrepat Antonini Itin. p. 327. „Thebis Chalcidem M. P. XXIV."

et nimium quiddam Laonicus Chalcocondyles de reb. Turc. IV. p. 113. C. *οἱ μέν τοι Οὐενετοὶ ἐπὶ τῶν Θηβῶν διανοούμενοι πόλιν ἰέναι στρατόν τε ἀπὸ τῆς Εὐβοίας ὅσον ἠδύναντο συλλέξαντες καὶ ὁπλισμὸν ἀπὸ τῆς Εὐβοίας ἐχώρουν ἐπὶ τὴν Βοιωτίαν καὶ τὴν πόλιν. Ἀντώνιος δὲ πυθόμενος τοὺς Οὐενετοὺς στρατευομένους ἐπ' αὐτὸν λόχους ποιησάμενος διττοὺς κατὰ τὴν ὁδὸν, ᾗ ἐπύθετο μέλλοντας διαπορεύεσθαι τούς τε Εὐβοέας ἅμα καὶ Οὐενετοὺς, τὸν μὲν ἐνεδρεύσας ἐς τὸ πρόσω τῆς ὁδοῦ, τὸν δὲ ἐς τὸ ὄπισθεν ἐπέμεινεν ἐμβαλεῖν ἐς τὸ μέσον τοὺς πολεμίους. Ἐνταῦθα οὖν ὡς οἱ Οὐενετοὶ ἐπορεύοντο ἐπὶ τῶν Θηβῶν πόλιν, διέχει δ' ἡ πόλις αὕτη ἀπὸ Εὐβοίας σταδίους ρν', καὶ ᾖεσαν ἐξωπλισμένοι τε ἅμα καὶ πολλοὶ ὄντες ἐπὶ τὰς Θήβας — ἐπιπεσὼν καὶ ἐπ' ἀμφοῖν (λόχοιν) ἅμα ἐπιφανεὶς τοῖς Οὐενετοῖς ἐς φυγὴν ἐτρέψατο.* Sed ut in ordinem me cogam, illud in disceptatione est, ex quo inde tempore insula continenti Boeotiae aggere ac ponte adhaeserit. De quo quaerere instituerunt Dodwellus Itin. Vol. II. P. I. p. 247. de Livii loco temere credulus et Wassius in Thucyd. VII. 30. Vol. IV. p. 489. sq. non lectus Dodwello: „hoc unum maximum scrupulum iniicit, quod Euboea, si Diodoro Siculo fides habenda est, tum (quum ingenti clade Mycalessus affecta est) nondum continenti Boeotiae aggere ac ponte coniuncta erat. Is enim XIII. p. 355. auctor est, id demum post cladem Atheniensium in Sicilia et post defectionem Euboeae ab Atheniensibus factum esse". Conf. Balth. Bonifac. Hist. Ludicr. VI. 22. p. 173. sq. Denique de via, quae ab Euripo ad urbem Chalcidem erat, commemoravit Plutarchus Quaestt. Gr. XXII. p. 391. Vol. VIII. *ἐτάφησαν δὲ παρὰ τὴν ὁδὸν Κόθος καὶ Ἄρκλος* (*Αἴκλος* Xyland. conf. Zonar. I. 71. *Αἰκίστριος, Αἴκλος ὀνόματα κύρια.* Strab. X. p. 447. Vol. IV. p. 23. *Αἰκλὸς καὶ Κόθος.* Marcian. Heracleot. 603.) *οἱ Ξούθου παῖδες, ᾗ βαδίζουσιν ἐκ πόλεως ἐπὶ τὸν Εὔριπον καὶ ὁ τόπος Τάφος Παίδων καλεῖται,* quae nomina volenti, puto, Theopompo ap. Stephan. Byz. p. 174, 11. reddi iubeo *Ἐλευθερίς· πόλις Βοιωτίας Ὠρωποῦ πλησίον, Κότου καὶ Ἐγκλέου. Θεόπομπος μγ'* (fr. 226. p. 108.), quum dubitem de Plinio Nat. Hist. VII. 57. p. 279. „Auri metalla

et conflaturam (invenit) Cadmus —, ut alii Thoas et Eaclis in Panchaia" conf. Muncker. in Hygin. fab. CCLXXIV. p. 327. Hanc igitur viam, quam uti praeiverat Pausanias, nuper persequutus est Dodwellus l. d. p. 244. sq., designavit auctor hymni in Apollin. 220. *στῆς δ' ἐπὶ Ληλάντῳ πεδίῳ —· Ἔνθεν δ' Εὔριπον διαβὰς, ἑκατηβόλ' Ἄπολλον, Βῆς ἀν' ὄρος ζάθεον, χλωρόν* (Messapium, credo, ut fallatur Krusius Hellad. II. P. I. p. 427. not. 209.)· *τάχα δ' ἵξες ἀπ' αὐτοῦ Ἐς Μυκαλησσὸν ἰὼν καὶ Τευμησὸν λεχεποίην· Θήβης δ' εἰςαφίκανες ἕδος καταειμένον ὕλῃ* eandemque, si vera loquitur fama a nobis II. 5. p. 158. narrata, olim petivit Amphiaraus a Thebis fugiens. Non tempero mihi, etiamsi praepostere agere videar, quin ordini eorum, quae veterum scriptorum testimoniis cognita explorate perscripsimus, rem inseram, quae coniectura continetur et est opinabilis. Veri simile enim videtur esse, ab iisdem portis eius viae initium fuisse, qua Tanagram perveniri solitum ait Strabo IX. p. 404. T. III. p. 408. *ἔστι δὲ τῷ ἐκ Θηβῶν εἰς Ἄργος ἀπιόντι ἐν ἀριστερᾷ ἡ Τάναγρα· ἐν δὲ δεξιᾷ* (*ἐν δεξιᾷ δὲ* Casaub.) *κεῖται ἡ Ὑρία.* In hoc loco quum alia suspiciosa sint et nequaquam ad liquidum confessumque perducta, quae omitto ad praesens referre, tum magna et perdifficilis quaestio est de Argis, quos et Strabonis libri consensu testantur et Eustathius ad Il. II. 498. p. 266,27. *τῷ ἐκ Θηβῶν εἰς Ἄργος ἀπιόντι ἐν ἀριστερᾷ ἡ Τάναγρα.* „Strabo Boeotiam describit, inquit Palmerius Exercitt. p. 316., et quid ad Boeotiam Argos? et quare non potius Megara vel Corinthum posuisset, per quas urbes iter est Argos eunti? Ea vox est a mala manu exscriptoris, cui eo quod superiori linea vox *Ἀργείων* extat, in animo natabat Argos idque posuit pro *Ἅρμα*, quod Strabo procul dubio scripserat". Cui sententiae docti homines ad unum omnes sic suffragati sunt, ut in vitio esse pronunciarent illud *Ἄργος*. In contrariam tamen partem inclinat atque propendet nostri animi iudicium his impulsi rationibus. Primum succurrebant occulta illa et quasi involuta verba Suidae: *Ἀκουσίλαος, Κάβα υἱὸς, Ἀργεῖος, ἀπὸ Κερκάδος πόλεως οὔσης Αὐλίδος πλησίον,* quae nec Sturzius fragm. I. p. 214. aperuit nec Bernhardyus p. 173. his de-

functus „*Κεκάδος* Eudoc. (p. 49.). Nomen obscurum". Quod nomen tamen fortasse iudicabor in lucem protulisse mentione facta Dianae Celcaeae, de qua Boeckhius ad Corp. Inscr. Graec. nr. 1947. p. 47. haec disseruit. „*Ἀρτέμιδι Κελκαίᾳ;* quo firmatur optimorum librorum lectio apud Arrhianum VII. 19., ubi memoratur antiquum Athenis *τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Κελκαίας ἕδος*. Hoc vidit iam Paciaudus, sed ignorant Arrhiani interpretes". Et de eadem dea ante Boeckhium loquutum video Villoisonum Anecd. T. II. p. 162. sq. not. 1. Nec dubito accommodare in hanc rem vocabulum Celcaeae, Epiroticae urbis, litteris mandatum ab Eustathio in Hom. Odyss. XI. 120. p. 1675,37. *Βουνίμαν τινὰ ἢ Κελκέαν — τοπικὰ ὀνόματα,* de qua urbe alio tempore explicare licebit. Utcunque est, hoc quidem constat, Argivum esse ab Suida eum appellatum, qui in urbe Boeotiae maritima proxime Aulidem sita natus esset. Inde subiit hoc recolere: Pindarum, quem apud Thebas obisse plures auctores sunt, Argis mortuum crematumque narrari epigrammate ap. auct. vit. Pindar. cod. Vratisl. p. 10. et Eustath. prooem. in Pindar. p. 16. *Ἡ μάλα Πρωτομάχα τε καὶ Εὔμητις λιγύφωνοι Ἔκλαυσαν πινυταὶ Πινδαρίου θύγατρες· Ἄργοθεν ἧμος ἵκοντο κομιζούσ' ἐνδόθι κρωσσοῦ Λείψαν' ἀπὸ ξείνης ἀθρόα πυρκαϊῆς.* De qua memoria sic expedivit Eustathius l. d. *ἐν ᾧ δὴ ἐπιγράμματι οὐ δηλουμένου τοῦ πῶς ἐν Ἄργει θανὼν ὁ Πίνδαρος εἶτα εἰς τὴν πατρίδα ἐκεῖθεν ἐκομίσθη, ὅμως ἐστὶν ὑπονοῆσαι, ὅτι ἀπελθὼν εἴς τινα Πελοποννήσιον ἀγῶνα καὶ θανὼν κατ' αὐτὸ τὸ Ἄργος ἀπεδόθη ἐκεῖθεν πατρίδι νεκρός* et similiter Eustathio nondum viso Boeckhius prooem. in Pindar. Vol. II. P. II. p. 16. „Suida indeque Hesychio Illustrio tradentibus obiit in theatro: pro quo gymnasium dicit Valerius Max. IX. 12. ext. 7. —. Videtur ludorum spectandorum caussa aliquo profectus repentino ibi oppressus esse in ipso certaminum loco, qui et theatrum et gymnasium dici potuit; idque Argis Peloponnesi, ut ex historiae, credo, fide docet epigramma, fortasse in Heraeis sive Hecatombaeis, quae ut simul celebrarent filias secum adduxerit; hae autem cineres Thebas reportarunt, ubi sepulcrum vidit Pausanias IX. 23,2.". Quod ita esse

quum mihi Boeckhius non ad veritatem plane, sed opinione persuaserit, expromam, qua cogitatione ipse animum meum volutarim. Insinuavit autem mihi suspicio fraudis grammaticorum de Acusilao et Pindaro narrantium inde subnatae, quod in Boeotia Argos appellaretur et quidem id nomen loci regionisque esset ad Euboicum mare vergentis, quam praeterfluebat Asopus. Quod ut coniectura informarem inductus sum tum verbis Stephani Byz. p. 74,3. *Ἄργος δὲ σχεδὸν πᾶν πεδίον κατὰ θάλασσαν* et Strabonis VIII. p. 372. Vol. III. p. 226. (Eustath. in Odyss. XVIII. 246. p. 1845,15.) *Ἄργος δὲ καὶ τὸ πεδίον λέγεται παρὰ τοῖς νεωτέροις, παρ' Ὁμήρῳ δ' οὐδ' ἅπαξ· μάλιστα δ' οἴονται Μακεδονικὸν καὶ Θετταλικὸν εἶναι,* tum testimonio eiusdem Strabonis eo, a quo exorsus sum, et Hesychii p. 516. *Ἄργος Ὑάντιον· Βοιωτίας.* Sic enim pro *Ἀργοβίαντον· Βοιωτίας* integrare malo, quam legere de sententia Pergeri *ἀργοὶ Βοιωτοί* aut secundum Vossium *Ἀργιλίαν· τόπον Βοιωτίας.* Ceterum nolo hic recordationem reconditioris cuiusdam memoriae repetere, de qua supra dictum est II. 2. p. 104., aut pluribus suadere, quam commode hinc factum esse existimes, ut Amphiaraum nonnulli in Argivis absorptum traderent vid. Corollar. XVI. Famam vero eius loci posteritatis eo facilius obscuravit oblivio, quod et fuisse videntur qui frequenti sermone Euboeam in Argis sitam usurparent (uti auctor Etym. M. p. 388, 55. *Εὐβοϊκὸν νόμισμα· ἐπειδὴ Φείδων ὁ Ἀργείων βασιλεὺς ἐν Εὐβοίᾳ χωρίῳ τοῦ Ἄργους πρῶτος ἔκοψε χρυσὸν νόμισμα. ὠνόμασται δὲ τὸ χωρίον ἀπὸ Εὐβοίας τροφοῦ τῆς Ἥρας* et Pausanias II. 17,1. p. 272. *τὸ ὄρος τοῦτο ὀνομάζουσιν Εὔβοιαν* ac Strabo IX. p. 449. T. IV. p. 42. *ἦν δὲ καὶ — ἐν τῇ Ἀργείᾳ λόφος τις (Εὔβοια)* et Stephanus Byz. p. 185,27. *Εὔβοια — ἔστι καὶ τόπος ἐν Ἄργει*) et vero qui nullum Euboeae atque Boeotiae nominum delectum haberent. Cui dicto quo fides fiat, afferam de multis, quae alio loco non percurram, sed pertractabo, exemplum Ammiani Marcellini XXX. 4, 5. p. 545. „nobilem illam super Oropo caussam, qui locus in Euboea est", Lactantii ad Stat. Theb. IX. 291. „Anthedon civitas est Euboeae" et 745. „Tanagra est civitas Euboeae", quod transcripsit Alexander ab Alex. Gen. Dier.

libr. VI. 2. T. II. p. 405., Philargyrii in Virg. Georg. IV. 63. p. 341. „Cerintho urbe Boeotiae (Prob. p. 369. „in Euboea")", Vibii Seq. p. 21. „Gargaphia Euboeae", Hesychii *Χαλκὶς — πόλις τῆς Βοιωτίας*, Scholiastae Il. V. 392. p. 160, 24. et Eudociae p. 162. et 305. *Οἰχαλίας τῆς ἐν Βοιωτίᾳ*, Eustathii ap. Tzschuck. in Strab. T. IV. p. 22. *Ἐρέτρια πόλις μεγίστη τῆς Βοιωτίας*, Scholiastae Apoll. Rhod. ap. eund. p. 24. *Κάνηθος τῆς Βοιωτίας*, Stephani et Photii ap. Blomfield. gloss. ad Aesch. Agam. 284. p. 209. *Μεσσάπιον ὄρος Εὐβοίας*, Stephani p. 185, 15. *Ἐτεωνὸς πόλις Εὐβοίας*. Conf. Eurip. Iphig. Aul. 120. *πτέρυγ' Εὐβοίας Αὐλιν*. Sed tempus est, ut ab optando rebusque in opinione positis, quas animi aut ostentationis caussa posuisse nonnullis videbimur, me referam ad fidem veritatemque.

CAPUT IV.

DE NEISTIS PORTIS.

De Neitis portis Pausaniae locus est hic IX. 8, 3. p. 31. *τὰς δὲ Νηΐτας ὀνομασθῆναί φασιν ἐπὶ τῷδε· ἐν ταῖς χορδαῖς νήτην καλοῦσιν ἐξ αὐτῶν· ταύτην οὖν τὴν χορδὴν Ἀμφίονα ἐπὶ ταῖς πύλαις ταύταις ἀνευρεῖν λέγουσιν.* Quam scripturam convellendam esse de pristino statu quum Valckenarius et Clavierius sibi persuasissent, hic, quam Kuhnius praeiverat, tenuit rationem emendandi *νήτην καλοῦσι τὴν ὀξυτάτην* (commendabilem Nicephori verbis in Synes. de Insomn. p. 364. B. *τῶν γοῦν τοιούτων χορδῶν— βαρεῖαι μέν εἰσιν αἱ ὕπαται, ὀξεῖαι δὲ αἱ νῆται, μέσαι δὲ αἱ μεταξύ*), ille in Schol. Eurip. Phoen. 1111. p. 730. grammaticorum potius auctoritate fretus, quam litterarum vestigia, quibus Kuhnius quidem institerat, persequutus hoc reperit commentusque est: *νήτην καλοῦσι τὴν ἐσχάτην*, ac fidem haud difficulter fecit Car. Gottl. Kuhnio in Ind. Graecit. in Aelian. Var. Histt. p. 424., non item, ut videtur, Sturzio in Pherecyd. p. 130. Adiiciam omissam

vocem ἔσχατον esse in aliquot libris Strab. I. p. 9. τὰ δὲ Ὑπέρατα. Iam quid de Siebelisio dicam, qui in medium hoc protulerit: „Melius esse, inquit p. 30., τὴν ἐσχάτην, quam τὴν ὀξυτάτην docent Photius, Hesychius, Phavorinus, Thomas M. νήτην interpretantes τὴν ἐσχάτην, τὴν τελευταίαν. Qui Vulgatae tenax est, ei animo addendum erit τινά, quod pronomen saepe omittitur. Sensus esset: in chordis aliquam ex iis νήτην appellant"? Namque hic subest, ut Wyttenbachii verbis utar (ad Plat. Phaed. p. 107. C. p. 285. et Plutarch. Praec. Coni. p. 145. D. p. 901.) „graecae latinaeque proprietatis constructio, cuius et usus late patet et observatio multis impeditis veterum locis lucem affert". Quam exemplis aliquot demonstratam ab Schaefero in Ind. Graecit. ad Gregor. Corinth. p. 986. et Plutarch. Vit. T. V. p. 74. et Dissenio comm. in Pindar. Nem. IX. 41. p. 493. et maxime a Wyttenbachio in Phaed. l. d. res ipsa monet ut edisseramus subtilius copiosiusque atque electe describamus. Ac primum ea species incidit in cognitionem nostram, quae usitata est et pervulgata ab Homero inde Iliad. XI. 757. ὀφρ' ἐπὶ Βουπρασίου πολυπύρου βήσαμεν ἵππους Πέτρης τ' Ὠλενίης καὶ Ἀλεισίου ἔνθα κολώνη Κέκληται, quae verba ad sententiam commodissime hoc invertas modo: ἔνθα ἡ καλουμένη Ἀλεισίου κολώνη ἐστί. Quam similitudinem vides in Pindar. Nem. l. d. ἀμφ' ἀκταῖς Ἑλώρου, Ἔνθ' Ἀρέας πόρον ἄνθρωποι καλέοισι. Sophocl. Trachin. 639. ἀκτὰν κόρας, Ἔνθ' Ἑλλάνων ἀγοραὶ Πυλάτιδες καλέονται et Oed. Reg. 1451. ἀλλ' ἔα με ναίειν ὄρεσιν, ἔνθα κλῄζεται Οὖμὸς Κιθαιρών. Xenoph. Hist. Gr. V. 1,10. ἀνέβαινον τοῦ Ἡρακλείου ἐπέκεινα ὡς ἑκκαίδεκα σταδίους, ἔνθα ἡ Τριπυργία καλεῖται (Procop. ap. Wyttenb. l. d. οὗ δὴ Τριπυργίαν καλοῦσι τὸν χῶρον) et Oecon. IV. 6. πλὴν τοὺς ἐν ταῖς ἀκροπόλεσιν, ἔνθα δὴ ὁ σύλλογος καλεῖται. Plat. Phaed. l. d. οὐχ ὑπὲρ τοῦ χρόνου τούτου μόνον, ἐν ᾧ καλοῦμεν τὸ ζῆν. Haec quidem tralaticia sunt et multifariam, ut assolet, proposita. Quibus succurrit haec subiungere: Cratin. fragm. Archiloch. III. p. 6. Ἔνθα Διὸς μεγάλου θᾶκοι πέσσοι τε καλοῦνται. Aelian. Hist. Anim. XIII. 19. p. 301,23. τὴν πρὸς τῷ Ἀκτίῳ θάλατταν, ἔνθα τοι καὶ τὸν χῶρον καλοῦσιν

ἐκ et ἐκ (Wyttenbach. in Plutarch. de S. N. V. p. 7. sq. Iacobs. Addit. Animadvv. in Athen. p. 201.), ἐξ ἧς et ἐξῆς (Iacobs. in Philostr. Iun. X. p. 642. Aristid. ἱερῶν λογ. I. p. 283,17. T. I. Schol. Hermog. VII. Vol. p. 846, 9. et Gregor. Corinth. in Hermog. p. 1293,1. Schol. Hermog. Vol. VII. p. 132,23. τὰ δὲ ἐξ αὐτοῦ. lib. Par. τὰ δ' ἐξῆς. Schol. Clem. Alex. p. 105. Ἀμυμώνη Δαναοῦ θυγατὴρ, ἐξ ἧς (scrib. ἐξ ἧς) ἔσχε τὸν Ναύπλιον. Appian. de Bell. Illyr. XXX. p. 869. ἔνθα εἰσὶν Ἑλληνίδες ἐξ πόλεις Μυσοῖς πάροικοι Ἴστρος τε καὶ Διονυσόπολις καὶ Ὀδησσὸς καὶ Μεσημβρία, ἐξῆς δὲ Καλάτιδος Ἀπολλωνία, ἐξ ἧς ἐν Ῥώμῃ Καλάμιδος μετήνεγκε τὸν μέγαν Ἀπόλλωνα, sic enim haud absurde refingi illa Μεσημβρία, ἐξ ἧς ἐν Ῥώμῃ ἐκ Καλάτιδος μετήνεγκε τὸν μ. Ἀ. alias disputabimus. Namque ut explicandae rei initium ab iis ducam, quae commentatus est Olearius in Philostrat. Imagg. I. 11. p. 779. not. 24. „sunt ex veteribus, qui Amphionem tres chordas de novo invenisse dicant, quibus lyram sive Mercurii sive Apollinis, quattuor chordarum quae esset antea, auxit, cuius rei auctor allegari solet Aristocles in libro I. de Musica". Quod idem compertum est Pausaniae testimonio IX. 5,4. p. 19. δόξαν δὲ ἔσχεν Ἀμφίων ἐπὶ μουσικῇ τήν τε ἁρμονίαν τὴν Λυδῶν κατὰ κῆδος τὸ Ταντάλου παρ' αὐτῶν μαθὼν καὶ χορδὰς ἐπὶ τέσσαρσι ταῖς πρότερον τρεῖς ἀνευρών. Atque huic famae Thebani sive suffragantes rem diligentius exsequendo sive paullum discrepantes in eum fere modum, in quem Suidas III. p. 474. Timotheum duarum chordarum, non quattuor, ut plerique auctores sunt (Cuper. Apotheos. Hom. p. 33.), inventorem fuisse perhibet, videntur affirmasse, quum sex numero chordae essent, eam, cui nomen Nete est, ab Amphione tum additam esse, quum Neitas portas aedificaret. Neque indigna ea chorda fuit, cuius mentione musicae laus Amphionis circumscriberetur, propterea quod non solum coniunctis Netes et Hypates vocabulis artem fidibus canendi definierunt complexique sunt uti Arrhianus Diss. Epict. II. 13. p. 234. ἀλλὰ τὴν νήτην μὲν τύπτειν ἔμαθε καὶ τὴν ὑπάτην et I. 29. p. 161. μουσικὸς μὲν οὐκ ἐπιστρέφεται αὐτῷ ἀποφαινομένου περὶ τῆς Νήτης

εἶναι Ὑπάτην, verum etiam Neten ad omnium chordarum significationem traduxerunt uti Theodorus Hyrtac. Epist. 73. T. VI. Notit. et Electt. Mss. Reg. p. 34. χρῶ δὲ νήταις καὶ φορμίζων καλὸν ἀείδοις κἄν τινά που κατὰ γῆν αἰνήτην συμβαίη (praeclare Boissonad. Anecd. I. p. 264. κἄν τινά που καταγῆναι νήτην συμβαίη), ἀναπληρώσει τὸ τοῦ μέλους ἀνάκλημα et 56. p. 21. δέκα μουσικαῖς νήταις ἀναλογοῦσα et in Anecd. Boiss. I. p. 263. ἐπειδὴ δ' ᾤχετο μὲν Ὀρφεὺς, τὸ τῶν νητῶν δὲ πλῆκτρον ἠρέμησεν et p. 264. Ἡρόδοτος ταῖς Μούσαις λύραν ὠργάνωσεν ἐννεάχορδον, ἐφ' ᾗπερ ἑκάστη — τὴν ἑαυτῆς ἀναβαλλομένη νήτην μέλος ἀπηχεῖν ἐναρμόνιον. Ab ea igitur chorda Neitas nomen habuisse consentit Hesychius p. 675. Νήΐσι· ταῖς πύλαις ταῖς πρώταις καὶ τελευταίαις. Quae tam confuse tamque absurde dicta videbantur Abreschio in Aeschyl. Vol. I. p. 106., ut postrema verba καὶ τελευταίαις silentio transmitteret censeretque, ut ego arbitror, oblivione obruenda. At vero satis plana de his coniectatio est: Hesychium ea ita posuisse, ut ad citharae chordas cogitationem referret, quarum prout ordinem ducis ex dextra parte aut sinistra, Neten aut primam habes aut infimam. Quo factum est, ut alii Νήτην ultimam dicerent (Schol. in Plat. Remp. IV. p. 403. νεάτη ἤγουν νήτη — ἡ ἐσχάτη χορδὴ τοῦ δὶς διὰ πασῶν συστήματος, ὑπάτη δὲ ἡ — πρώτη χορδή. Schol. Soph. ap. Valck. Phoen. p. 730. Νήτη — ἡ τελευταία χορδή. Greg. Corinth. in Hermog. p. 1128,25. νήτη μὲν ἡ ἐσχάτη —, ὑπάτη δὲ ἡ πρώτη. Fest. p. 176. sive Paull. p. 106. Lindem. „chordarum ultima νήτη dicitur"), alii etiamsi rari primam, ut Nicephorus in Synes. de Insomn. p. 364. A. ἡ μέντοι πρώτη χορδὴ καλεῖται νήτη, ἡ δὲ δευτέρα παρανήτη, ἡ δὲ τρίτη παραμέση —, ἡ δὲ ἑβδόμη ὑπάτη, in qua mentione narrare libet, in Pausaniae loco, de quo agitur, olim hoc scribendi genus: τὴν ἑβδόμην me commentum esse, quod septenarii numeri notam ζ (Stephan. Byz. p. 467,24. Στράβων ἐν ἑβδόμῃ. Rehd. ἐν τῷ ζ. Tzetz. in Hesiod. Opp. 763,25. p. 416. πέντε ἓξ ἑπτά al. πέμπτην, ἕκτην ἑβδόμην, al. ε̄, σ̄τ, ζ̄.) animadverteram saepius in illud ἓξ conversam esse, ut apud Eurip. Phoen. 159. ἑπτὰ παρ-

ϑένων. August. Havn. ἓξ παρϑένων et in Schol. ad h. l. p. 45. τῶν ἑπτὰ παρϑένων. August. τῶν ἕξ, ut ipse vidi, Diodor. XVI. p. 93,94. βίβλους εἴκοσι καὶ ἑπτά. marg. H. Steph. ἕξ et XIX. p. 349,96. ἑπτακόσιοι. Steph. Bas. ἑξακόσιοι. Ergo a Nete Neitae portae nomen traxerunt; penes Pausaniam et Hesychium fides est. Sed quaeret aliquis, qui potuerit vox νήτη, νεάτη diduci in hanc speciem, quam in veterum exemplaribus invenimus (Aeschyl. Sept. 456. πύλαισι Νηΐταισι προςβαλεῖν λόχον. Eurip. Phoen. 1104. καὶ πρῶτα μὲν προςῆγε Νηΐταις πύλαις), cuius qui sint moduli, doceamur versu Statii Theb. VIII. 354. „Eteoclea mittunt Neitae; celsas Homoloides occupat Haemon". Nec sane promptum videtur esse et in expedito positum, quod recta via respondeatur. Nam ut modo et ratione ei voci facta sit litterae vocalis ι accessio, tamen quid sit, cur ea producatur, magnopere labores. Quare circumeundum est per quasdam ambages, quas et Pausaniae liber Mosquensis, qui in cap. 25,4. p. 88. Νηϊστῶν et in cap. VIII. 3. p. 31. Νῆσας offert, et Statii libri duo aperiunt, in quibus Lindenbrogio teste p. 538. extat: Neïstae. Nehistae. Vix etiam me contineam, quin in eo, quod edi solet in Pausaniae cap. 25,1. p. 86. ἐγγύτατα τῶν Νηϊτέων et 4. p. 88. ἀπὸ τῶν πυλῶν τῶν Νηϊτέων, quod ad Iones ego contempto Siebelisio p. 80. adnott. Vol. IV. et Vol. V. p. 292. iubeo, latere credam sigma litteram. „Figuram enim litterae *E* in antiqua scriptura a littera Σ nonnisi exili calami ductu transversali differre notum est" Schweighaeuser. in Appian. Mithrid. Bell. c. LV. nott. p. 621. conf. Wyttenbach. in Plat. Phaed. p. 314. Iacobs. Addit. Animadvv. in Athen. p. 258. Sic quidem haec abhinc triennio proposui in Thebanarum rerum libri primi specimine p. 36., quae nunc licet novis documentis confirmare. Ac coniectura de illo Νηϊτέων me non aberrasse fidem fecit Schubartus iamiam librorum Pausaniae recognitione non vulgarem laudem famamque meritus. Qui a me rogatus ut indicio me impertire vellet, si quid haberet de locis Pausaniae iis, quibus Thebanarum portarum nomina complexus est, afferre aut e libris mss. enotatum aut suae eruditionis ope et commoditate inventum, litteris

et humanissime et doctissime scriptis cum alia tum haec docuit: „In cap. 8, 3. v. 6. νῆσας Mosq. Vindob. 1., νήσας Vindob. 2. Paris. 3. Angel.. Lugdun. uterque. v. 7. νίτην Vindob. 2.; quae sequuntur procul dubio sunt corrupta; fortasse lacuna latet. Cap. 25, 1. νηίτων Vindob. 1., νηιέτων Vindob. 2. Angel. Lugd. 2.; Mosq. et Paris. 3. cum lect. vulg. consentire videntur. §. 4. Paris. 3. (est codex Bekkeri) νηιτῶν habere videtur; νηιστῶν Vindob. uterque, Mosq. Angel. Lugd. 2. νηϊτῶν ed. Ald. De forma eius nominis nondum satis mihi constat; nec tamen illud dubium videtur, quin improbandum sit νηιτέων. Cuius formae tu auctor es, eam vides expresse conscriptam in cap. 25, 4. eandemque ostentant non solum illud νηιέτων (C = σ, Є = ε) verum etiam νῆσας". Accedit, quod in Statii libris Scheftlariensi et Monacensi altero: Neiste, in altero Monacensi: Neistae invenitur, quos libros, ut dixi, ipse usurpavi cum Monaci essem. Quid, quod in Euripidis Phoenissis idem olim positum fuisse non dubio argumento sunt Hesychii verba p. 675. Νηΐσι· ταῖς πύλαις ταῖς πρώταις καὶ τελευταίαις, quae inde mutuatus est Phavorinus p. 525.? Quae quum ad Euripidis versum 1104. προςῆγε Νηΐταις πύλαις pertineant, id quod dispexit Abreschius in Aeschyl. Vol. I. p. 106., sic reconcinnanda patet esse: Νηΐσταις πύλαις, ταῖς πρώταις καὶ τελευταίαις. Quid vero Albertius? is omnia longe secus fecit proposita hac forma Νηΐτισι, quippe quam memoria teneret quosdam in Aeschyl. Sept. l. d. secundo Scholiasta ad v. 442. 445. p. 189. et 471. p. 191. ταῖς Νηΐτισι amplexos esse. Transmitto illa Βοιβηΐτις, ἀλσηΐτιδες, alia ap. Lobock. Paralip. p. 51. sq., sunt enim abhorrentia et absurda. At sane erat ista forma perquam specie probabilis et ad fidem composita, quae vel manifestissima affecta corruptela falleret. Nisi forte hic quoque (conf. hui. libr. cap. III. p. 295.) defendet aliquis suos constare numeros eiusmodi versui πύλαισι Νηΐτισι προςβαλεῖν λόχον. Ut mihi permirum videatur, quum eodem sono litteras η et ι pronunciatas in vulgus notum sit (νίτην Vindob. 2. ap. Pausan. IX. 8. p. 31. pro νήτην habet), quod tam multos eadem pravitas de via deflexit eoque deduxit, ut et

Netides portas loquerentur ut Delrius in Senec. Oedip. 130. et Neitidem ut Natalis Comes Myth. VIII. 15. p. 891. Tiraquellus ad Alex. ab Alex. Gen. Dier. IV. 16. p. 1074. T. I. Dodwellus Itin. Vol. I. P. II. p. 54. sq. Hobhousius Vol. I. p. 280. et Neitides Dissenius Explicatt. Pindar. Isthm. V. p. 529. et cum Schneidero Nicandr. Theriac. p. XX. Schneidewinius ad Eustath. prooem. in Pindar. p. 21, not. 3. Quid ergo? illud *Νήϊσται*, quod ex librorum vetustate eruimus, quanti est? Cui quidem ego non tantum plurimum, verum omnia tribuenda assignandosque censeo, in quibus eius portae mentio facta est, locos omnes. Atque hoc adeo mihi concedendum est magis, quod *νήτην* et *νῆστην* forma paullum discrepantes significatu tamen concinere Hesychius optimus veterum formarum auctor et interpres docet his p. 675. *Νήϊστα· ἔσχατα, κατώτατα,* quae in suum librum inde transposuit Phavorinus p. 525. Hoc igitur nimirum est illud, cuius novitate in varias fraudes impulsi librarii sunt, qui etiam aliquanto usitatius vocabulum *νῆτης στρατός* deflexum et depravatum a recta ratione et consuetudine posuerint et apud Aelianum Hist. Anim. XV. 12. p. 343,6. *νῆτην στόλον* teste Iacobsio p. 518. *νήτην* et vero apud Hesychium p. 676. *νῆστης στρατός,* quemadmodum apud Orionem Thebanum positum est p. 617,46. *ἀΐστης· ὁ ἐράμενος* et Lycophr. 105. *λήϊστιν* Par. A. pro *λῆϊτιν* et Cornut. de N. D. XX. p. 186. *λῆϊστις* quod correxit Lobeck. Paralip. VI. 10. p. 443. conf. *ὀγκητής* et *ὀγκηστής, λιμνῆτις* et *λιμνῆστις* ibid. 13. p. 449. not. 74. Sed praeter errores, de quibus iam demonstratum est, vitium est admissum in Apollodori libro III. 6,9. p. 208. *Καπανεὺς δὲ παρὰ τὰς Ὠγυγίας (ἔστη)· Ἀμφιάραος δὲ παρὰ τὰς Προιτίδας· Ἱππομέδων δὲ παρὰ τὰς Ὀγκαΐδας.* Ab uno Apollodoro enim Oncaides et Ogygiae discretae nimirum sunt, quas portas nulla re differre nisi nomine nescivit Dodwellus Itin. Vol. I. P. II. p. 57, iudicavit omnium auctorum consensus. Inde erroris Apollodorum insimulavit Muellerus Orchom. p. 486. Sed quia ab eodem scriptore, quas ceteri omnes commemorant, Neistae portae omissae sunt, Porsonus in Eurip. Phoen. 1150. p. 83. sic existimavit, Apollodorum scripsisse primo *τὰς*

Ὠγυγίας ἢ Ὀγκαΐδας, deinde τὰς Νηΐτας suo loco, sed Ὀγκαΐδας omissum, postea in margine repositum sede sua alterum illud expulisse; idque ei cum Reisigio assensus est Schoenius l. d. p. 155. not. Quanto Valckenarius melius, qui in loco a multorum conspectu et cognitione longe abdito, proindo ignorato, dico autem Diatrib. de Aristob. Iud. XXXVIII. p. 120. not. 30., haec posuit: „Apud Apollodorum pro τὰς Ὀγκαΐδας codd. mss. Ὀχνηΐδας — testis est Heynius p. 618. (atque Galeus p. 69. „Ox. et Pal. Ὀχνηΐδας") — praebent; legerim Νηΐτας, nam habet et Ὠγυγίας: Aeschyli memor sciolus nomen vitiasse videtur". Quae quum per se plana sint et faciliora ad credendum, tum dilucidiora facit unius libri Pausaniae congruentia, in quem contagium eiusdem vitii vulgatum esse auctorem habeo Schubartum. Misit autem is mihi hoc: „Apud Pausan. IX. 25, 1. et 4. νηΐδων Lugd. 1." Postremo ne quid me praeterisse putes, quod huc attinere videatur, illud νήϊστος accepimus „pronunciatum ore Thebano νήϊττος· littera nempe σ, sequente τ, mutabatur in τ a Boeotis non tantum, sed et Spartanis horumque colonis Tarentinis. Laconica sunt vel Boeotica, quae prostant apud Hesychium velut ἐττία· ἑστία, Ἄφραττος". Sunt haec Valckenarii, qui rem breviter olim a se tactam in Diss. de Rit. Iurisiur. P. II. p. 59. Opusc. T. I. edisseruit ad Eurip. Phoen. 1671. p. 561. idque subtilius fecit atque enucleatius quam Boeckhius Corp. Inscr. Gr. Vol. I. P. V. c. 1, 12. p. 724. Quibus ex rebus tantum mihi assumo, ut in posterum praecipiam hoc teneatur, in voce Νήϊται aut litteram τ geminandam, si Boeotorum consuetudinem ab Atticis adscitam credere libet (conf. Hemsterhus. in Lucian. Iudic. Voc. 7. p. 309. 8. p. 312. Vol. I.), aut, id quod ego praeopto, inserendum σ esse. Haec de Nete dixisse hoc loco satis sit. Nunc tradam reliqua, quae de appellatione eius portae variant. Fuerunt enim, qui communi fama, qua Amphion eam portam exstruxisse fertur, non neglecta Neidi gloriam portae suo cognomine dictae assignarent. Schol. Aesch. Sept. 445. p. 189. Νηΐτισι· ταῖς ἀπὸ Νηΐδος. De quo vocabulo duplex memoria est; alii id filii Zethi et Aëdonis fuisse auctores sunt ut Pausanias p. 31. ἔτι δὲ (sic enim pro ἤδη

δὲ legendum esse Schubartus gravissime et verissime iudicavit) ἤκουσα καὶ ὡς Ζήθου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Ἀμφίονος τῷ παιδὶ ὄνομα Νῆϊς (νηΐς Vindob. uterq., Lugd. 1. νήις Angel.) γένοιτο· ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ (τοῦδε τοῦ Lugd. 1.) Νήϊδος τὰς πύλας κληθῆναι ταύτας et Scholiasta Hom. Odyss. XIX. 523. γαμεῖ δὲ Ζῆθος μὲν Ἀηδόνα τὴν τοῦ Πανδαρέου (de qua Aëdone vid. Nic. Heins. in Ovid. Met. VI. 658. Eudoc. Viol. p. 322. sive Eustath. in Odyss. l. d. p. 1875,15.)· τῶν δὲ γίνεται Ἴτυλος καὶ Νῆϊς, cum quibus hoc discrepat Pherecydes (ap. Schol. Eurip. Phoen. 1104. p. 232. fr. XXIX. p. 130. Νηΐταις πύλαις· — ὁ δὲ Φερεκύδης ἀπὸ Νηΐδος τῆς Ζήθου θυγατρός), quod filiam Zethi eo nomine appellatam ait. Quem quoniam etiam Scholiasta Homeri auctorem profitetur, Sturzius p. 131. hoc iudicium fecit, temporis longinquitate filiam in filium mutatam fuisse. Quo iudicio quo minus qui volet fruatur, ego nihil repugno, etsi id ipsum mihi videatur secus; verum occurro atque obsisto Valckenarii opinioni ad Schol. Phoen. p. 730. proditae „quae hoc in scholio Νῆϊς Zethi filia, apud Pausaniam nostris in exemplaribus in marem fuit transformata; sed in isto Pausaniae loco plura sunt depravata vel mutila". Quippe is non redierat in memoriam Scholiastae Homeri. Alii a filia Amphionis et Niobae portas dictas affirmant uti Scholiasta Eurip. l. d. ἢ ἀπὸ Νηΐδος τῆς Ἀμφίονος καὶ Νιόβης. Nec definio, ea Neidis commemoratio quam apposita sit ad veram vocabuli originem illustrandam. Viderint isti. Denique Minervam Saiticam, quae Neith vocatur, Iablonskio Opp. T. I. p. 244. Wat., at Minervam Νήϊτιν nimirum virginem (νέαν) nuper placuit Schwenkio in Etymologicis Memoriis p. 231. eius nominis auctorem esse. Quae commenta cum confutari non ita necesse esset, Siebelisius adnott. ad Pausan. Vol. IV. p. 30. instituit argumentis et rationibus redarguere et convincere.

Quoniam de appellatione portae dixi, nunc de situ dicam. Quae ex Neistis erat, viam ingressis (κατὰ τὴν ὁδὸν ἀπὸ τῶν πυλῶν τῶν Νηϊστῶν Pausan. IX. 25,4. p. 88.) spatio fere quinque et viginti stadiorum lucus Cabiriae Cereris et Proserpinae erat, hinc stadia circiter septem emen-

sis (ad dextram falso Muellerus attulit pro comperto Orchom. p. 482.) Cabirorum templum id. 5. p. 88. *σταδίους δὲ αὐτόθεν πέντε προελθόντι καὶ εἴκοσι Δήμητρος Καβειρίας καὶ Κόρης ἐστὶν ἄλσος· — τούτου δὲ τοῦ ἄλσους ἑπτά που σταδίους τῶν Καβείρων τὸ ἱερὸν ἀφέστηκεν.* Ab hoc inde templo qui recta pergunt, deveniunt ad Sphingium montem, a quo quindecim stadia urbs Onchestus abest (c. 26,2. 3. p. 91. 92. *προελθόντων δὲ τὸ ὄρος ἐστὶν, ὅθεν τὴν Σφίγγα λέγουσιν ὁρμᾶσθαι· — ἀπὸ δὲ τοῦ ὄρους τούτου πέντε ἀπέχει καὶ δέκα σταδίους πόλεως ἐρείπια Ὀγχηστοῦ*), sed qui in sinistram partem se convertunt, postquam Ocaleae, si quis Stephano fidem non deroget, regionem superarunt, stadiis circiter quinquaginta confectis Thespias attingunt (id. 26,4. p. 92. sq. *τραπομένῳ δὲ ἀπὸ τοῦ Καβειρίου τὴν ἐν ἀριστερᾷ καὶ προελθόντι ὡς πεντήκοντα σταδίους, Θέσπια ὑπὸ τὸ ὄρος τὸν Ἑλικῶνα ᾤκισται.* Stephan. Byz. p. 473,22. *ἐκαλεῖτο δὲ Ὠκάλεια — τὸ ἐθνικὸν Ὠκαλεὺς ὡς μέν τινες* (Rehd. *ὡς με τινει*)· *ἐκλήθη δὲ οὕτω διὰ τὸ συντόμως πορεύεσθαι ἐκ Θεσπιῶν εἰς Θήβας· αἱ δὲ Θεσπειαὶ γειτονοῦσι καὶ ὁμοροῦσιν αὐτῇ.* Eustath. in Hom. Il. II. 501. p. 267,25. sive Philem. 311. p. 215. *καλεῖται δὲ οὕτω διὰ τὸ ὦκα καὶ συντόμως ἐκεῖθεν εἰς Θήβας πορεύεσθαι.* Stephani locum, ut hoc praeteriens addam, in pristinum statum Holstenius p. 361. b. restituit scribendo *Μαντινεύς*, quod nomen comparatum est cum Ocalea etiam ab Theognosto Canon. p. 103,20. ac similiter depravatum in libello *περὶ ποσοτ.* ap. Cramer. II. p. 306,28. *Νεμέα· μαντιέα.* Et Pausanias quidem devertit Thespias, unde per pagum Eutresin iter ad Plataeas pertinebat. Herodot. VIII. 50. *ὁ γὰρ διὰ Βοιωτῶν τραπόμενος στρατὸς ἅμα Ξέρξῃ ἐμπρήσας Θεσπιέων τὴν πόλιν — καὶ τὴν Πλαταιέων ὡσαύτως ἧκε ἐς τὰς Ἀθήνας.* Plutarch. vit. Lysandr. XXIX. p. 171. Vol. III. *τῷ δὲ Παυσανίᾳ τὸ πάθος ἀγγέλλεται καθ' ὁδὸν ἐκ Πλαταιῶν εἰς Θεσπιὰς πορευομένῳ καὶ συνταξάμενος ἧκε πρὸς τὸν Ἁλίαρτον.* Stephan. Byz. p. 188,24. sive Eustath. in Iliad. II. 502. p. 268,5. *Εὔτρησις — κεῖται παρὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐκ Θεσπιῶν εἰς Πλαταιὰς ἀπάγουσαν*, quam viam dicit Polyaenus II. 1,25. p. 134. *τὴν πρὸς Θεσπιὰς*

εἰςβολὴν et 11. p. 124. *τὴν κατὰ Θεσπιὰς πάροδον, τὴν ἐς Θεσπιάς* idem II. 5,2. p. 169. et Xenophon Hist. Gr. V. 4,48. *τὴν ἐπὶ Θεσπιάς*. ibid. 54. conf. Diodor. XV. p. 26, 21. A qua parte reversus deinceps Pausanias visit Haliartum (c. 32,4. p. 117. *ἀπὸ δὲ Θεσπίας ἰόντι ἄνω — ἔστιν Ἁλίαρτος*. Plutarch. l. d.), Ocaleam (id quod Straboni credi par est IX. p. 410. T. III. p. 451. *ἡ δ' Ὠκαλέη μέση Ἁλιάρτου καὶ Ἀλαλκομενίου ἑκατέρου τριάκοντα σταδίους ἀπέχουσα*), Alalcomenas, Coroneam (Pausan. c. 33,4. p. 122. c. 34,1. p. 124. *πρὶν δὲ ἐς Κορώνειαν ἐξ Ἀλαλκομενῶν ἀφικέσθαι τῆς Ἰωνίας Ἀθηνᾶς ἐστι τὸ ἱερόν*), ut non obscurum sit, ex qua porta malo omine egressus recta Coroneam contenderit Epaminondas cum rege Cleombroto proelio congressurus. Diodor. XV. p. 44. 31. *οὗτοι μὲν ἧκον εἰς Κορώνειαν· — ὁ δ' Ἐπαμεινώνδας προῆγε τὴν δύναμιν ἐκ τῶν Θηβῶν. κατὰ δὲ τὴν τῆς πόλεως ἔξοδον τῶν στρατιωτῶν πολλοῖς ἔδοξε δυσχερῆ σημεῖα φανῆναι τῷ στρατοπέδῳ. Περὶ γὰρ τὰς πύλας ἀπήντησε τοῖς περὶ τὸν Ἐπαμεινώνδαν κῆρυξ τυφλὸν ἄνδρα ἀποδεδρακότα κομίζων· — (64.) εὐθὺς — προαγαγὼν τὴν δύναμιν καὶ προκαταλαβόμενος τὰ περὶ τὴν Κορώνειαν στενὰ κατεστρατοπέδευσεν*. A Coronea inde adibatur Lebadea, hinc Chaeronea, inde Panopeus sive Phanotea, quo Pythicos Atheniensium legatos iter habuisse supra diximus cap. II. p. 280. Conf. Inscript. Gr. nr. 1569. C. vers. 5. 18. p. 746. *ὁδὸν τὰν ἐπὶ Λεβάδειαν*. Georg. Acropol. Annal. 82. p. 183,18. *Ἰωάννης — τὴν Λεβαδίαν παραμείψας τὰς Θήβας ἐσκύλευε*. Dodwell. Class. Tour. I. p. 235. Sed erat, ubi in has regiones proficiscentem itinera difficilia atque angusta exciperent, de quibus testis Livius est XXXIII. 1. „Quinctius Attalo Elatiam excito — profectus per Phocidem quinque millia ab Thebis posuit castra. Inde postero die — pergit ire ad urbem —. Ad medium ferme viae Boeotorum praetor Antiphilus obvius fuit: cetera multitudo e muris adventum imperatoris Romani regisque prospeculabantur. Rara arma paucique milites circa eos apparebant; hastatos sequentes procul anfractus viarum vallesque interiectae occulebant". conf. Xenoph. Hist. Gr. III,5,20. Polyaen. II. 1,24. p. 133. sq. et Fron-

tin. I. 4, 3. id. Polyaen. V. 16, 1. p. 495. Atque haec est via in Phocidem (*τῆς ἐμβολῆς τῆς Βοιωτίας εἰς Φωκέας* Theopomp. ap. Strab. IX. p. 349. fr. 264. p. 116. *τὴν εὐθὺ Φωκέων τε καὶ Δελφῶν ὁδόν* Philostrat. Imagg. II. 19. p. 842. (p. 85, 25.), de quo dicendi genere exposuit Boissonadius in eiusd. Heroic. p. 400. conf. Hemsterh. in Lucian. Dial. Mort. 27, 1. p. 533. Vol. II. Valcken. in Ammon. II. 2. p. 91. Meinek. Quaestt. Scen. II. p. 33.). De qua via Valckenarius in Schol. Phoen. p. 679. haec protulit „Pausan. IX. (12, 1. p. 42.) *ἀπιόντι ἐκ Δελφῶν Κάδμῳ τὴν ἐπὶ Φωκέων βοῦς γένοιτο ἡγεμὼν τῆς πορείας.* Ex oraculo „*τὴν διά τε Φλεγύων καὶ Φωκίδος*" corrigendum puto *τὴν διὰ Φωκέων.* Apollod. III. p. 136. et ex Apollod. Schol. Hom. ad init. Boeotiae de Cadmo *διὰ Φωκέων ἐπορεύετο*". Quo consideratius existimavit Siebelisius ad Pausan. 12, 1. p. 39. „*ἡ ἐπὶ Φωκέων* sane est via in Phocidem ut c. 2, 3. *τὴν σχιστὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Φωκέων* —. Nihilominus vulgata nobis est tuenda: Thebani enim sunt, quorum ex ore hoc Pausanias refert hoc ipsum praemittens *λέγεται δὲ καὶ ὅδε ὑπ' αὐτῶν λόγος,* atque hi istam viam haud dubie vulgo *τὴν ἐπὶ Φωκέων* (v. cap. 2, 3.) ut Delphi eandem *τὴν ἐπὶ Θηβαίων* vocabant". Idem censuit Muellerus Orchom. p. 36. not. 3. Quod quum multorum exemplorum similitudine firmare possem, ad propositam rem convenientius arbitror huc transponi locum Plutarchi vit. Lysandr. XVII. p. 97. Vol. IV. *ὁ δ' Ἀγησίλαος εἴσω Πυλῶν παρελθὼν καὶ διοδεύσας τὴν Φωκίδα φίλην οὖσαν ἐπεὶ τῆς Βοιωτίας πρῶτον ἐπέβη καὶ περὶ τὴν Χαιρώνειαν κατεστρατοπέδευσεν* et Herodoti VIII. 34. *τὸ μὲν πλεῖστον τοῦ στρατοῦ ἅμα αὐτῷ Ξέρξῃ πορευόμενον ἐπ' Ἀθήνας ἐξέβαλε ἐς Βοιωτοὺς ἐς γῆν* (*τὴν* Elmsl. in Eurip. Heracl. 141. Add. p. 65.) *τῶν Ὀρχομενίων· — ἄλλοι δὲ αὐτέων — ὁρμέατο ἐπὶ τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι* et Polyaen. V. 16, 1. p. 495.

---

ferri libuerit, ea iubeant inter nomina Crenaeas et Hypsistas interiici in hunc fere modum: *τὰς μὲν Κρηναίας ἀπὸ τῆς Δίρκης κρήνης, τὰς δὲ Ὑψίστας ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε ὀνομάζουσι.* Voculam *τὰς* autem, prout inclinaverit, magnum momentum sociam utriusque nominis (*τὰς Κρηναίας — τὰς Ὑψίστας*) aut adiunctam Hypsistis, aversam a Crenaeis, quis est tam negligens, qui non habeat animo notatam planeque cognitam? Haec tamen prae iis, quae restant, argumentis paene levia videntur. Quid enim hoc? quod quam portam Dirces cognomento appellandam fuisse sumis, eam non Dircaeam appellatam vides, sed Crenaeam, dasne id sic ratum atque firmum esse, si fontis vocabulum Dircae fuit proprium et peculiare? At liquido intellectum supra est, non sane Dircen, sed Aretiadem cum potuisse tum vero meruisse praeter ceteros fontem dici? Quid, quod ne licuit quidem in hoc loco *κρήνην* Dircen appellari, quippe quae esset *πηγή*? Quid, quod Pausanias fontem Dircaeum apud Thebas manantem nullo uno loco scripsit, scripsit vero fluvium Dircen? Quid, quod fons Dircaeus tantum aberat, ut proximus Thebas urbem esset, ut fluceret in monte Cithaerone? Itaque hi, quod tota in hac caussa difficillimum est, suscipiunt: Crenaeas easdem atque Dircaeas esse; illud autem, quod facile ad credendum est, id certe non dant, Crenaeas fontinales portas fuisse. Fontinalem portam enim apud Romanos Capenam a fontibus vocatam fuisse docent Schneiderus in Vitruv. VIII. 3, 1. p. 107. et Scaliger in Varr. de Ling. Lat. V. p. 129. Atque ad hanc fere partem sententia inclinat Gellii Itin. of Gr. p. 141. et nisi me forte fallit, Scholiastae Taur. Eurip. Phoen. p. 239. *πύλαι καὶ αὗται Θηβῶν, ἴσως δὲ τῇ Δίρκῃ παρέκειντο καὶ ἀπὸ ταύτης ὠνομάσθησαν.* Quod quum per se apertum et manifestum esset Crenaeas ex fontibus nomen reperisse, pluribus indicare et denunciare, quod unumquemque deceret vel sponte intelligere, Pausanias supersedit omisitque ex cura sua fontes aliquot ignobiles, qui ante Crenaeas portas viscebantur. Ut fallatur, quisquis Crenaearum appellationem eodem studio explanatam fuisse a Pausania existimet, quo de ceteris nominibus explicaverat. Ut Cre-

naeas quam brevissime perstrinxit atque attigit, item fecit de Ogygiis, de quibus his absolvit p. 31. *τὰς δὲ ἐπὶ ταύταις πύλας ὀνομάζουσιν Ὠγυγίας.* Quae portae quum Ogygis regis nomen faterentur ac prae se ferrent, ausus tamen est Clavierius locum hoc supplemento corrumpere: *πύλας ὀνομάζουσιν Ὠγυγίας ἀπὸ Ὠγύγου.* Ergo de Crenaeis a Pausania nihil litteris mandatum fuisse videtur praeter hoc quantulumcunque indicium: *τὰς δὲ Νηΐστας ὀνομασθῆναί φασιν ἐπὶ τῷδε· ἐν ταῖς χορδαῖς νήτην καλοῦσιν —· πύλας δὲ Κρηναίας, τὰς δὲ Ὑψίστας ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε ὀνομάζουσι· πρὸς ταῖς Ὑψίσταις* (inducenda enim vox *δέ* fuit ab iis adscripta, qui Hypsistas cernere sibi viderentur oppositas Crenaeis) *Διὸς ἱερὸν ἐπίκλησίν ἐστιν Ὑψίστου· τὰς δὲ ἐπὶ ταύταις πύλας ὀνομάζουσιν Ὠγυγίας,* quae latine exprimere atque interpretari hoc modo licet: Sunt dein portae, quas Crenaeas vocant, Altissimae autem apud eos de hac caussa appellantur: ad Altissimas est Iovis templum cognomine Altissimi". Nam cernitur in hoc loco id loquendi genus, de quo supra plura persequuti sumus cap. IV. p. 305., suntque illa *πύλας δὲ Κρηναίας — ὀνομάζουσι* fere similiter dicta, ut si quae ponuntur hoc modo: *Ἀφροδίτης δὲ Θηβαίοις ξόανά ἐστιν· — καλοῦσι δὲ Οὐρανίαν, τὴν δὲ αὐτῶν Πάνδημον καὶ Ἀποστροφίαν τὴν τρίτην* Paus. IX. 16, 2. p. 58. *ἐν Τανάγρᾳ δὲ παρὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Διονύσου Θέμιδός ἐστιν, ὁ δὲ Ἀφροδίτης καὶ ὁ τρίτος τῶν ναῶν Ἀπόλλωνος* c. 22, 1. p. 76. conf. Siebelis. p. 69. Consentaneum est etiam hoc loco strictim illa percurri, quae etiam ipsa depravata vel mutila habuisse videtur Valckenarius ad Schol. Phoen. p. 730. *Θηβαίοις δὲ ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ ἀρχαίου τείχους ἑπτὰ ἀριθμὸν ἦσαν πύλαι, μένουσι δὲ καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι· τεθῆναι δὲ τὰ ὀνόματα ἐπυνθανόμην σφίσιν ἀπό τε Ἠλέκτρας ἀδελφῆς Κάδμου καὶ Προιτίσιν ἀπὸ ἀνδρὸς τῶν ἐπιχωρίων.* In quo loco Electras nomen praeteritum a librariis esse censuit Kuhnius et, qui Pausaniam „nomina portarum pluribus quam pro hoc loco enarrasse" dixerat ad Stat. Theb. III. 39. T. II. p. 68., Barthius ad Theb. VIII. 350. „Pausaniae verbis, inquit, duarum portarum nomina excidisse arbitror". A quo ne mirere non Dircaeas dumtaxat,

sed duo vocabula requiri, iste quidem Pausaniae verba πύλας δὲ Κρηναίας τὰς δὲ Ὑψίστας — ὀνομάζουσιν in eam sententiam deflexerat, in quam ea interpretatum video Tiraquellum (ad Alex. ab Alex. Gen. Dier. IV. 16. T. I. p. 1074. „Iam Craneam portam Altissimam vocant, quod est ad eam portam Iovis altissimi cognomine sacellum") et Krusium Hellad. p. 558. not. 884. hominem graecis litteris leviter imbutum, cuius commentum silentio transmittam. Sunt igitur, qui Electras quaerant. Quod quidem nomen, si tanta eius erat desideratio, isti perfacile poterant efficere cum σφισιν conflando partem ex vocabulo ἐπινθανόμην decerptam (ΗΝ ϹΦΙϹΙΝ, ΗΛΕΙϹΤΡΙϹΙΝ). Sed commemoro hoc non quo probabile et prope verum videatur, sed forte fortuna mihi in cogitationem incidit. Namque ego non mediocriter ferendum illud arbitror, quod Sylburgii sequutus auctoritatem censuit Siebelisius p. 30. „Ad ἀπό τε Ἠλέκτρας intelligitur Ἠλέκτραις, sed non excidit, quod Kuhnius putabat. Sylburgius recte monuerat concisam esse hanc orationem et ex Electrae nomine intelligendas Ἠλέκτρας πύλας". In quam rem subiicere licet eiusdem scriptoris locum c. 10, 3. p. 36. ἐν δεξιᾷ δὲ τοῦ ναοῦ λίθου πεποιημένας εἰκόνας Ἡνιόχης εἶναι, τὴν δὲ Πύῤῥας λέγουσι, θυγατέρας δὲ αὐτὰς εἶναι Κρέοντος. Neque inepte fortasse illud adiicitur, videri Electras vocabulum promptum expositumque et quasi obvium haec legenti eo praeberi, quod per Electras Thebas introiri notum in vulgus sit. Sed ad propositum revertamur. Quid ergo? quoniam ex multis rebus verissime effectum est Crenaearum nomen nihil ad Dircen pertinere, a qua aut Dircaeae portae appellandae fuerint aut Fluviatiles, quo pronunciandum est iudicio de contrariae sententiae auctoribus Statio et Scholiasta Euripidis? Statius autem locuples auctor et satis fidus super his rebus est. Nemo dicet secus et experto mihi credi fas est. Quocirca ut non dissimulo, hoc loco ab eo perscriptam esse rem haud satis explorate perceptam et cognitam, ita certe nonnullam in eo testimonio auctoritatem esse sine ulla dubitatione obtineo defendoque. Ex eo enim, quod cum Pausania Statius, praeterquam quod Crenaearum loco Dircaeas

usurpavit, congruit mirifice, probabiliter conficitur proxime a Crenaeis portis abfuisse Dircen fluvium. Eam notitiam, ut ego arbitor, in portae cognomentum Statius contulit, neque, recte an perperam, interpretor. Tantopere igitur tribuendum censeo non Scholiastae Euripidis auctoritati, verum Statii fidei, ut dixi, expertae atque perspectae. — Add. Corollar. XXVII. — Quod superest, Hypsistas portas praeter Pausaniam memorarunt Apollodorus p. 208. *Πολυνείκης δὲ παρὰ τὰς Ὑψίστας (ἔστη)* et Statius VIII. 356. „quatit Hypsistas manus Eurymedontis". Quas portas non a celsitudine, ut rebatur Barthius in Stat. Theb. l. d., sed a situs altitudine atque vicinia delubri Iovis Altissimi nomen habuisse facile credimus Pausaniae. Atque idem, quod Pausanias declaravit, significare et annuere videtur Nonnus V. 83. p. 144, 15. *Ἕκτην Ζηνὸς ἄγαλμα φαεινοτέρῳ κάμε κόσμῳ Ὑψιφανῆ.* Hypsistis autem (quas ab Euripide dici v. 1154. *ταῖς δ' ἑβδόμαις πύλαις* infra comprobabimus) additum etiam Boeotiarum nomen fuisse auctor est eius Scholiasta cod. Aug. p. 242. *τινὲς δέ φασι τὰς ἑβδόμας πύλας Βοιωτίας καλεῖσθαι ἀπὸ Βοιωτοῦ τοῦ Ποσειδῶνος καὶ τῆς σοφῆς Μελανίππης, ἀφ' οὗ πᾶσα ἡ Βοιωτία ἐκλήθη*, idque haud difficulter persuadet propterea, quod Cadmeae portam exploratum est binis nominibus insignem fuisse.

Hypsistis Crenaeisque notiores et testatiores sunt Homoloides portae. De quibus commemorarunt, qui Thebarum portas percurrerunt, fere omnes, Aeschylus Sept. v. 567. *Ὁμολωΐσιν δὲ πρὸς πύλαις τεταγμένος (Ἀμφιάρεως)* Euripidesque Phoen. 1119. *Ὁμολωΐσιν δὲ τάξιν εἶχε πρὸς πύλαις Τυδεύς* et qui magnitudine eas nihil ceteris cessisse praedicavit, Statius Theb. VII. 252. „nam video — quam celsus aëna Sphinge per ingentes Homoloidas exeat Haemon" (homoloidas Monac. alter a manu sec.; hemoloidas alter, homeloides Dan. teste Lindenbrogio p. 708. B.) et VIII. 354. „Eteoclea mittunt Neistae, celsas Homoloidas occupat Haemon" (lib. Lindenbr. emoloidas). Et hos quidem deinceps produxi, quorum consensu et auctoritate locupletissima id obtinerem, quod alio argumento infra confirmabo et stabiliam, veram eius nominis scripturam esse *Ὁμο-*

λωΐδες. Sed enim in aliorum scriptorum exemplaribus vulgari librariorum temeritate et inconstantia evenit, id nomen fallaciter adulteratum ut his multifariam extet consignatum litteris: Ὁμολοΐδες. Veluti apud Pausaniam p. 31. τελευταῖαι δέ εἰσιν Ὁμολωΐδες „ὁμοποΐδες hoc loco et postea Mosq., Vind. uterque, Angel., Lugd. uterque" teste Schubarto, apud Apollodorum p. 208. Ἄδραστος μὲν παρὰ τὰς Ὁμολωΐδας πύλας ἔστη al. Ὁμολοΐδας, Stephanum Byz. p. 328, 9. Ὁμολοΐδες πύλαι et Suidam II. p. 692. et Phavorin. p. 54. b. Ὁμολοΐδες πύλαι ἐν Θήβαις, sed integrum castumque ab ea corruptela duravit hoc vocabulum apud Tzetz. in Lycophr. 520. Ὁμολωΐδες γὰρ πύλαι Θηβῶν et Lycophronem θεὰ Ὁμολωΐς. Qua freti discrepantia Ὁμολοΐδες in deteriore loco esse negarunt Berkelius in Steph. p. 614. B. et Heynius ad Apollod. p. 618., a quibus longe dissensit Siebelisius in Pausan. annott. p. 31. Quod si de appellationis ratione quaeris, narrant eam alii ab Homoloide Niobae et Amphionis filia ductam uti Scholiasta Aeschyli p. 199. Ὁμολωΐσι· ταῖς ἀπὸ Ὁμολωΐδος θυγατρὸς Νιόβης καλουμέναις, Scholiasta Eurip. Phoen. p. 237. ἄλλοι δὲ ἀπὸ μιᾶς τῶν Νιόβης θυγατέρων Ὁμολωΐδος καλουμένης, Tzetza in Lycophr. l. d. Ὁμολωΐδες — ἀπὸ Ὁμολωΐδος τῆς Νιόβης θυγατρός, alii ab eorundem filio Homoloeo Schol. Eurip. l. d. πύλαι Θηβῶν αὗται οὕτως ἐκλήθησαν ἀπὸ Ὁμολωέως τοῦ Ἀμφίονος· τοὺς γὰρ περὶ Ἀμφίονά φασι σὺν τοῖς παισὶ ἅμα Κάδμῳ τειχίσαι τὴν πόλιν. Ab his procul abhorrent, quae Pausanias et, qui in eius auctoritate est, Stephanus Byzantius memoriae prodiderunt: tum quum Thebani bello ad Glisantem ab Argivis devicti in Illyricum duce Laodamante, Eteoclis filio, profugerent, partem verso in Thessalos itinere montem Homolen occupasse et tenuisse, inde quum Thessalos graves paterentur, ab Thersandro, Polynicis filio, postliminio revocatos portae, per quam in patriam urbem introissent, Homoloidibus cognomentum fecisse, quo illorum temporum secessionisque maneret memoria: τὰς δὲ Ὁμολωΐδας κληθῆναί φασιν ἐπὶ τοιῷδε· ἡνίκα ὑπὸ Ἀργείων μάχῃ πρὸς Γλίσαντι ἐκρατήθησαν, τότε ὁμοῦ Λαοδάμαντι τῷ Ἐτεοκλέους ὑπεξίασιν οἱ πολλοί·

ούτων οὖν μοῖρα τὴν μὲν ἐς τοὺς Ἰλλυριοὺς πορείαν τώκνησε· τραπόμενοι δὲ ἐς Θεσσαλοὺς καταλομβάνουσιν μόλην, ὁρῶν τῶν Θεσσαλικῶν καὶ εὔγεων μάλιστα καὶ ασιν ἐπιῤῥεομένην· Θερσάνδρου δὲ τοῦ Πολυνείκους ακαλεσαμένου σφᾶς ἐπὶ τὰ οἰκεῖα τὰς πύλας, δι' ὧν τὴν ϑοδον ἐποιοῦντο, ἀπὸ τῆς Ὁμόλης ὀνομάζουσιν Ὁμοιδας Pausan. p. 31. sq. (conf. Schol. Dionys. Perieg. O. p. 360, 17. οὗτοι μὲν πρώην ᾤκησαν (Αἰολεῖς) τὴν ισσαλικὴν, ἐδέξαντο δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν Ἐπιγόνων ἐκηϑέντας Καδμείους, οἳ τῶν πλησιοχώρων Θετταλῶν χ ὑποφέροντες τὸν πόλεμον ἥκουσι πάλιν εἰς Θήβας et yn. ad Apollod. III. 7, 3. p. 644. sq.). Steph. Byz. p. 8, 8. Ὁμόλη ὄρος Θετταλίας. Παυσανίας ἐννάτῳ· λέται καὶ Ὅμολος· οἱ οἰκοῦντες Ὁμολοεῖς· καὶ Θηβῶν αἱ ὸς τῷ ὄρει Ὁμολοΐδες πύλαι. Verum tamen ea res, ut prodita a Pausania est, habet dubitationem neque a in promptu est, quo eius fides elevetur. Non dico id, quod in mentem Barthio occurrit ad Stat. Theb. II. 356. „In Homoloide vel Papinius vel Pausanias nivet. Hic enim tempore Thersandri Homoloidem hoc nen accepisse scribit, ille Polynicis tempore iam sic ellatam hanc portam agnoscit". Quis enim hoc tem-e affirmet veteres poetas eiusmodi adstrictos fuisse ne-sitate, iis ut usquequaque temporum ordo esset dili-ter conservandus nec liceret inferiorum aetatum insti-a ab ultima antiquitate repetere? Velut Sophocles, Pro-tius, alii scripserunt Amphiaraum quadrigis vectum, rum bellicum usum illo quidem tempore nondum inva-se plures auctores sunt. vid. Valckenar. in Phoen. 44. 19. Schol. Tzetz. Alleg. in Iliad. p. 382, 28. Welcker. Philostrat. Imagg. I. 27. p. 367. conf. Iacobs. p. 368. Boissonad. in Heroic. p. 425. sq. Quanto plus valent e Muellerus Orchom. p. 233. sq. non disseruit, sed icavit: Homoloia sacra, quae Iovi et aliis diis pera-entur, et vetustissimae memoriae fuisse et per totam otiam celeberrima; ex hoc ipso non obscurum esse, m ad montem Homolen, quem ad tempus a Thebanis itatum acceperimus, an vero ad illud festum pertineat moloidum appellatio; narrationique Pausaniae non con-

stare veritatem et rationem, sed falsam eam esse et in errore positam". Neque hoc loco ego in hanc sententiam pluribus disputo; tantum intelligo, vocabulum *Ὁμολωΐδες* recte ab *Ὁμολῷον* duci, non item ab *Ὁμόλη* vel *Ὅμολος* aut *Ὁμόλιον* (Gail. in Scylac. Peripl. p. 286. ed. Klaus. Tzchuck. in Strab. IX. p. 443. T. III. p. 667.). Quae res in apertum discrimen evadit testimonio Aristodemi ap. Schol. Phoen. l. d. *Ἀριστόδημος δ' αὐτάς φησιν οὕτω κληθῆναι διὰ τὸ πλησίον εἶναι τοῦ Ὁμολωοῦ* (*Ὁμολωΐου* D'Orvill. l. infra cit. et Mueller. Orchom. p. 234. not. 2.), iam olim a nonnullis sic comprobato, ut, qui aliter narrarent, mendacio veritatem contaminasse dicerentur *Ἀριστόδημός δέ φησι οὕτω κληθῆναι διὰ πλησίον εἶναι τοῦ Ὁμολῴου ἥρωος* (leg. *ἡρῴου*)· *οὕτω τὴν ἐπίκλησιν ἔχουσι· κατὰ δὲ τοὺς ψευδολογεῖν βουλομένους ἀπὸ μιᾶς τῆς Νιόβης θυγατρὸς Ὁμολωΐδος* Schol. cod. Taur. et Aug. Hos igitur si sequare, facile est de vocibus *Ὁμολῷος* et *Ὁμολωΐδες*. Contra Stephanus postquam id, quod dixi, auctore Pausania persuasit sibi et perbibit, hoc quid dicam imperite grammaticorum prudentissimus an ambitiose scripsit p. 328, 12. *Ὁμόλιον πόλις Μακεδονίας καὶ Μαγνησίας* — · *τὸ ἐθνικὸν Ὁμολιεύς· τὸ δὲ Ὁμολώϊος τὸ κτητικόν* (Mueller. l. d. not. 1. *Ὁμολώϊος, τεμενικόν*) *ἐστι κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ω.* Reliqua, quae huc faciunt, sumam ab D'Orvillio Misc. Obss. Nov. T. III. p. 159. „Hesychius leviter corruptus *Ὁμόλοος* (l. *Ὁμολώϊος*) *Ζεύς· Θήβησιν οὕτω προσαγορεύεται ὁ Ζεύς.* Inde *πύλαι Ὁμολωΐδες* Thebis memorantur inter alios Pausaniae Boeot. 8, 5., inde viri nomen Thebani *Ὁμολώϊος Εὐωνυμίδαο* apud Cyriacum p. XXXII. Murator. DXCV., ubi re vera *Ὁμολώιχος*, quod inde aeque venerit; nam illam terminationem amant Boeoti *Θείβιχος· Σάμιχος*". De quibus nominibus vid. Corollar. XXVIII. Quid vero? fidem Pausaniae habere nullam placet? Atqui habeatur necesse est; nam est testis gravis et pro caussa Thebanorum expertae diligentiae, cuius dicta pondus habeant auctoritatis et fidei. Neque ego Aristodemi sententiae adversus Pausaniam adeo faveo, ut huius omnino vana ad me auctoritas sit. Immo ex ea discrepantia duae res recte conficiuntur et probabiliter,

primum, id quod nullam suspicionem habet ficte et fallaciter reconciliati consensus, Thebanos in ea fuisse opinione, ut sacra, quae vocarentur Homoloia, ex Thessalis existimarent ab iis ad se advecta, a quibus Homoloides portas appellatas fuisse Pausanias quippe paullulum a rei veritate deflectens prodidit. Alterum est, Homoloidum hunc situm fuisse, ut in septentriones spectarent. Quod nisi esset, cur Thebanos ex Thessalia reduces per Homoloides introisse in urbem credidit retulitque scriptor Thebanorum locorum peritissimus? Et video ex illa narratione item de situ Homoloidum existimavisse Schoenium l. d. p. 160. Quamquam ego non dissimulo, multa inconsiderate a veteribus composita et ficta esse, quomodo ambitioni ipsorum conducere arbitrarentur. Velut temere fama vulgavit, Cadmum Delphis proficiscentem Thebas transisse per Mycalessum, ut dicetur a nobis in libro quarto cap. I. Sed id, quod adhuc esse suspiciosum videri possit, perspicuum ea facient, quae in cap. VI. disseremus. Quod superest, Pausanias (p. 31. *τελευταῖαι δέ εἰσιν Ὁμολωΐδες· ἐφαίνετο δὲ εἶναί μοι καὶ τὸ ὄνομα νεώτατον ταῖς πύλαις ταύταις, αἱ δὲ Ὠγύγιαι τὸ ἀρχαιότατον*) Homoloidum nomen omnium recentissimum iccirco duxit, quod quum ceterae portae ab hominibus antiquissimae memoriae, qui vel Cadmum vel Amphionem vidissent, appellatae essent, illas Thersandri tempori nomen invenisse suum audiverat. Idem iudicium esse Hygini Barthius opinatus est ad Theb. Stat. VIII. 356. „recentiorem Homoloidarum appellationem assentiri videtur Hyginus, apud quem nulla eius vocis mentio". Quod sine aliqua probabili coniectura et ratione dictum esse infra patefiet. Ergo aliter atque apud Pausaniam de eius nominis dignitate apud Lactantium fuit, si quidem is omnium portarum commune vocabulum Homoloides fuisse censuit ad Stat. Theb. VII. 252. „Homoloidae (quam formam perbreviter attigimus supra cap. III. p. 295.) portae sunt Thebanae appellatae, quae erant septem. Unde Thebana civitas Heptapylos dicta est". In hanc autem partem ea verba Staverenius accepit ad Hygin. fab. LXIX. p. 141. ratus ille Lactantium eo in fraudem inductum „quod parum in-

tellexerit Statium, qui Graecos imitatus portas de una porta dixerat". Itane? si ab eodem Lactantio perscripta videris haec ad VIII. Theb. 353. „omnium civitatis Thebanae portarum nomina eleganter poeta monstravit Homoloidas, Proetiades, Electras, Hypsistas, Dircaeam", illam obscuritatem non assignabis culpae cuidam parum dilucide scribentis, sed inscientiae non assequentis vim usumque vocabuli portae? Poterit igitur, qui volet, ea verba sic distinguere „Homoloidae portae sunt Thebanae appellatae. Quae (id est portae Thebarum) erant septem, unde Thebana civitas Heptapylos dicta est". Eat alius et narret Lactantium tritissimae rei ignarum; eademque vituperatione reprehendat Alexandrum ab Alex. IV. 16. Vol. I. p. 1073 sq. „Megaris fuit Triasia porta, quae Diplon (scrib. Dipylon) dicta, Corinthi Teneatica, Thebarum portae Homoloidae nuncupatae sunt"; atque etiam, si diis placet, Scholiastam Apollonii Rhod. I. 915. p. 72. *διὰ τοῦτο καὶ τὰς Θήβης πύλας Ἠλεκτρίδας ἐκάλεσαν.* Etiam illud hoc loco breviter attingam et perstringam: perperam multos loquutos esse Proetidem, Electridem portam, non Proetides, Electrides, de quibus commemorem Lakemacherum Antiqq. Gr. Sacr. I. 3, 21. p. 97. Tiraquellum ad Alex. Dier. Gen. l. d. p. 1074. Iebbium ad Aristid. II. Leuctr. T. I. p. 446, 3. Postremo mihi vanitas notanda est Romuli Amasaei, qui Pausaniae verbis IX. 10, 2. p. 35. *ἔστι δὲ λόφος ἐν δεξιᾷ τῶν πυλῶν ἱερὸς Ἀπόλλωνος* nescio quid nugarum meditatus Homoloidum vocabulum ultro inculcavit „ad portae Homoloidis dexteram collis est Apollini sacer". Quo factum est, ut ubi de Electris cogitandum erat, ibi vero de Homoloidibus cogitarent Natalis Comes Mythol. VIII. 23. p. 928., Laurenbergius Graec. Antiq. p. 18., Whelerus p. 377., Dodwellus Vol. I. P. II. p. 60. et quicunque Amasaei studiosior fuit, quam ipsius Pausaniae. Cuius fraudem fontem et originem non dispexit Hermannus ad Eurip. Suppl. 681. p. 48.

CAPUT VI.

DE PORTARUM SITU ATQUE ORDINE.

Nunc faciendum mihi est, ut quae singulatim et explorate collegi, ea tamquam in uno adspectu posita universa animo perlustrem atque ad omnium deinceps portarum situm atque ordinem definiendum transferam. Qua in re ante omnia hoc moneo, in maxima falsarum opinionum errorumque turbulentorum multitudine me ita versaturum esse, ut neque omnes omnium doctorum sententias exponam et acri iudicio percenseam — namque hoc fastidiosae diligentiae arbitror — et quae de auctoritatibus virorum gravissimorum copiosissime dici possunt, breviter strictimque dicam. Primum igitur certum habemus, ab Electris portis iter ad urbem Plataeas et Athenas pertinuisse. Ex quo manifesto apparet ad Austrum eas spectasse leviaque esse, quae prompsit Hermannus in Eurip. Suppl. 681. p. 48. „eas portas orientem spectasse, viam autem, quae a Plataea ducebat, ante urbem flexu quodam ad portas Electras esse directam". Levia, inquam, sunt ista; immo vero sine aliqua probabili ratione ea dicta atque adeo falsa esse affirmavit Schoenius l. d. p. 154. Neque hoc temere affirmavit. Compertum est enim Cadmeam, quam Ogygiis portis clausam fuisse obtinuimus, fuisse inter Electras et, quas orienti soli oppositas diximus, Proetides. De qua re perspicuum testimonium est Arrhiani Exp. Alex. I. 7. *Ἀλέξανδρος — περιελθὼν κατὰ τὰς πύλας τὰς φερούσας ἐπ' Ἐλευθεράς τε καὶ Ἀττικὴν οὐδὲ τότε προσέμιξε τοῖς τείχεσιν αὐτῶν, ἀλλ' ἐστρατοπέδευσεν οὐ πολὺ ἀπέχων τῆς Καδμείας· ὥστε ἐγγὺς εἶναι ὠφέλειαν τῶν Μακεδόνων τοῖς τὴν Καδμείαν ἔχουσιν,* ex quo quidem loco Muellerus Orchom. p. 486. incaute coniecit, arcem ad

Ogygias adiacuisse. Exstirpetur igitur et funditus tollatur illa opinio, quam ex longiore tempore traditam etiamnum reperiuntur qui suscipiant ac sustineant: Cadmeam in medio Thebarum spatio conspicuam fuisse. Quid magis pravum, perversum, conturbatum dici potest? Norant, credo, qui sic existimarunt, Laurenbergius Graec. Antiq. p. 18., Barbieus Bocagius in Santo - Crucei Cens. Hist. Alex. p. 224., Chysius comm. geogr. in Arrhian. p. 9. nimirum hoc, quod Barthius etiam ostendit ad Stat. Theb. II. 728. conf. ad Claudian. Rapt. Proserp. II. 19. p. 907. „arces fere in mediis urbibus olim exstrui solitas fuisse". Id igitur illi sequuntur, quod huic caussae maxime esse alienum ex iis intelligi necesse est, quae de urbis Thebarum primordiis explicavimus in libro primo. Neque opus quidem est argumentationibus. Nam quod verum est, id invenitur apud auctorem evidentissimum, ad cuius fidem se applicuerunt Lakemacherus Antiqq. Graec. Sacr. I. 3, 22. p. 97. not. e. et Blomfieldus in Aesch. Sept. 497. p. 48. et, qui instar omnium est, Muellerus Orchom. p. 486. Dico autem Pausaniam, qui se scribit quum Plataeis relictis ad Electras adventasset primum, quae circa eas portas viserentur monumenta, adisse IX. 10. 11., deinde ulterius progressum arcem perlustrasse c. 12. 16., tum ex Cadmea ad Proetides versus descendisse 16, 4. p. 59. Quam rem per se apertam et perspicuam pluribus exposuit Schoenius p. 154. sq. Restat ergo, ut hoc dubitemus, qua sit utendum existimatione iudicioque de Euripide discrepantis atque adeo contrariae sententiae auctore. Is enim in Phoeniss. 748. Eteoclem in arce cum Creonte stantem in hanc facit rationem loquentem: *Ἔσται τάδ', ἑπτάπυργον ἐς πόλιν μολὼν Τάξω λοχαγοὺς πρὸς πύλαισιν, ὡς λέγεις, Ἴσους ἴσοισι πολεμίοισιν ἀντιθεὶς* conf. 1093. *Λόχους ἔνειμεν ἑπτὰ καὶ λοχαγέτας Πύλας ἐφ' ἑπτά, φύλακας Ἀργείου δορὸς, Σὸς παῖς.* Quasi vero omnes portae essent urbis ac non Ogygiis Cadmea clauderetur. Quocirca risit hoc Scholiasta p. 165. *γελοίως τοῦτό φησιν ὡς μὴ ὢν νῦν ἐν τῇ πόλει,* ceteri, quod in poetam cadere videbatur, vituperium aut diluere conati sunt emendando, uti Musgravius, Brunckius, Porsonus, aut tegere specioso quodam colore,

velut Valckenarius p. 282., cui vero simillimum videtur esse Euripidem Aeschyli locum 268. „ἐγὼ δέ γ' ἄνδρας ἓξ ἐμοὶ σὺν ἑβδόμῳ Ἀντηρέτας ἐχθροῖσι τὸν μέγαν τρόπον Εἰς ἑπτατειχεῖς ἐξόδους τάξω μολών imitantem aciem iudicandi minus intendisse. Quorum irrita opera est et habet Euripides satis iustam excusationem. Etenim hanc ego nosco et probo: quod heptapylarum Thebarum commemoratio ita fixa et stabilis esset, ut convelli non liceret aut immutari, ab Euripide numerum integrum hominumque sermone celebratissimum „positum esse pro exacto et subtili atque imminuto, ut alias assolet. Quod genus adeo amatum veteribus, ut etiam interdum, cum sodalicii alicuius mentio fit, etsi unum nominando eum e reliquorum numero excerpsisse videantur, postea tamen universum collegii numerum ita ponant, quasi et is, quem excerpserant, includeretur. Petron. c. 2. „Pindarus novemque lyrici Homericis versibus cánere timuerunt". — Rutil. Itin. I. 300. „Ille tamen Lepidus peior civilibus armis, Qui gessit sociis impia bella tribus". Ita hanc loquendi rationem Gronovius Diatr. in Stat. Silv. c. XLVII. T. I. p. 483. sq. edisseruit, quam eandem explanarunt Sturzius in Hellanic. fr. LXCVIII. p. 136. atque ante hos „Rutgersius Var. Lectt. I. 8. et ex eo Dilberr. Elect. I. c. 20.", ut in Rutilii exemplari eo, quo usus fuit Gottl. Wernsdorfius, adscriptum reperi; ipse illos scriptores in memoriam reducam, quos commemoravi in primo libro, a quibus Zethus et Amphion dicuntur Thebas heptapylas condidisse, quum Ogygias constet ab Cadmo exstructas fuisse. Ergo Ogygiae meridiem versus spectabant. A quibus nulla quoquam via pertinebat. Nam quod inde in Atticam iter fuisse Hesychium v. Ὄγκας Ἀθάνας auctorem professus Reisigius narravit, a quo cum alia multa tum hoc ipsum sumpsit Schoenius p. 155. 157. magistro obsequentissimus, id nimium festinanter dictum est atque, ut magis proprie loquar, inane admodum est et futile. Quippe protulit enim istud Reisigius non ex Hesychii aliquo exemplo contra vitia ac damna incorruptissimo erutum, sed ex Muelleri libro de Orchom. vel levissime in transcursu inspecto, in quo haec posita p. 486. leguntur: „Quas ultimo loco com-

memoro, Ogygiae, per quas Oedipodia via erat, ducebant in urbem Eleutheras atque Atticam, quae ab aliis Oncaeae appellantur, teste Hesychio". Muellerus autem ut hocce suopte ipse arbitrio comminisceretur, factum inde esse intelligitur, quod altera via Plataeas, altera Eleutheras Athenasque itum esse sibi persuaserat. Postremo idem Muellerus, quod pro comperto attulit, per Ogygias Oedipodiam viam fuisse, id casu nescio quo fictum litterisque proditum pro nihilo esse abolendumque sciscitato de eius rei fide mihi ipse rescripsit. Huc addam Euripidem, quantum id cunque est, quod in illo teste pono firmamentum, apud quem Pentheus in montem Cithaeronem ad expellendas Bacchas profecturus tantum abest ut Ogygias portas, apud quas ipse constiterat, exercitus edicat conventum, ut ad Electras omne militum genus congregari iubeat in Bacch. 736. *Ἀλλ' οὐκ ὀκνεῖν δεῖ· στεῖχ' ἐπ' Ἠλέκτρας ἰὼν Πύλας· κέλευε πάντας ἀσπιδηφόρους Ἵππων τ' ἀπαντᾶν ταχυπόδων ἐπεμβάτας Πέλτας δ' ὅσοι πάλλουσι καὶ τόξων χερὶ Ψάλλουσι νευρὰς, ὡς ἐπιστρατεύσομεν Βάκχαισιν.* Denique locupletissimos auctores habeo, ex Cadmea in urbem Thebanis descensum in ea parte fuisse, qua Proetides portae erant. Sed de hoc in quarto libro locus erit pluribus dicendi. Videamus iam porro reliqua. Nolo enim verbosus esse in confutanda vanitate Barbiei Bocagii et Dodwelli Itin. Vol. I. P. II. p. 55., quorum sententia decrevit, ut inter Electras et Proetides Hypsistae et Crenaeae interiicerentur. Proetides igitur, quas supra dixi sic ad orientem solem spectasse, ut ab iis via ad urbem Chalcidem directa esset, suberant Ogygiis. Quae vicinitas ut vel proxima fuerit, sicut fuit, tamen manifestus et deprehensus est error Schoenii, iudicii temeritate eo prolapsi, ut Proetides intra ipsum Cadmeae circuitum fuisse probabiliter sibi coniectasse videretur p. 156. Etiam hoc in confessum venit, Neistas occasum in urbem Onchestum versus prospectasse. Crenaearum praeterea qui situs fuerit, existimatur facile ex iis, quae de Dirce inquirendo exsequuti sumus. Is fluvius enim a Cithaerone exorsus eum tenet cursum, ut campum Cithaeroni subiectum emensus praeter occidentalem defluat partem Thebarum, atque

ubi Neistas portas attigit, non inflectatur ad orbem Thebanae urbis et circumagatur ad partem septentrionibus oppositam, verum recto fere cursu in Copaidem paludem evadat. Quod ultimo loco posui, id in quarto libro pluribus confirmabo et demonstravi in Theban. Rer. Specim. p. 43. sq. Quoniam ergo Statii et Scholiastae Euripidii testimoniis cognovimus Dircen a Crenaeis parvo intervallo abfuisse, hoc efficitur, ut Crenaeae non in ea fuerint parte, quae in septentriones vergit, sed interiacuerint inter Electras et Neistas. Ut prava senserint, qui Crenaeas ab Aeschylo Borrhaeas dici existimaverunt, Stanleius in Aesch. Sept. argum. p. 737., Valckenarius in Phoen. p. 394. et Diatr. de Aristob. p. 120. quique huic assensus est Hermannus in Eur. Suppl. p. 49., Gellius Itin. of Gr. p. 141., Muellerus Orchom. p. 486. Muellerique assectatores Krusius Hellad. p. 560. et Rothius Progr. Isleb. Schol. 1837. p. 17. Quae enim sint boreales portae *βορῥαῖαι πύλαι* (Aesch. Sept. 523. *τὸν δὲ πέμπτον αὖ λέγω Πέμπταισι προςταχθέντα Βορῥαίαις πύλαις*), certissima res est et clarissima. Nihilo tamen secius Scholiasta Aeschyli ab Borrhaeo aliquo portas appellatas voluit p. 195. *Βορῥαίαις*) *ταῖς ἀπὸ Βορῥαίου καλουμέναις*, scilicet ne quid descisceret ab instituto suo et praeclara consuetudine nomina hocce modo notandi *Νηΐταισι*) *ταῖς ἀπὸ Νηΐδος. Ἠλέκτραισιν*) *ταῖς ἀπὸ Ἠλέκτρας καλουμέναις. Προιτίσι*) *ταῖς ἀπὸ Προίτου.* Itaque hoc patet, Hypsistas, quae de septem Thebarum portis solae supersunt, ab Aeschylo Borrhaearum nomine designatas esse, quam sententiam sequuti sunt Porsonus in Phoen. p. 83. ac Reisigius et Schoenius p. 158. Quae quum ita sint, quum quas adhuc persequuti sumus quinque portas vel in orientem solem vel in occidentem vel in meridiem versas fuisse certis auctoribus compertum sit et ex ea re probabiliter atque adeo vere hoc conficiatur, duas, quae reliquae sunt, portas Homoloides et Hypsistas ei Thebarum parti, quae a septentrionibus in orientem solem porrecta est, assignandas esse: utrum Homoloides in Neistarum vicinia collocatas fuisse an Hypsistas mavis? Vides necesse esse alterutrum. Sed rem dubiam decernunt duo, quae oppor-

quos feci hos versus Aeschyli Sept. c. Theb. 628. *τὸν ἕβδομον δὴ τόν τ' ἐφ' ἑβδόμαις πύλαις Λέξω, τὸν αὐτοῦ σοῦ κασίγνητον* et 711. *μὴ ἔλθῃς ὁδοὺς σὺ τάςδ' ἐφ' ἑβδόμαις πύλαις* et 801. (nam de v. 119. in quarto libro dicendi copia fiet) *καλῶς ἔχει τὰ πλεῖστ' ἐν ἓξ πυλώμασι· Τὰς δ' ἑβδόμας ὁ σεμνὸς ἑβδομαγέτης Ἄναξ Ἀπόλλων εἵλετ', Οἰδίπου γένει Κραίνων παλαιὰς Λαΐου δυςβουλίας* et Euripidis Phoen. 1134. *ταῖς ἑβδόμαις Ἄδραστος ἐν πύλαισιν ἦν.* „Hebdomae enim non sunt proprium portarum nomen (quemadmodum ego appellatam esse non ignoro *Ἕβδομον πόλιν καὶ λιμένα* Carthaginiensium Scylac. fragm. 110. p. 243. et apud Constantinopolin *Ἕβδομον* Pancirol. in Auct. Descript. Cpol. p. 443. sq. Band. Possin. in Pachymer. p. 641. Vales. in Ammian. Marcell. XXVI. 4, 3. p. 135. sq. Cang. in Zonar. p. 126. sqq. et Chron. Pasch. p. 404. 406. 455. sq.), sed Aeschylus et Euripides sex portis iam nomine designatis ultimas commemorare supersederunt". His quidem Porsonus ad Phoen. p. 83. enunciavit rem sicut apertissimam per se ita Valckenarii de Aristob. XXXVIII. p. 119. et Muelleri Schoeniique atque praeter Rothium l. d. p. 17. omnino omnium consensu firmatam pervulgatamque. Et quoniam non praetermittendum est id, quod Boeckhius in Corp. Inscr. I. P. V. 2, 3. p. 729. animadvertit: „septimum dici *τὸν ἕβδομον*, ut solet, ubi tantum septem omnino sunt, non *ἕβδομον*", quod quidem Euripides tenuit, neglexit duobus locis Aeschylus, eiusdem Porsoni verbis abuti libet his (ad Phoen. 512. p. 42.): „hoc vitiosum alicui fortasse videatur, quod in altero membro additur articulus, in altero omittitur. Verum tales minutias non curiose sectantur tragici" addito Diodori loco hocce: XV. p. 26, 84. *τοὺς καταλεγομένους στρατιώτας εἰς τὸν πόλεμον διεῖλον εἰς δέκα μέρη· τούτων δὲ πρώτην ἐπεῖχον μερίδα Λακεδαιμόνιοι, δευτέραν δὲ καὶ τρίτην Ἀρκάδες, τετάρτην δ' Ἠλεῖοι, πέμπτην δ' Ἀχαιοὶ καὶ τὴν μὲν ἕκτην ἐπλήρουν Κορίνθιοι καὶ Μεγαρεῖς, τὴν δ' ἑβδόμην Σικυώνιοι καὶ Φλιάσιοι — τὴν δ' ὀγδόην Ἀκαρνᾶνες, ἐνάτην δὲ Φωκεῖς καὶ Λοκροὶ, τὴν δ' ἐπὶ πᾶσιν Ὀλύνθιοι* et Sophoclis Electr. 703. *Θεσσαλὸς ἔχων Ἵππους ὁ πέμπτος· ἕκτος ἐξ Αἰτωλίας Ξανθαῖος*

πόλοις· ἕβδομος Μάγνης ἀνήρ· Ὁ δ' ὄγδοος λεύκιππος Αἰνιὰν γένος· Ἔνατος Ἀθηνῶν τῶν θεοδμήτων ἄπο· Βοιωτὸς ἄλλος δέκατον ἐκπληρῶν ὄχον. conf. Schaefer. ad Dionys. de Comp. Verb. XVIII. p. 239. Nec silendam puto similitudinem, qualiscunque est, quae cernitur in Nonni versibus V. 84. p. 144, 16. διαγράψας δὲ τετάρτην Ἠλέκτρην — Ἠελίῳ πυρόεντι πύλην ἀντώπιον ᾠοῦς — · πέμπτην δ' Ἄρεϊ δῶκε, πόρε τριτάτην Ἀφροδίτῃ — · Ἕκτην Ζηνὸς ἄγαλμα φαεινοτέρῳ κάμε κόσμῳ Ὑψιφανῆ· πυμάτην δὲ Χρόνου λάχεν ἕβδομος ἀστήρ. Quocirca vel molestissime fero Rothium, quippe cui id ratum esset, quod complures censuerant, Crenaeas portas easdem esse atque Borrhaeas, in tam levem vel libere dicam ineptam sententiam incidisse. Sed quae ab eo scripta sunt, ea, spero, modestissimus quisque silentio, mox oblivione transmittet.

Harum ergo rerum consummatione colligitur, si ab arce ad partem orienti oppositam progressus circumire urbem pergas, hunc esse portarum ordinem, ut ab Ogygiis sive Oncaeis parvo spatio distent Proetides, ad Proetides succedant Hypsistae sive Boeotiae, dein Homoloides, Homoloidibus autem proximae sint Neistae, Neistis Crenaeae, quas reperti sunt qui Dircaeas vocarint, has denique excipiant Electrae, quae suberant Ogygiis. Verum enimvero Euripides tantum aberat hunc ordinem ut consectaretur; etiam quam contemneret eum et pro nihilo duceret, dedit documentum maximum. Quid enim tam insolens, tam perversum praeposterumve dici aut excogitari potest? Facit Euripides Argivorum exercitu de monte Teumeso ad urbem adducto Parthenopaeum primum omnium suum agmen portis subiicientem et Neistis portis, post Parthenopaeum Amphiaraum contra Proetides consistentem 1099. sq. Λεύκασπιν εἰςορῶμεν Ἀργείων, στρατὸν Τευμησὸν ἐκλιπόντα· καὶ τάφρου πέλας Δρόμῳ ξυνῆψεν ἄστυ Καδμείας χθονός. — Καὶ πρῶτα μὲν προςῆγε Νηΐσταις πύλαις Λόχον πυκναῖσιν ἀσπίσιν πεφρικότα Ὁ τῆς κυναγοῦ Παρθενοπαῖος ἔκγονος — · ἐς δὲ Προιτίδας Πύλας ἐχώρει σφάγι' ἔχων ἐφ' ἅρμασιν Ὁ μάντις Ἀμφιάραος? Quanto speciosius dictum hoc est, Eteoclem, quum Parthenopaeo a Periclymeno interfecto Neistae vacarent a periculis (v.

1153. sq.), his portis relictis primum, ut vim impetumque Tydei propulsaret, Homoloidibus successisse (v. 1119. 1163. sq.), tum, ad sinistram Neistarum partem conversum nimirum, contendisse ad Electras, in quas Capaneus incursaret vehementius (v. 1129. 1170. sq.) Nec circumscriptior licentia Aeschyli est hoc ordine portas enumerantis: Proetides, Electras, Neistas, Oncaeas, Borrhaeas, Homoloides, Crenaeas, aut, qui in aliis multis rebus ad tragicorum poetarum voluntatem videtur sententiam direxisse suam, Apollodori aut Statii, quorum ille deinceps recensuit Homoloides, Ogygias, Proetides, Neistas, Hypsistas, Electras, Crenaeas, hic Ogygias, Neistas, Homoloides, Proetiades, Electras, Hypsistas, Dircaeas. Ea tamen sive inconsulta ratio sive temeritas ut in poetis satis excusata est aut certe tolerabilis. Verum hoc maximam admirationem movet, quod Pausanias, cuius in contestando locorum situ singularis esse soleat diligentia, promiscuam omnium portarum mentionem fecit. Quid enim disertus sim aut tempore abutar in convincenda opinione Hermanni in Eurip. Suppl. 685. p. 49. et Reisigii ap. Schoen. p. 153. et quicunque „Pausaniam IX. 8, 3. portas Thebarum ordine ab Electris ad Proetides et deinceps enumerasse" voluerunt parum circumspecta eius loci conditione, quem Romulus Amasaeus et Tiraquellus in Alex. ab Alex. Gen. Dier. T. I. p. 1074. in hanc sententiam transtulerant: „Praeter eas, quas enumeravimus, portas est, quae Ogygia (nominatur) et omnium postrema Homolois"? Si nihil aliud, hoc certe disceptatione nostra et cognitione effecimus, qui portarum nomina sic deinceps posuerit: Electras, Proetides, Neistas, Crenaeas, Hypsistas, Ogygias, Homoloides, eum id perturbato ordine fecisse. Unde ergo illa notissimorum vocabulorum confusio? Cuius certe Schoenius haudquaquam probabilem caussam attulit, cum ait p. 160., videri de portarum numero et appellatione nonnulla a Pausania praemunita reliquo sermoni descriptionique Thebarum. Posset hoc sic placere, si quae de singularum portarum situ a Pausania essent alias quaesita et tradita subtilius. Atqui nihil in eo libro reperimus praeterquam Electrarum Proetidumque et Neistarum distinctam

commemorationem. De qua ipsa re quo arbitrio Schoenius existimaverit, committendum non puto ut referam atque exponam. Itaque meum iudicium est, Pausaniam id egisse, ut enumerandi laborem, qui nimiam per se haberet iniucunditatem, minueret et quasi exhilararet et delectaret eorum vocabulorum comparatione, quae originis perspicua quadam vicinia aut aliqua rationum similitudine inter se contineri viderentur. Hoc animo initium factum interpretor ab Electris et Proetidibus, quarum utraque a cive Thebano appellata esset, subiunctasque Neistas, quas aut a Neide etiam ipso Thebano aut ab ultima chorda nomen habuisse ferrent. Eademque de caussa arbitror subinde Crenaeas et Hypsistas compositas, quod locorum, ubi sitae essent, argumento dicerentur, postremo Ogygias et Homoloides, nomen illud omnium vetustissimum, hoc recentissimum.

Sed hortatur res, ut quae de harum appellationum caussis rationibusque auctorum opinionibus discrepant, hoc loco quamvis id fortasse praepostere fieri videatur, exsequamur diligentiusque de iis non modo deliberemus, sed certum aliquid decernamus. Revocanda est autem ad Amphionem oratio, quem supra demonstravimus musicorum perstudiosum atque adeo peritum fuisse, ut ad quattuor chordas superioribus inventas temporibus tres adderet. „Quamvis enim de numero chordarum veteres dissentiant, plurimi tamen septenarium probant. v. Creuz. Symb. T. III. p. 275. sqq." Quae verba sunt Iacobsii in Philostrat. p. 263. conf. Leed. in Lucian. D. D. VII. 4. p. 271. Vol. II. Wesseling. in Diodor. I. p. 20,20. Spanhem. in Callim. h. in Del. 253. p. 466. Nicephor. in Synes. de Insomn. p. 364. B. ἡ γὰρ ἀρχαιότροπος λύρα τοῦ Ὀρφέως ἑπτάχορδος ἦν. Nonn. V. 102. p. 146, 1. Ἀπόλλων Ἑπτατόνῳ κιθάρῃ φιλοτήσιον ὕμνον ἀράσσων. I. 489. p. 38, 2. III. 237. p. 98, 20. VII. 51. p. 204, 8. XXV. 441. p. 666, 27. Unde factum est, ut multi Amphionem, quem urbem Thebas aedificasse inter omnes conveniret, in portis erigendis chordarum numerum dicerent aemulatum esse universorumque moenium eum conditorem ferrent, silerent Cadmum Ogyglarum auctorem. Quemadmodum apud Philostratum est Imagg.

I. 10. p. 19, 23. *τὸ δὲ τεῖχος ἑπτάπυλον, ὅσοι τῆς λύρας οἱ τόνοι,* cum quo ad verbum conspirat Scholiasta Eurip. Phoen. 115. p. 36. *ἐγένετο δὲ τὸ τεῖχος ἑπτάπυλον, ὅσοι καὶ οἱ τῆς λύρας τόνοι.* Add. schol. v. 287. p. 80. *ἑπτάπυλος ἡ Θήβη κατεσκεύαστο ὅτι πρὸς τὴν ἑπτάχορδον λύραν Ἀμφίονος κιθαρίζοντος ἐτειχοδομήθη* et argum. Phoen. p. 248. Dind. Eustath. in Odyss. XI. 264. p. 1663, 8. *τὴν πόλιν — ἑπτάπυλόν φασιν ᾤκοιξαν ἐκεῖνοι διὰ τὸ ἑπτάχορδον εἶναι τὴν λύραν αὐτοῖς, ὡς εἶναι τὰς ἐκεῖ πύλας ἰσαρίθμους ταῖς ῥηθείσαις χορδαῖς* sive Eudoc. Viol. p. 18. Schol. Hom. Il. IV. 406. p. 137, 47. *ἑπταπύλοιο· πρὸς γὰρ τὴν ἑπτάχορδον Ἀμφίονος λύραν ἡρμόσθη (Θήβη).* Nicomach. Gerasen. Harmon. Manual. II. p. 29. *Ἀμφίονα τὸν Θηβαῖον, ὃς ἐπὶ τῶν ἑπτὰ χορδῶν ἑπταπύλους τὰς Θήβας ᾠκοδόμησεν.* Onest. Epigr. VI. 5. p. 4. T. III. Anth. Gr. *Σῆς χερὸς, Ἀμφίον, ἄπονος χάρις· ἑπτάπυλον γὰρ Πάτρην ἑπταμίτῳ τείχισας ἐν κιθάρῃ.* Nicephor. Ethop. VII. 11. p. 493, 9. *ἡ Κάδμου πόλις ἀκούσεται — ὑπὸ Μακεδόνων ἀνάστατος Ἐριννύων ἄλσος, λειμὼν ἄτης, κοινὸν πολεμύδριον, πολέμου ναυάγιον πάνδεινον· ἐν ταῖς Ἀμφίονος χορδαῖς περισώζουσα τὸν ἀριθμόν· ἡ ἑπτάπυλος, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ, κατέστραπται,* quae non levi corruptela depravata et ab Walzio, ut saepe assolet, non ad sanitatem revocata hac ego corrigo perpolioque coniectura, qua nihil esse certius confidam: *ἡ Κάδμου πόλις ἀκούσεται — ὑπὸ Μακεδόνων ἀνάστατος — κοινὸν πολυάνδριον, πολέμου ναυάγιον πάνδεινον· ἡ ταῖς Ἀμφίονος χορδαῖς παρισάζουσα τὸν ἀριθμὸν, ἡ ἑπτάπυλος — κατέστραπται.* De qua coniectura hoc unum adiicere libet, eum vocis *πολυάνδριον* usum frequentiorem apud posteriores scriptores fuisse. Quemadmodum est apud Himerium Ecl. II. 15. p. 56. *οὕτω καὶ Θήβας ἀνήρπασαν — κἀγὼ μὲν ἠγνόουν τὴν συμφορὰν, τὴν δὲ πόλιν εἶχε τὸ πολυάνδριον* (conf. Diodor. XVII. p. 170, 9. *τῆς πόλεως κατὰ πάντα τόπον νεκρῶν πληρουμένης*), Tzetzam Chiliad. VI. 27. *ἔτι γὰρ ἂν — ἦσαν αἱ Θῆβαι πόλις· Νῦν δ' εἰσὶ πολυάνδριον καὶ τόπος οἰκοπέδων,* Manass. v. 4037. p. 173. *καὶ θήσωσιν εἰς ἔρημον τὴν πρὶν εὐθηνουμένην, τὰς ἀγυιὰς εἰς ἄρουραν στάχυσι βριθομένην, τὴν πόλιν πο-*

λυάνδριον, ἀφανισμοῦ πεδίον, quae male ab interprete sic reddita sunt „ut populosum denique oppidum campus desolationis fieret" conf. v. 4020. p. 172. Χερσὼν ἡ πολυάνθρωπος — γέγονε — τάφος μυριόνεκρος, Aristid. ἐπιστ. περὶ Σμυρν. T. I. p. 513,6. ἡ δὲ πρὸς θέαν ὡραιοτάτη πόλεων — κολωνὸς ἐρειπίων καὶ νεκρῶν. conf. Agatharchid. libr. V. de rubro mari ap. Phot. p. 1338. ἐκεῖ μὲν ταφὴ πόλεως, ἐνταῦθα δὲ θάνατος. Add. Aelian. fragm. p. 360. θάψαντες δὲ τοὺς νεκροὺς εἰργάσαντο κοινὸν πολυάνδριον. Iam vero quod septem chordis lyra instructa fuit, id Philochorus quidem ap. Procl. in Hesiod. Opp. 768. p. 421, 4. propter hanc caussam factum iudicat, quod septimo die Apollinem natum constaret: ἡ δὲ ἑβδόμη ἱερὰ Ἀπόλλωνος, ἐν αὐτῇ γὰρ ἐτέχθη· διὸ καὶ ἑπτάτονος αὐτοῦ ἡ κιθάρα, verum plurimorum de sententia „lyra Apollinis—chordarum septem tota coelestium sphaerarum motus praestat intelligi, quibus solem moderatorem natura constituit" Macrob. Saturn. I. 19. p. 306. Varii Thyest. fragm. 2. p. 272. conf. Kooten. in Epit. Iliad. 889. p. 266. „primum hinc Nervis septem est intenta fides Variique dati vocum moduli, Ad quos mundi resonat tenor, in Sua volventis se vestigia". conf. Hemsterh. in Lucian. Tim. 51. Vol. I. p. 426. et Hieronymus Aleander in Tabul. Heliac. Explicat. ap. Reiff. in Artemidor. IV. 49. p. 473. Add. Schol. Arat. Phaenom. 269. p. 70. ἑπτάχορδος δὲ ἦν αὕτη, ἣν Ἑρμῆς κατ' ἀριθμὸν τῶν πλανητῶν ἐκ χελώνης κατασκευάσας Ἀπόλλωνι δέδωκεν. Schol. Germanic. 269. p. 66. „Mercurius intendit chordas septem Atlantidum numero". „Itaque singulis illis septem planetis (utor autem verbis Spanhemii in Callimach. h. in Del. 253. p. 469.) attributae leguntur septem citharae chordae, sicut Hypate tamquam prima Saturno aut iuxta alios Lunae; Nete ut ultima Lunae ac ab aliis Saturno; Mese, media quippe, Soli; quae autem ab utraque parte Parhypate, τῇ hypate nempe proxima, Iovi; Paranche eademque Lichanos, ab indice digito, quo eadem chorda pulsabatur, Mercurio; Paramese Marti et Trite seu Tertia Veneri. Qua de re videri potest Nicomachus Harmon. Enchirid. p. 33. et Aristides de Musica lib. I. p. 10." et Lobeckius Aglaoph.

p. 942. sq. Atque hac ductus ratione Nonnus, qui istius modi doctrinam maxime adamaverat, et contentionem coeli Thebarumque fecit V. 64. p. 142, 29. ἐπ' ἀῤῥήκτοις δὲ δομαίοις Ἑπταπόρῳ πυλεῶνι περίδρομον ἄστυ χαράξας Οὐρανὸν ἑπτάζωνον ἑῇ μιμήσατο τέχνῃ et 87. p. 144, 19. Ποικίλον ἀσκήσας χθόνιον τύπον ἶσον Ὀλύμπῳ et XLVI. 67. p. 1182, 31. Εἰπέ μοι εἰρομένῳ, τίνα φέρτερον αὐτὸς ἐνίψῃς Οὐρανὸν ἑπτάζωνον ἢ ἑπταπύλου χθόνα Θήβης et VIII. 52. p. 226, 18. et portas suo quamque deo assignavit V. 67. p. 142. sq. οὐρανίοις δὲ (Κάδμος) Ἑπτὰ πύλας ἀνέθηκεν ἰσηρίθμοισιν ἀλήταις. Ἰσότυπον πρῶτον μὲν ἐς ἑσπέριον κλίμα πήξας Ὀγκαίην ἐπένειμε πύλην γλαυκώπιδι Μήνῃ — Δεύτερον Ἑρμάωνι διαυγέϊ γείτονι Μήνης Δῶκε γέρας πυλεῶνα· διαγράψας δὲ τετάρτην Ἠλέκτρην Φαέθοντος ἐπώνυμον — Ἠελίῳ πυρόεντι πύλην αὐτώπιον ἠοῦς Μεσσατίην ἀνέθηκεν, ἐπεὶ μέσος ἐστὶ πλανήτων. Πέμπτην δ' Ἄρεϊ δῶκε, πόρε τριτάτην Ἀφροδίτῃ Ἀμφοτέρων ἑκάτερθεν, ὅπως Φαέθων μέσος εἴη — Ἕκτην Ζηνὸς ἄγαλμα φαεινοτέρῳ κάμε κόσμῳ Ὑψιφανῆ· πυμάτην δὲ Κρόνου λάχεν ἕβδομος ἀστήρ. Tantopere nonnulli delectabantur septem siderum et rerum, quae in hac terra septenario numero continerentur, comparatione, ut eodem vel septem vocalium numerum referrent nomenque montis Cithaeronis. Schol. Dionys. Thrac. p. 795, 32. τί δή ποτε ὁ τεχνικὸς τῶν φωνηέντων τὸν ἀριθμὸν μέχρι τοῦ ἑπτὰ ὁρίζεται (conf. Anecd. Cram. IV. p. 326, 4.) καί φαμεν ὅτι ἰσαρίθμως τῶν χορδῶν τῆς λύρας τοῦ Ἀπόλλωνος ἐποίησεν ἢ κατὰ μίμησιν τῶν ἑπτὰ ἀστέρων τῶν πλανητῶν τοῦ οὐρανοῦ — ταῦτα γὰρ τὰ φωνήεντα τοῖς πλανήταις ἀνάκεινται· καὶ τὸ μὲν ᾱ φασὶ τῇ Σελήνῃ ἀνακεῖσθαι, τὸ δὲ ᾱ τῷ Ἑρμῇ, τὸ δὲ ῆ Ἀφροδίτῃ, τὸ δὲ ῑ τῷ Ἡλίῳ, τὸ δὲ ῡ τῷ Ἄρει, τὸ δὲ ῡ τῷ Διΐ, τὸ δὲ ῱ τῷ Κρόνῳ, quae apte composueris cum Aristotel. Metaphys. XIII. 6. p. 1093, 13. a. ἑπτὰ μὲν φωνήεντα, ἑπτὰ δὲ χορδαὶ ἢ ἁρμονίαι, ἑπτὰ δὲ αἱ πλειάδες —, ἑπτὰ δὲ οἱ ἐπὶ Θήβας· ἆρ' οὖν ὅτι τοιοσδὶ ὁ ἀριθμὸς πέφυκεν, διὰ τοῦτο ἢ ἐκεῖνοι ἐγένοντο ἑπτὰ ἢ ἡ πλειὰς ἑπτὰ ἀστέρων ἐστίν; ἢ οἱ μὲν διὰ τὰς πύλας ἢ ἄλλην τινὰ αἰτίαν, τὴν δὲ ἡμεῖς οὕτως ἀριθμοῦμεν; Laurent. Lyd. de menss. IV. 38. p. 73, 2. Bonn. ex. οἱ δέ γε

Ῥωμαῖοι τὸν Διόνυσον βακχευτὴν τοῦ Κιθαιρῶνός φασιν οἰονεὶ βακχευτὴν καὶ ἀνατρέχοντα ἀνὰ τὸν οὐρανὸν, ὃν ἐκ τῆς τῶν ἑπτὰ συμφωνίας ἀστέρων Κιθάρωνα ὠνόμασαν· ὅθεν Ἑρμῆς κιθάραν δίδωσι μυθικῶς τῷ Ἀπόλλωνι, οἷον ὁ λόγος τῷ ἡλίῳ τὴν τοῦ παντὸς ἁρμονίαν. conf. Duris ap. Etym. M. p. 513, 28. Κίθαρος — ἀπὸ τοῦ Κιθαιρῶνος, ὅτι Ἀμφίων ἐκεῖσε ἐμουσικεύετο. Arcad. p. 39, 25. Κιθαρώνιος sed v. 23. Κιθαιρώνιος. conf. Scaliger. Lectt. Auson. I. 17. p. 51. Muncker. in Hygin. fab. VIII. p. 25. Sed quale id cunque est, quod de portarum appellatione Nonnus animo informavit, non sane obscura aut ambigua res est, id ad Amphionis laudem pertinere Thebarum conditoris peritia musicorum florentissimi ac potentissimi. Eiusdem cantus testimonium alii in liberorum Amphionis cognomenta contulerunt. Nam de Ogygia supra memoravimus et de Electra et Neide et Homoloide. Verum exiguus tamen aut omnino nullus Niobidis honor habitus est a Pausania, qui Thebanorum famae assentiens unius tantummodo portae vocabulo Amphionis laudem nobilitatam refert. Portas Neistas dico, quas alii a Neide Amphionis filia, Thebani ab ultima chorda, quae νήτη vocatur, appellatas dixerunt. Quod quum ita sit, cum eius vocis usurpatio ipsa Thebanis musicae artis memoriam videatur excitasse, coniectura ducetur aliquis, spero, ad suspicandum, appellationem dumtaxat illam ipsam praebuisse eius fabulae materiam, qua, qui Thebas condidit, fertur tam praeclare fidibus cecinisse, ut sponte saxa in muros concurrerent. Sive enim musicam sive cum Euripide philosophiam loqueris: artem intelligis eam, quae urbes peperit dissipatosque homines in societatem vitae convocavit et magistra morum et disciplinae fuit. Quamquam ego quidem de illo nomine fortasse paullulum dissentiam. Postquam enim Hesychii maxime ductus auctoritate exploratum habui recte Neistas dici, non item Neitas, haec insinuavit opinio animo meo, Neistas Hypsistasque ex natura situs nomen reperisse et illas quidem in infima Thebarum parte, has in editissima constitutas, adversas sibi et contrarias fuisse. Nec dubium mihi est, quin in eam partem perplexe sane orationem direxerit suam Nonnus

iste, quem omnia fere in maius accepisse nemo nescit, XXV. 229. p. 666, 15. *Τεῦξε λυροδμήτοιο βοόκτιτα τείχεα Θήβης Ἑπταπόρων στοιχηδὸν ἀμοιβαίων πυλεώνων Κτιζομένων*, cum quorum similitudine et eximie convenit libr. IV. versus 23. p. 112, 17. *Παρθένον ἀχνυμένην Ἀτλαντιὰς ἵδρυσε Νύμφη Εἰς θρόνον εὐποίητον· ἀμοιβαίῳ δὲ καὶ αὐτὴ Ἑζομένη στοιχηδὸν ἐπ' ἀργυροφέγγεϊ δίφρῳ Ἀγγελίην Κρονίωνος ἀπειθέϊ πέφρασε κούρῃ* neque abhorret Timario p. 172. *ἐμποριναὶ σκηναὶ — στοιχηδὸν ἐκ παραλλήλου πηγνύμεναι* aliaque ap. Iacobs. in Achill. Tat. I. 1. p. 396. sq. et VIII. 5. p. 938. Sed quamvis illud manifestum certumque sit, sicut est, Thebani quidem rem texerunt atque velarunt ambitiosa narratione, alii, quibus veritatis coniectura difficilis fuit, portam, quam Amphionis honori sacrandam firma omnium consensio censuerat, voluerunt ab Neide Amphionis filia nominatam esse. Atque etiam tenuit haec fama et usque eo invaluit, ut praeter Neidem Ogygiae et Electrae et Homoloidis tamquam filiarum Amphionis nomina sermone hominum celebrari coepta sint et inani praedicatione circumferri. Neque in his quidem acquiescebant; immo longius deflexerunt a via sensimque eo deducti sunt, ut et universarum portarum appellationes ab Amphionis liberis ductas affirmarent (cuius rei testis est Hyginus fab. LXIX. p. 120. „Amphion, qui Thebas muro cinxit, septem filiarum nomine portas constituit. Hae autem fuerunt Thera, Cleodoxe, Astynome, Astycratia, Chias, Ogygia, Chloris") et quod duodecim liberos ex Nioba patre Amphione genitos auctor esset Homerus, mira et incredibili consilii pravitate duodecim Thebarum portas fuisse vulgarent. Malal. II. p. 49, 5. *Εὐθέως Ἀμφίων ὁ λυρικὸς κτίζει πόλιν μεγάλην πάνυ δωδεκάπυλον τὴν πρώην μὲν οὖσαν κώμην λεγομένην Ἐγχιλίαν.* Quamquam non dissimulo etiam alia probabilia de Malalae temeritate proferri posse, quae sequi facile, affirmare vix possumus. Qualis est haec suspicio: Thebarum moenibus insertas fuisse quinque portulas easque a Malala in portis annumeratas. Fuisse enim aliquot Thebarum portulas vero simile facit et Diodori testimonium XVII. p. 169, 61. *ὁ βασιλεὺς κατανοήσας τινὰ πυλίδα καταλε-*

λειμμένην ὑπὸ τῶν φυλάκων ἐξαπέστειλε Περδίκκαν et Athenarum comparatio, de quibus dixit Westermannus Act. Societ. Graec. Vol. I. p. 176. Cuicuimodi ea res est, certe septem Thebarum portas per omnia tempora mansisse nulla umquam facta accessione testis est et Nicetas Choniata de Man. Comn. II. p. 98, 20. *Ῥογέριος τὰς ἐν μέσῳ κομοπόλεις ὁδοῦ πάρεργον ληϊσάμενος ταῖς ἑπταπύλοις Θήβαις προςέβαλεν* et de Alex. Isaacii Angeli fr. I. p. 609, 1. *νήμασιν ἅπερ ἐκ Θηβῶν ἑπταπύλων βασιλεῖ κεχορήγηται* et de rebus post urbem captam gestis p. 803, 19. et alii, quos attulimus cap. I. p. 255. sq. De qua re plura in sexto libro dicemus. Superest, ut eorum animadvertatur error, qui famam istam sic deflexerunt depravaruntque, ut filios Amphionis Thebas una cum patre munivisse narrarent. Schol. Phoen. Eur. 1119. p. 237. *τοὺς γὰρ περὶ Ἀμφίονά φασι σὺν τοῖς παισὶ ἅμα Κάδμῳ τειχίσαι τὴν πόλιν.* Atque haec quidem hactenus. Patent Thebarum aditus; perlustremus arcem urbemque, ut primum licebit.

---

p. 942. sq. Atque hac ductus ratione Nonnus, qui istius modi doctrinam maxime adamaverat, et contentionem coeli Thebarumque fecit V. 64. p. 142, 29. *ἐπ' ἀῤῥήκτοις δὲ δομαίοις Ἑπταπόρῳ πυλεῶνι περίδρομον ἄστυ χαράξας Οὐρανὸν ἑπτάζωνον ἑῇ μιμήσατο τέχνῃ* et 87. p. 144, 19. *Ποικίλον ἀσκήσας χθόνιον τύπον ἶσον Ὀλύμπῳ* et XLVI. 67. p. 1182, 31. *Εἰπέ μοι εἰρομένῳ, τίνα φέρτερον αὐτὸς ἐνίψῃς Οὐρανὸν ἑπτάζωνον ἢ ἑπταπύλου χθόνα Θήβης* et VIII. 52. p. 226, 18. et portas suo quamque deo assignavit V. 67. p. 142. sq. *οὐρανίοις δὲ (Κάδμος) Ἑπτὰ πύλας ἀνέθηκεν ἰσηρίθμοισιν ἀλήταις. Ἰσότυπον πρῶτον μὲν ἐς ἑσπέριον κλίμα πήξας Ὀγκαίην ἐπένειμε πύλην γλαυκώπιδι Μήνῃ — Δεύτερον Ἑρμάωνι διαυγέϊ γείτονι Μήνης Δῶκε γέρας πυλεῶνα· διαγράψας δὲ τετάρτην Ἠλέκτρην Φαέθοντος ἐπώνυμον — Ἠελίῳ πυρόεντι πύλην αὐτώπιον ἠοῦς Μεσσατίην ἀνέθηκεν, ἐπεὶ μέσος ἐστὶ πλανήτων. Πέμπτην δ' Ἄρεϊ δῶκε, πόρε τριτάτην Ἀφροδίτῃ Ἀμφοτέρων ἑκάτερθεν, ὅπως Φαέθων μέσος εἴη — Ἕκτην Ζηνὸς ἄγαλμα φαεινοτέρῳ κάμε κόσμῳ Ὑψιφανῆ· πυμάτην δὲ Κρόνου λάχεν ἕβδομος ἀστήρ.* Tantopere nonnulli delectabantur septem siderum et rerum, quae in hac terra septenario numero continerentur, comparatione, ut eodem vel septem vocalium numerum referrent nomenque montis Cithaeronis. Schol. Dionys. Thrac. p. 795, 32. *τί δή ποτε ὁ τεχνικὸς τῶν φωνηέντων τὸν ἀριθμὸν μέχρι τοῦ ἑπτὰ ὁρίζεται* (conf. Anecd. Cram. IV. p. 326, 4.) *καί φαμεν ὅτι ἰσαρίθμως τῶν χορδῶν τῆς λύρας τοῦ Ἀπόλλωνος ἐποίησεν ἢ κατὰ μίμησιν τῶν ἑπτὰ ἀστέρων τῶν πλανητῶν τοῦ οὐρανοῦ — ταῦτα γὰρ τὰ φωνήεντα τοῖς πλανήταις ἀνάκειντται· καὶ τὸ μὲν ᾱ φασὶ τῇ Σελήνῃ ἀνακεῖσθαι, τὸ δὲ ᾱ τῷ Ἑρμῇ, τὸ δὲ ῆ Ἀφροδίτῃ, τὸ δὲ ῑ τῷ Ἡλίῳ, τὸ δὲ ᾱ τῷ Ἄρει, τὸ δὲ ῡ τῷ Διΐ, τὸ δὲ ῱ τῷ Κρόνῳ,* quae apte composueris cum Aristotel. Metaphys. XIII. 6. p. 1093, 13. a. *ἑπτὰ μὲν φωνήεντα, ἑπτὰ δὲ χορδαὶ ἢ ἁρμονίαι, ἑπτὰ δὲ αἱ πλειάδες —, ἑπτὰ δὲ οἱ ἐπὶ Θήβας· ἆρ' οὖν ὅτι τοιοσδὶ ὁ ἀριθμὸς πέφυκεν, διὰ τοῦτο ἢ ἐκεῖνοι ἐγένοντο ἑπτὰ ἢ ἡ πλειὰς ἑπτὰ ἀστέρων ἐστίν; ἢ οἱ μὲν διὰ τὰς πύλας ἢ ἄλλην τινὰ αἰτίαν, τὴν δὲ ἡμεῖς οὕτως ἀριθμοῦμεν;* Laurent. Lyd. de menss. IV. 38. p. 73, 2. Bonn. ex. *οἱ δέ γε*

Ῥωμαῖοι τὸν Διόνυσον βακχευτὴν τοῦ Κιθαιρῶνός φασιν οἱονεὶ βακχευτὴν καὶ ἀνατρέχοντα ἀνὰ τὸν οὐρανὸν, ὃν ἐκ τῆς τῶν ἑπτὰ συμφωνίας ἀστέρων Κιθάρωνα ὠνόμασαν· ὅθεν Ἑρμῆς κιθάραν δίδωσι μυθικῶς τῷ Ἀπόλλωνι, οἷον ὁ λόγος τῷ ἡλίῳ τὴν τοῦ παντὸς ἁρμονίαν. conf. Duris ap. Etym. M. p. 513, 28. Κίθαρος — ἀπὸ τοῦ Κιθαιρῶνος, ὅτι Ἀμφίων ἐκεῖσε ἐμουσικεύετο. Arcad. p. 39, 25. Κιθαρώνιος sed v. 23. Κιθαιρώνιος. conf. Scaliger. Lectt. Auson. I. 17. p. 51. Muncker. in Hygin. fab. VIII. p. 25. Sed quale id cunque est, quod de portarum appellatione Nonnus animo informavit, non sane obscura aut ambigua res est, id ad Amphionis laudem pertinere Thebarum conditoris peritia musicorum florentissimi ac potentissimi. Eiusdem cantus testimonium alii in liberorum Amphionis cognomenta contulerunt. Nam de Ogygia supra memoravimus et de Electra et Neide et Homoloide. Verum exiguus tamen aut omnino nullus Niobidis honor habitus est a Pausania, qui Thebanorum famae assentiens unius tantummodo portae vocabulo Amphionis laudem nobilitatam refert. Portas Neistas dico, quas alii a Neide Amphionis filia, Thebani ab ultima chorda, quae νήτη vocatur, appellatas dixerunt. Quod quum ita sit, cum eius vocis usurpatio ipsa Thebanis musicae artis memoriam videatur excitasse, coniectura ducetur aliquis, spero, ad suspicandum, appellationem dumtaxat illam ipsam praebuisse eius fabulae materiam, qua, qui Thebas condidit, fertur tam praeclare fidibus cecinisse, ut sponte saxa in muros concurrerent. Sive enim musicam sive cum Euripide philosophiam loqueris: artem intelligis eam, quae urbes peperit dissipatosque homines in societatem vitae convocavit et magistra morum et disciplinae fuit. Quamquam ego quidem de illo nomine fortasse paullulum dissentiam. Postquam enim Hesychii maxime ductus auctoritate exploratum habui recte Neistas dici, non item Neitas, haec insinuavit opinio animo meo, Neistas Hypsistasque ex natura situs nomen reperisse et illas quidem in infima Thebarum parte, has in editissima constitutas, adversas sibi et contrarias fuisse. Nec dubium mihi est, quin in eam partem perplexe sane orationem direxerit suam Nonnus

iste, quem omnia fere in maius accepisse nemo nescit, XXV. 229. p. 666, 15. *Τεῦξε λυροδμήτοιο βοόκτιτα τείχεα Θήβης Ἑπταπόρων στοιχηδὸν ἀμοιβαίων πυλεώνων Κτιζομένων*, cum quorum similitudine et eximie convenit libr. IV. versus 23. p. 112, 17. *Παρθένον ἀχνυμένην Ἀτλαντιὰς ἵδρυσε Νύμφη Εἰς θρόνον εὐποίητον· ἀμοιβαίῳ δὲ καὶ αὐτὴ Ἑζομένη στοιχηδὸν ἐπ' ἀργυροφέγγεϊ δίφρῳ Ἀγγελίην Κρονίωνος ἀπειθέϊ πέφραδε κούρῃ* neque abhorret Timario p. 172. *ἐμπορικαὶ σκηναὶ — στοιχηδὸν ἐκ παραλλήλου πηγνύμεναι* aliaque ap. Iacobs. in Achill. Tat. I. 1. p. 396. sq. et VIII. 5. p. 938. Sed quamvis illud manifestum certumque sit, sicut est, Thebani quidem rem texerunt atque velarunt ambitiosa narratione, alii, quibus veritatis coniectura difficilis fuit, portam, quam Amphionis honori sacrandam firma omnium consensio censuerat, voluerunt ab Neide Amphionis filia nominatam esse. Atque etiam tenuit haec fama et usque eo invaluit, ut praeter Neidem Ogygiae et Electrae et Homoloidis tamquam filiarum Amphionis nomina sermone hominum celebrari coepta sint et inani praedicatione circumferri. Neque in his quidem acquiescebant; immo longius deflexerunt a via sensimque eo deducti sunt, ut et universarum portarum appellationes ab Amphionis liberis ductas affirmarent (cuius rei testis est Hyginus fab. LXIX. p. 120. „Amphion, qui Thebas muro cinxit, septem filiarum nomine portas constituit. Hae autem fuerunt Thera, Cleodoxe, Astynome, Astycratia, Chias, Ogygia, Chloris") et quod duodecim liberos ex Nioba patre Amphione genitos auctor esset Homerus, mira et incredibili consilii pravitate duodecim Thebarum portas fuisse vulgarent. Malal. II. p. 49, 5. *Εὐθέως Ἀμφίων ὁ λυρικὸς κτίζει πόλιν μεγάλην πάνυ δωδεκάπυλον τὴν πρώην μὲν οὖσαν κώμην λεγομένην Ἐγχιλίαν*. Quamquam non dissimulo etiam alia probabilia de Malalae temeritate proferri posse, quae sequi facile, affirmare vix possumus. Qualis est haec suspicio: Thebarum moenibus insertas fuisse quinque portulas easque a Malala in portis annumeratas. Fuisse enim aliquot Thebarum portulas vero simile facit et Diodori testimonium XVII. p. 169, 61. *ὁ βασιλεὺς κατανοήσας τινὰ πυλίδα καταλε-*

λειμμένην ὑπὸ τῶν φυλάκων ἐξαπέστειλε Περδίκκαν et Athenarum comparatio, de quibus dixit Westermannus Act. Societ. Graec. Vol. I. p. 176. Cuicuimodi ea res est, certe septem Thebarum portas per omnia tempora mansisse nulla umquam facta accessione testis est et Nicetas Choniata de Man. Comn. II. p. 98, 20. *Ῥογέριος τὰς ἐν μέσῳ κομοπόλεις ὁδοῦ πάρεργον ληϊσάμενος ταῖς ἑπταπύλοις Θήβαις προςέβαλεν* et de Alex. Isaacii Angeli fr. I. p. 609, 1. *νήμασιν ἅπερ ἐκ Θηβῶν ἑπταπύλων βασιλεῖ κεχορήγηται* et de rebus post urbem captam gestis p. 803, 19. et alii, quos attulimus cap. I. p. 255. sq. De qua re plura in sexto libro dicemus. Superest, ut eorum animadvertatur error, qui famam istam sic deflexerunt depravaruntque, ut filios Amphionis Thebas una cum patre munivisse narrarent. Schol. Phoen. Eur. 1119. p. 237. *τοὺς γὰρ περὶ Ἀμφίονά φασι σὺν τοῖς παισὶ ἅμα Κάδμῳ τειχίσαι τὴν πόλιν.* Atque haec quidem hactenus. Patent Thebarum aditus; perlustremus arcem urbemque, ut primum licebit.

COROLLARIA.

COROLLARIUM I.

[I. 2. p. 22.] Fugit hoc Sturzium, Eudociae, ut infra apparebit, parum studiosum. Licet alia quaedam notare et designare aut neglecta ab Sturzio aut e libris manuscriptis evulgata post edita ab illo Pher. fragmenta. Ad fr. LXXIII. b. p. 209. ex Tzetz. Exeges. in Iliad. p. 38, 11. petitum: *Πρίαμος ὁ Λαομέδοντος καὶ Λευκίππης υἱὸς κατὰ Φερεκύδη τὸν Σύρον ἱστορικὸν γήμας Ἑκάβην τὴν Λέμαντος τοῦ Ἠϊονέως, πολλοὺς μὲν υἱοὺς, πολλὰς δὲ θυγατέρας ἐσχήκει*, adiungi debebat illud, quod protulit e Schol. Ms. Eurip. Hecub. (v. 3.) Fulv. Ursinus in Virgil. Coll. Scriptt. Graec. illustr. p. 464. *ὁ Πρίαμος ὁ Λαομέδοντος γαμεῖ Ἑκάβην τὴν θάμαρτα τὴν Κισσέως τοῦ Πρωτέως*. Idem Ursinus Callisthenis et Lysimachi fragmenta, quae sunt ap. Schol. Eurip. Hecub. 892. p. 209., ex eodem codice paullo emendatius scripta posuit p. 273.; sed uterque locus fugit Augustum Matthiae. Neque animadversum a Sturzio est fragm. in Schol. Taur. Eurip. Phoen. 39. p. 15. *Πολυφήτην δὲ τὸν κήρυκα τοῦτον Φερεκύδης Πολυποίτην φησὶ*, nec quod est apud Laurentium Lydum de mens. II. 6. p. 48. Roeth. conf. IV. 3. p. 150. (Sturz. p. 41. not. mm.). Fragmento LVII. p. 194. sq. insignis accessio fit iis, quae habet Scholiasta Aristid. p. 103. Fromm., nec percipio quid sit, quod Sturzius p. 111. ex eodem Scholiasta p. 100. sive Meleti. Creuzer. I. p. 20. not. 15. quae Pherecydes de Bacchi nomine exposuit, plene exscribere omiserit. — Fr. XVI. p. 109. de Hyadibus extat etiam apud Mythogr. I. fab. 120. p. 39, 10., fr. XLVIII. p. 181. et LV. p. 192. in Arsen. Viol. p. 372. et p. 132. Denique in numerum eorum, quos recensuit Sturzius p. 17. not. 1., accedit Synesius Epist. CXVI. p. 255. D. *ἐγὼ δὲ ὡς οὐ σοῦ πρεσβύτερος μόνον ἀλλὰ καὶ ἤδη πρεσβύτης, χρῷ δῆλον ὁ Φερεκύδης φησίν*. Gregor. Cypr. p. 281. Postremo add. Schubart. in Ephemerid. Zimmermanni ann. 1834. nr. 141. p. 1184. not. —. Iam quum semel ab rerum ordine declinaverim, Apollodori libet diligentius pertractare locum eum, qui de Phlegyis est III. 5, 5. p. 194. *τὴν ἀρχὴν ἀφείλετο Λύκος — ἀδελφὸς ὢν Νυκτέως. Ἀμφότεροι δὲ ἀπὸ Εὐβοίας φυγόντες ἐπὶ Φλεγύαν ἀπέκτειναν τὸν Ἄρεος καὶ Χρύσης τῆς Βοιωτίδος*,

Ὑρίαν κατῴκουν καὶ διὰ τὴν πρὸς Πενθέα οἰκειότητα ἐγεγόνεισαν πολῖται. Quo in loco primum tenendum est Δωτίδος, non Χρύσης scripturam esse codicum omnium, quorum auctoritas repudiari potest nullo pacto. Dissidet igitur de Phlegyae matre Apollodorus a Pausania IX. 36, 1. p. 132. et Stephano Byzantio p. 447, 24. Φλεγύου τοῦ Ἄρεος καὶ Χρύσης παιδός, de qua silent Lactantius in Stat. Theb. I. 703. p. 59. B. et Isidorus in glossis, a Munckero ad Hygin. fab. LXXIX. p. 131. correctus. Sed tamen Dotiam Elati filiam, de qua meminit Stephanus Byzantius p. 168, 25. Δώτιον πόλις Θεσσαλίας — ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Δωτίας τῆς Ἐλάτου· Φερεκύδης δὲ ἀπὸ Δώτιος τοῦ Ἀστερίου καὶ Ἀμφικτυόνης τῆς Φθίου, quum huc retulisset Heynius ad Apollodor. p. 585. sq., cui assentatur Ilgenius in hymn. in Apoll. Pyth. 31. p. 261. „Dotion, inquit, erat in Thessaliae Pelasgiotide, haud longe a Boebe, urbs Elati. — Ipse quoque Phlegyas a nonnullis in Thessalia fuit collocatus: inf. III. 10, 3. Cum magna sit narrationis varietas in hoc fabularum genere, potuit etiam Dotis aliqua esse. At hoc loco est porro Δωτίδος τῆς Βοιωτίδος; an ut distinguatur ab altera, quae non Boeotia erat? Suspicor equidem alteram vocem ex altera per corruptelam esse natam et fuisse tantum τοῦ Ἄρεος καὶ Δωτίδος". Verum haec Heynius iudicio parum circumspecto pronunciavit; nam facile intelligitur verba τῆς Βοιωτίδος Ὑρίαν κατῴκουν coniungenda esse in hanc sententiam: Lycus et Nycteus Hyriam Boeotiae urbem habitatum concesserunt. Conf. Hesiod. fragm. IV. p. 73. Dind. ἢ οἵη Ὑρίῃ Βοιωτίῃ ἔτρεφε κούρην. Boeotia autem Βοιωτίς appellatur a Syncello p. 25, 12. 93, 10. Cedreno p. 14. D. Chronic. Pasch. p. 48, 17. et ab Aristotele Hist. An. VIII. 28. p. 605, 31. b. ἐν τῇ Βοιωτίδι, si fides haberetur libro Marciano et Laurentiano. Restant ad disceptandum verba longe difficillima ἀπὸ Εὐβοίας φυγόντες ἐπεὶ Φλεγύαν ἀπέκτειναν. Phlegyae Thessalorum vel de aliorum opinione scriptorum ap. Iacobs. in Philostrat. Imagg. II. 19. p. 508. Orchomeniorum regi quid cum Euboea? Manifestum vitii id vocabulum est, quamquam nulla eius suspicio incidit Simsono Chronic. A. M. 2677. p. 225., dispiciendumque, id ni de sententia Heynii p. 583. et Ilgenii l. d. p. 266. animus est tamquam aliena manu illatum hinc tollere, si quo modo integritati reddi queat. Et Εὐβοία quidem saepiusnumero a librariis prave vel de suo loco deiectum vel in alienum importatum est, velut Εὐβοίαν in aliquo loco Wesselingius in Hierocl. Synecd., memini, Ἐλάτειαν fieri iussit et in Schol. Pindar. Isthm. I. 11. p. 518. ἐν Εὐβοίᾳ, quod miror Boeckhium intactum reliquisse, convertendum esse in ἐν Λεβαδείᾳ suo iure decrevit Meursius Graec. Fer. libr. II. v. Βασίλεια p. 739. C. et Muellerus Orchom. p. 151. not. 3.; nam nihil apud me valet Boeckhii illius iudicium Explic. Pindar. Olymp. VII. p. 176. et Corp. Inscr. Graec. nr. 1515. p. 704. Reliqua alias pertractabuntur. Itaque ex Apollodori istis ἀπὸ Εὐβοίας nihil vereor conficere ἀπὸ Περραιβίας, quod vel propterea satis placet, quod

verba Scholiastae Aristoph. Plut. 385. οἱ Λωριεῖς — οἰκοῦντες πρότερον τὴν Πίνδον μίαν οὖσαν τῆς τετραπόλεως τῆς ἐπ' Εὐβοίᾳ certum exploratumque est verissime ab Hemsterhusio p. 115. correcta esse in hunc modum: τῆς τετραπόλεως τῆς ἐν Περῥαιβίᾳ. In aliam speciem idem vocabulum depravatum reperi in Schol. in Anthol. Graec. IV. p. 104. epigr. XV. 18., quod sic vulgatum est a Bandario comm. in Antiqq. Cpolit. VII. p. 852. Φᾶρος νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ ποταμῷ (leg. ποταμόν) ἐπώνυμον ἔχουσα καὶ πόλις Ἰλλυρίας καὶ Φάριον πόλις Περσική, pro quo non Πιερική, quod quidem vocabulum apud Zenob. I. 79. cum altero Περσικόν de loco contendere docuit Bastius Epist. Crit. p. 266., sed Περῥαιβική substitui volo auctore Stephano Byzantio p. 441, 21. Φᾶρος νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ ποταμὸν ὁμώνυμον ἔχουσα —· ἔστι καὶ πόλις Ἰλλυρίας — καὶ Περῥαιβική. Perrhaebiae sive Peraebiae (Eckhel. Doctr. Numm. II. p. 146. Popp. in Thucyd. Vol. II. p. 308. Burmann. in Propert. p. 518.), Thessaliae regionis nomen ut sufficerem fecit Scholiasta Homer. Iliad. XIII. 302. p. 365, 22. Φλεγύαι Γόρτυναν κατοικοῦντες παρανομώτατον καὶ λῃστρικὸν διῆγον βίον καὶ κατατρέχοντες τοὺς περιοίκους χαλεπῶς ἠδίκουν. Θηβαῖοι δὲ πλησιόχωροι ὄντες ἐδεδοίκεσαν καὶ μεχρὶ πολλοῦ, εἰ μὴ Ἀμφίων καὶ Ζῆθος — ἐτείχισαν τὰς Θήβας, ubi Γυρτῶνα pro Γόρτυναν rescribendum esse nec Sturzium in Pherecyd. p. 129. fugit neque Ilgenium l. d. p. 260. Eodem vitio affectus est locus Pomp. Melae II. 3. p. 32, 12. exemplaris Vossiani et Stephani Byz. p. 253, 16. Ὅμηρός φησιν — Φλεγύας τοὺς Γυρτωνίους. Rehd. Γορτυναίους. add. Gronov. in Senec. Troad. 821. Gyrton autem sita in Perrhaebia est πόλις Περῥαιβίς Strab. IX. p. 439. T. III. p. 644. πόλις Περῥαιβική καὶ Μαγνῆτις id. VII p. 329. T. II. p. 480. ἔστι δὲ πόλις Θεσσαλίας· κατὰ δὲ ἑτέρους Περαιβοίας Schol. Paris. Apollon. Rhod. I. 57. p. 11., quod Hasius sibi emendandum sumpsit ap. Boissonad. Anecd. II. p. 328., ut Περῥαιβοίας ap. Scholiast. Theocrit. I. 67. p. 836. Santenius in Propert. p. 518. Nomen reperit a Gyrtone Phlegyae fratre secundum Stephanum Byz. p. 142, 34. (ap. Eustath. in Hom. Iliad. II. 738. p. 339, 24.) Γυρτὼν πόλις Θεσσαλίας καὶ Περῥαιβίας ἀπὸ τοῦ κτίσαντος αὐτὴν Γύρτωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς Φλεγύου et XIII. 301. p. 933, 25. vel a Phlegyae filia Gyrtone Scholiast. Apollon. l. d , dictique fuerunt Gyrtonii antiquissimis temporibus Phlegyae Strab. IX. p. 442. T. III. p. 661. sq. τοὺς μὲν γὰρ Γυρτωνίους Φλεγύας πρότερον ἐκάλουν ἀπὸ Φλεγύου τοῦ Ἰξίονος ἀδελφοῦ et VII. p. 330. T. II. p. 482. Eustath. p. 333, 25. ὅτι δὲ τοὺς Γυρτωνίους Φλεγύας πρότερον ἐκάλουν ἀπὸ — τοῦ ῥηθέντος Φλεγύου ἀδελφοῦ Ἰξίονος ἱστορίαι δηλοῦσι συχναί. Etym. M. p. 795, 55. Φλεγύαι· ἔστιν ὄνομα ἔθνους, οἳ καὶ Γυρτώνιοι λέγονται. Iam videremur nobis quaestionem totam profligasse, ni Muellerum Orchom. p. 188. not. 2. conf. p. 230. sciremus in ea sententia esse, ut ad defendendam librorum scripturam satis praesidii putet inesse in Euphorionis verbis his (ap. Serv. in

Virgil. Aen. VI. 618. p. 391. et Mythogr. I. fab. 205. p. 65, 8. fr. CLIV. p. 180.) „Phlegyae populi insulani fuerunt, satis impii et sacrilegi, unde iratus Neptunus percussit tridente eam partem insulae, quam Phlegyae tenebant et omnes obruit". Qua quidem in re virum doctissimum ratio fefellit. Nam potest omnino sic occurri, ut quum vocis insulae usus latius pateat, quo de infra pluribus scribetur, eos, qui urbem mari proximam colerent, Servius censeatur insulanos dixisse. Strab. IX. p. 439. T. III. p. 644. *Ταύτην τὴν χώραν πρότερον μὲν ᾤκουν Περῥαιβοὶ, τὸ πρὸς τῇ θαλάσσῃ μέρος νεμόμενοι καὶ τῷ Πηνειῷ μεχρὶ τῆς ἐκβολῆς αὐτοῦ καὶ Γυρτῶνος πόλεως Περῥαιβίδος* et p. 441. (p. 656.) sive Eustath. in Iliad. p. 933, 25. *Γυρτῶνα δὲ πόλιν λέγει Μαγνῆτιν πρὸς ταῖς τοῦ Πηνειοῦ ἐκβολαῖς*, unde in Orph. Argonaut. 143. est *Γύρτωνος ἁλιστεφὲς ἄστυ*. Utcunque se ea res habet, ex verbis „percussit tridente eam partem insulae, quam Phlegyae tenebant," ego mihi videor coniecturam posse facere, Servium in fraudem inductum esse vitiosa sui libri scriptura, ut in quo pro *Θεσσαλία θάλασσα* exaratum fuerit. Quem errorem frequentius librarii in se admiserunt velut apud Pausan. VI. 17, 5. Vol. III. p. 81. *Ἰάσων ἐν Θεσσαλίᾳ τυραννήσας*. cod. Mosq. *ἐν θαλάσσῃ Θεσσαλίᾳ*, contra in libro VII. 18, 1. p. 120. *Πεῖρος ἐς θάλατταν κάτεισι* idem *ἐς θεσσαλίαν*; apud Dioscoridem III. 139. p. 480. *περὶ Θεσσαλίαν*. cod. N. *παρὰ θάλασσαν*. add. Maxim. Tyr. Diss. XI. 4. p. 197. Apud Scholiast. Callimach. h. in Cerer. 25. nisi *χώρα Θεσσαλίας* pertinet ad *Δώτιον*, scribendum videri possit *χώρα θαλασσία*. Apud Philostratum Vit. Sophist. II. 27. p. 618. supra allat. II. 1. p. 87. et Hesych. II. p. 369. *Κυθήρα νῆσος Κρήτης καὶ πόλις Θεσσαλίας* nescio an legi praestet *ἐν θαλάττῃ* et *πόλις θαλασσία*. Dein locus Etymol. M. p. 136, 8. *Ἄργος σημαίνει δ'· ἐπὶ μὲν τῆς Πελοποννήσου —· ἐπὶ δὲ τῆς πόλεως τῆς ἐν Πελοποννήσῳ —· ἐπὶ δὲ τῆς θαλάσσης Νῦν αὐτοὺς ὅσσοι τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἔναιον* non latet quo sit modo corrigendus. Nam Stephan. Byz. p. 73, 33. *τρίτη Θεσσαλίας* (vid. Eckhel. Doctr. Numm. II. p. 140. 149.). *Ἄργος Θετταλικὸν ἡ νῦν Λάρισσα* Anecd. Boissonad. I. p. 427. Pherecyd. fr. II. p. 73.; frustra enim est afferre Aristid. Aegypt. p. 351, 17. *τὸ γὰρ περὶ Λάρισσαν πεδίον θάλατταν εἶναι τὸ παλαιὸν πολλὰ τεκμηριοῖ*. Sed finem facio; alia exposuit Boissonadius ad Planud. Metam. p. 477. sq. Itaque ad Euphorionis mentem satis accommodate narrata ea fabula est a Carrione ad Valer. Flacc. II. 193. „Erat Phlegyas, Martis filius, Ixionis pater, a quo et Phlegyae populi insulani Thessaliae cognominati sunt; qui cum sacrilegi deos et homines spernerent immisso a Neptuno diluvio submersi fuerant". Sed ecce mora fit et retractandi facultas an necessitas per Nonnum XVIII. 36. p. 488, 24. *Καὶ Φλεγύας ὅτε πάντας ἀνερῥέῳσε* (scrib. *ἀπερῥοίβδησε, ἀνερῥοίζησε*) *θαλάσσῃ Νῆσον ὅλην τριόδοντι διαῤῥήξας Ἐνοσίχθων, Ἀμφοτέρους ἐφύλαξε καὶ οὐ πρήνιξε τριαίνῃ.*

COROLLARIUM II.

[I. 3. p. 32.] Compellavi Armenidam rerum Thebanarum scriptorem; neque enim ullo modo dubium potest esse, quin vocabulum Ἀντιμενίδας Scholiis Apollonii proditum, quod in suspicionem neque Oleario in Philostrat. p. 778. not. 4. venit nec Valckenario in Schol. Eurip. Phoen. p. 622. neque Iacobsio in Anthol. Graec. II. 2. p. 337. et Philostrat. p. 263., in Ἀρμενίδας transformandum esse recte consenserint Fiorillo in secund. inscript. Herod. Attic. p. 117. et Meinekius Euphor. p. 116. Idem restituendum nomen est Eudociae verbis Scholiastae Apollonii in suam rem abusae Viol. p. 280. Ἀντιμενίδας δέ φησι δοθῆναι τὴν λύραν Ἀμφίονι ὑπὸ Μουσῶν· Διοσκορίδης δὲ ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ Φερεκύδης ἐν τῇ δεκάτῃ ἱστοριῶν ὑπὸ Μουσῶν. Nec vitio carent, quae eodem loco verba posita sunt haec: λύρα κατεσκευάσθη δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀπὸ Ἑρμοῦ ἐκ τῆς χελώνης —. μετέβαλε δὲ αὐτὴν Ἀπόλλων καὶ — Ὀρφεῖ δέδωκεν, sic, ut patet, scribenda: μετέλαβε δὲ αὐτὴν Ἀπόλλων; hoc vitio enim nihil frequentius fatentur se reperisse cum alii tum Schraderus in Mus. v. 228. p. 76. et Walzius in Arsen. Viol. p. 263. et Aphthon. Progymn. p. 71. Sed dupliciter errarunt librarii in Eratosth. Catast. 24. p. 19., unde illa Eudocia transtulit κατέβαλε (Heyn. κατέλαβε) δὲ αὐτὴν Ἀπόλλων, ubi μετέλαβε substituenti mihi adsunt Schaeferus in Schol. Apollon. Rhod. p. 665. et Melett. Crit. p. 134. sq. Iacobsius in Achill. Tat. p. 440. sq. Hasius in Leon. Diacon. p. 506. Walzius Epist. Crit. p. 70. conf. Dindorf. in Diodor. Addend. ad Exc. Vatic. p. X. Armenidas igitur Musarum eam lyram fuisse narrat. Nam Valckenario l. d. indiligentiam orationis adeo gravato, eam ut sic perpoliendam existimaret τὴν λύραν δοθῆναι Ἀμφίονι ὑφ' Ἑρμοῦ, auctoritas refragatur et Eudociae et libri Parisini p. 56., in quo haec extant scripta: ὁ δ' αὐτὸς (Ἀρμενίδας) καὶ Φερεκύδης τὴν λύραν τῷ Ἀμφίονι ὑπὸ Μουσῶν φασι δοθῆναι. De quo loco exemi particulam καί, quam liber tenet mediam inter vocabula Φερεκύδης et τήν. Nimirum καί (utor autem verbis Iacobsii ad Achill. Tat. p. 607. not.) natum ex ς, quod pro sigla ς̄ (καί) acceptum". Quo nihil frequentius usu venit. Velut in Appiani Punic. c. 79. istud καί male subnatum adhaesit voci κτήσεως vid. Schweighaeus. p. 446. et voci ἐμνημονεύσας in plerisque libris Philostrati Epist. XLII. p. 932. εἰ Λάκαινα ἦσθα, τῆς Ἑλένης ἂν ἐμνημονεύσας καὶ τῆς Νεώ. Contra eiusdem litterae ς similitudine factum est, ut Aelianus Hist. Anim. XIV. 28. p. 329, 30. ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο χρόνος εἱμαρμένος ἔδει τοῖς Ὀλυμπίοις ἐγγραφῆναι καὶ τήνδε τὴν δαίμονα et Philostratus vit. Apollon. Tyan. V. 7. p. 192. μεταμφιέννυσθαι

νῦν τὴν Ἀμοιβέως Τερπνοῦ particulae καί lacturam facerent nunc quidem a Gessnero atque Oleario rite compensatam. Conf. Aelian. Var. Hist. VI. 1. p. 340. Εὐβοεῖς (καὶ de coni. Periz.) οἱ ἐν τῇ ἄκτῃ. Stephan. Byz. p. 286, 23. Μάρεια πόλις καὶ (om. Rehd.) λίμνη τῇ Ἀλεξανδρείᾳ παρακειμένη. p. 325, 8. Οἰχαλιέως καὶ (om. Rehd. et Perus.) ὡς. Ioann. Siceliot. in Hermog. p. 77, 15. μεταφορικῶς καὶ (om. Paris.) ἰδίαν ὠνόμασεν. Schol. Vol. VII. Rhet. Gr. p. 146, 13. Ἰάσονος καὶ (om. Paris.) Μηδείας. Theodor. Metoch. 58. p. 346. ὕβρεως πραγμάτων (Aug. καὶ πρ.) et 352. ξυντυχίας καὶ ἧς (Aug. et Mon. καί om.) et 67. p. 419. λογισμοὺς καὶ μετὰ τὰς νίκας (Aug. et Mon. om.). Nonn. XI. 14. p. 296, 1. νικήσας ἐν ὕδασι καὶ μετὰ νίκην (Falk. καὶ ἐν ὑδ.) Tzetz. supra posit. I. 4. p. 72. Sed quia accurate esse hoc genus definitum videtur pleneque descriptum a Schaefero in Schol. Apollon. Rhod. p. 307. et 664. et Boissonadio in Planud. Metam. p. 86. et Georg. Lapith. carm. 1344. p. 64. T. XII. Notit. et Electt. Mss. Reg., ipse, ut semel hoc legentibus deverticulum quaesivi, malo periclitari, si possim aliquot scriptoribus, hanc ipsam, ut puto, librariorum incuriam expertis, operam praebere utilem. Eunapii igitur verba vit. Aedes. p. 39. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἀκούσας ἐξῄει μεγαλαυχότερος γεγονὼς καὶ τῆς κατὰ τὴν γυναῖκα θειότητος δὲ ἀσφαλῶς πεπειραμένος, arti convenientius arbitror sic corrigi: ἐξῄει μεγαλαυχότερος γεγονὼς, τῆς κατὰ τὴν γυναῖκα θειότητος δὲ ἀσφαλῶς πεπειραμένος, quam factum est a Wyttenbachio, qui „levi mutatione, inquit, corrigendum videtur μ. γεγονὼς, ὡς καὶ τῆς κ. τ. γ. θειότητος ἀσφαλῶς π." In his autem neminem credo dubitaturum esse, quin sit apto loco posita δέ particula, cuius collocatio quibus circumscripta sit finibus diligenter quaesivit Seyffertus de Iphig. Aulid. p. 29. sqq. Conf. Hermann. de dictione Orphei p. 820. v. 562. Welcker. in Theogn. p. XCVIII. Iacobs. in Anthol. Pal. p. 127. D'Orvill. in Charit. p. 604. Abresch. Lectt. Aristaen. p. 252. Diodor. XX. p. 466, 17. πρὸς τὰς θέσεις τῶν ὀργάνων δὲ ὁ Δημήτριος ἄφθονον ἔχων ἁπάντων χορηγίαν. Deinde neque apud Libanium διηγ. Vol. IV. p. 1100, 8. Πολυνείκει (scribendum patet esse Πολυνείκης) δὲ συγκατενεχθεὶς τῷ ἀδελφῷ ταφῆς καὶ ἀπεστέρητο μὲν παρὰ τοῦ Κρέοντος, ἐτύγχανε δὲ παρὰ τῆς ἀδελφῆς debet isti voculae amplius locus concedi et apud Aelianum Hist. Anim. XV. 19. p. 346, 19. ἐοίκασι δὲ τῇ πόᾳ καλλωπίζεσθαι καί τινας καὶ ἀπορρήτους παλιώρας faciendum est cum iis libris, qui alterum καὶ omittunt. Sed in invenienda pristina vocabuli παλιώρας forma tantum profeci, quantum Iacobsius p. 523. „Vocabulum παλιώρας, inquit, restituere nequeo; videtur tamen in hoc vocabulo notio illecebrarum abscondita latere —. Pro καί τινας legendum videtur κατά τινας, tum fortasse ἀπορρήτους παλιντροπίας arcana quadam rerum et animi conversione". Sed tamen quid vetat proferre, quae meum animum tetigerit suspicio? Scilicet coniectavi ut in loco complorato scribendi hoc genus ἀπορρήτους πολυωρίας, tum σιναμωρίας v. Pau-

san. II. 32, 3. p. 348. Alteriusmodi adiiciam emendationem versus Orphici fragm. VIII. 28. p. 468. ὡς ἐνόησ' αὐτοὺς ἀμείλιχον ἦτορ ἔχοντας Καὶ φύσιν ἐκνομίην, quem Lobeckius Aglaoph. p. 506. reconcinnavit hac facta accessione: ὡς ἐνόησ' αὐτοὺς παναμείλιχον ἦτορ ἔχοντας. Equidem maiore veritatis specie praestare videtur haec coniectura: ὡς ἐνόησ' αὐτοὺς καὶ ἀμείλιχον ἦτορ ἔχοντας Καὶ φύσιν ἐκνομίην. Plutarchique verba vit. Pericl. VII. Vol. I. p. 388. ὁ δὲ οἷον ἐκ διαλειμμάτων ἐπλησίαζεν — ἑαυτὸν πρὸς τὰς μεγάλας χρείας ἐπιδιδοὺς, τἄλλα δὲ φίλους καὶ ῥήτορας ἑταίρους καθιεὶς ἔπραττεν in idoneam quandam sententiam nego aut esse a quoquam explicata aut posse omnino explicari καὶ particula non iniecta tamquam vinculo in hunc modum: τἄλλα φίλους καὶ ῥήτορας καὶ ἑταίρους καθιεὶς ἔπραττεν. Quali in hunc locum hominum generi et quo iure patefecerim aditum, perspicuum facit ipse Plutarchus c. XVI. p. 402. (τοὺς περὶ αὐτὸν ἑταίρους) et XIII. p. 399. οἱ κωμικοὶ πολλὴν ἀσέλγειαν αὐτοῦ κατεσκέδασαν εἴς τε τὴν Μενίππου γυναῖκα διαβάλλοντες, ἀνδρὸς φίλου καὶ ὑποστρατηγοῦντος· εἴς τε τὰς Πυριλάμπους ὀρνιθοτροφίας, ὃς ἑταῖρος ὢν Περικλέους αἰτίαν εἶχε ταῶνας ὑφιέναι ταῖς γυναιξὶν, αἷς ὁ Περικλῆς ἐπλησίαζε. Licet enim hoc exemplo defungi et brevitate uti ea, ut cuius intersit de huius vocabuli usu amplius doceri, ei delegemus Wyttenbachium in Eunap. vit. Aedes. p. 87. sq. conf. in Eclog. Histt. p. 404. et Boissonadium in Eunap. p. 219. et a quibus isti sodales in parasitorum societate convicti sunt, Hemsterhusium in Lucian. Tim. 12. Vol. I. p. 362. et Lobeckium Aglaoph. p. 1024. sq. Iam apud Diodorum XIV. p. 667, 20. Θρασύβουλος ὁ Στειριεὺς ὀνομαζόμενος ὢν Ἀθηναῖος, ὑπὸ δὲ τῶν τριάκοντα πεφυγαδευμένος — κατελάβετο χωρίον τῆς Ἀττικῆς ὀνομαζόμενον Φυλήν nescio an recte instauraverim loquendi genus, quod Boissonadius edisseruit ad Eunap. p. 549. et Anecd. Vol. I. p. 319. hocce: ὀνομαζόμενος καὶ ὢν Ἀθηναῖος, quae commodum est interpretari sic: „egregium fuit facinus Thrasybuli, qui Atheniensem se duceret ac non imbellem hominem et tamquam servitio natum". Atheniensium constantiam autem, si hoc addere opus est, ac fortitudinem praedicat Euphorio fragm. XCIV. p. 155. ap. Lobeck. Paralip. p. 235. καὶ ἀτρέα δῆμον Ἀθηνέων usumque armorum ii, quos nominat Wernsdorfius in Himer. Orat. II. 7. p. 379. Sed apud Ducam Hist. Byz. XII. p. 45, 12. ὡς ὁ Ζεὺς τὸν πατέρα καὶ Κρόνον καὶ τοὺς ἀδελφοὺς Πλούτωνα καὶ Ποσειδῶνα ἔνδον κατεῖχε καὶ αὐτὸς τῆς βασιλείας ἀντεποιεῖτο, καί loco suo ea, qua praedixi, ratione electum ubi restitutum est, locum occupavit non suum. Rescribendum vero omnino est: ὁ Ζεὺς καὶ τὸν πατέρα Κρόνον καὶ τοὺς ἀδελφοὺς — ἔνδον κατεῖχε. Nec magis dubito Strabonis locum XIV. p. 633. T. V. p. 501. τοῦ δὲ Νηλέως ἐπὶ τῷ Ποσειδίῳ βωμὸς ἵδρυμα δείκνυται sic reficere: βωμὸς καὶ ἵδρυμα δείκνυται. conf. Stephan. Byz. p. 301, 21. Ἄρτεμις Μονογισσηνὴ ἵδρυμα Λαιδάλου. Sed finis non esset, si exspatiari in hac parte et indulgere

voluptati vellem. Ceterum huius excursus taedium ea, quam ex perlegendo capient, utilitate, ut spero, compensabunt, si qui hoc tempore librariorum more parum cognito tamen in critica arte factitanda prompti sunt paratique.

COROLLARIUM III.

[I. 3. p. 52.] In eo loco Sylburgio aptius videbatur esse singulare τὴν οἰκοδομίαν. Quippe iste belle intellexit eum locum de aedificatione murorum turriumque esse, uti alios de urbis ac moenium structura. Res est ab opinionis arbitrio seiuncta. Schol. Aristid. II. ὑπὲρ τῶν τεττ. p. 270, 16. p. 707, 35. αὐτὸν εἰςάγει τὸν Ἀμφίονα Πλάτων πρὸς τὸν ἀδελφὸν Ζῆθον λέγοντα ὅτι Οὐ συμφωνεῖς σαυτῷ περὶ τὰς οἰκοδομὰς (ap. Dindorf. οἰκοδομίας. conf. Lobeck. in Phrynich. p. 490. Schneider. in Theophrast. T. V. p. 458. Popp. in Thucyd. Vol. I. p. 243.). Quae in marg. Schell. cod. addita sunt in exemplari Frommelii p. 274. a Dindorfio praetermissa Τοῦτον Πλάτων εἰςάγει πρὸς τὸν ἀδελφὸν Ζῆθον λέγοντα ὅτι Οὐ συμφωνεῖς σαυτῷ· ὡς ἐκεῖνον εὐαρμόστως εὐεργοῦντα τῇ λύρᾳ τὰς Θήβας τειχίζοντα, certe unius vocabuli renovatione sic velim reconcinnentur: ὡς ἐκεῖνον εὐαρμόστως συνεργοῦντα vid. D'Orvill. in Charit. VI. 8. p. 551. Poenitenda vero sunt Frommelio, quae de Amphionis dicto scripsit: „Euripidis haec duxi esse, cum in Platone ipsis his verbis non occurrant. Sed ne Porsono poenas violatarum metri legum darem, erat cum mallem οὐ συμφωνεῖς σαυτῷ (inserendum δέ vel γε vel id genus aliquid) οἰκοδομὰς περί. Ed. et Schell. σεαυτῷ". Dein conferri potest S. Caesarius Dial. I. Resp. XCII. p. 49. E. οὐ πάντως κύβος τὰ νῶτα ὑπάρχει, ἀλλ' ἴσος καὶ ὁμαλὸς καθὼς ὁ τῶν λουτρῶν ὄροφος καὶ τῶν ὑπ' ἄντρων οἰκοδομαὶ παιδεύουσι τῇ μὲν κάτωθεν κυβηνὰ (Hesych. p. 366. Κύβηνα· σκήνωμα) ἱστορούμενα, τῇ δὲ ἄνωθεν ἐπιφανείᾳ πρανῆ τε καὶ ἰσόπεδα καὶ ἐποικούμενα, ubi scribendum existimo τῶν ὑπάντρων. Vid. Iacobs. in Philostrat. Imagg. I. 6. p. 246. Neque omnino abhorret Scholiasta Paris. Apollon. Rhod. I. 764. p. 61., quem dicat aliquis non ad Thebas, sed ad Eutresin etiam spectare: τὰ δὲ περὶ Ἀμφίονα καὶ Ζῆθον οἰκοδομὰς καὶ οἰκίσεις (in libro est οἰκήσεις) πόλεων δηλοῖ. Schol. H. Stephan. p. 396. μεθ' ὃ πόλεις κτιζομένας διὰ τῆς τοῦ Ἀμφίονος λυρας ἱστορεῖ· ἔπειτα τὰ ἐν πόλεσι πάντα γενόμενα, ἔρωτάς τε καὶ πολέμους. Postremo intendendum est Schol. Lycophr. in

Bachm. Anecd. II. p. 234, 17. ἐπειδὴ ὁ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων τὰς Θήβας τὰς Αἰγυπτίας ἐτείχισαν. Verum non possum, quin loci Pausaniae opportunitate sic abutar, ut diluam illam maculam, quae penitus iam insedit atque inveteravit in Lampridii loco hoc (vit. Alexandr. Sever. 29. p. 931.): „primum ut, si facultas esset, id est, si non cum uxore cubuisset, matutinis horis in lorario suo, in quo et divos principes sed optimos electos et animas sanctiores, in queis et Apollonium et, quantum scriptor suorum temporum dicit, Christum, Abraham et Orpheum et huiusmodi ceteros habebat ac maiorum effigies, rem divinam faciebat". In promptu est enim videre non positas fuisse in lorario nisi eorum imagines, quos insigni magicarum artium peritia factorumque admirabilitate conspicuos divino censuisset Alexander afficiendos honore esse. Quorum virorum ad numerum quoniam Abrahamus adscribi omnino nequit, equidem persuasum habeo id nomen, quod nec Gibbono neque Havercampio in Tertullian. Apologet. c. XLV. p. 379. a. neque Heynio Opusc. Acad. Vol. VI. p. 172. 176. suspectum fuit, convertendum esse in Abarim. Abarim autem quis neget aptissime commemorari? qui et Palladium Troianis fecisse et vero telo trans maria montesque invectus Athenas adventasse pestilentiae avertendae caussa crederetur. Quorum illud quidem scriptorum testimoniis confirmavit Scaliger in Euseb. Chronic. p. 92. a., hoc Wesselingius et Valckenarius in Herodot. IV. 36. p. 198. Valesius in Harpocrat. p. 205. sq. Wernsdorfius in Himer. Eclog. XIX. 2. p. 264. Creuzerus ad Nonni Narrat. VII. p. 76. not. 38. Lobeckius Aglaoph. p. 314. Bergkius Commentt. de Reliqq. Com. Attic. Antiq. lib. I. p. 42. sq. omisso Gregorio Nazianz. Epist. VI. p. 770. B. ὑπόπτερε σὺ καὶ μετάρσιε καὶ τῷ Ἀβάριδος δίστῳ συμφερόμενε et Carm. Iamb. XVIII. 50. p. 205. B. Κἂν πτηνὸν αἴρῃ Πήγασος ἢ τοῦ Σκύθου Ἀβάριδος δίστὸς ὅστις ἦν, οἱ μυθικοὶ et Libanio Epist. CXLIII. p. 73., in cuius Epist. Lat. I. 28. p. 741. perperam scriptum deprehendo „Arsacidis sagittam". Alexander Severus igitur nihil maiore miraculo spectare solitus est, quam Christum summum mare planta libantem, Orpheum Amphionemque arbores illum, hunc saxa cantu trahentem, Abarim in telo per aërem inequitantem. Christum enim eiusque sectatores ab impiis magos fuisse habitos res est nota testante Hieronymo Bosscha in Appulei. Apol. p. 581. a. Etiam adiiciam Plutarchi locum, qui in libro de aud. poet. c. 1. p. 56. Vol. VII. est, hunc: οὐ γὰρ μόνον τὰ Αἰσώπεια μυθάρια καὶ τὰς ποιητικὰς ὑποθέσεις καὶ τὸν Ἄβαριν τὸν Ἡρακλείδου καὶ τὸν Λύκωνα τὸν Ἀριστωνος διερχόμενοι, ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τῶν ψυχῶν δόγματα μεμιγμένα μυθολογίᾳ μεθ' ἡδονῆς ἐνθουσιῶσι. Ubi quod inter libros hoc discrepat: καὶ τὸν Ἄβαριν — ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ et ἀλλὰ καὶ τὸν Ἄβαριν — καὶ τὰ περί, signum videtur esse neutrum ei voculae locum deberi rescribendumque sic esse: καὶ τὸν Ἄβαριν — καὶ τὰ περί. Etenim non necesse fuisse illud addi ἀλλά (quod idem pravissimo conatu

Aldus in Aesch. Prom. v. 218. intulit) facile patitur Hemsterhusius nott. ad Xenoph. Ephes. in Misc. Obss. Vol. X. T. III. p. 353., cuius immemor fuit Schaeferus in Bosii Ellips. p. 752. sq.

COROLLARIUM IV.

[I. 3. p. 59.] Verborum id genus, quod Eustathius allegat, pervulgatum est et multifariam ab doctis hominibus tactum aut tractatum veluti a Maittairio Dialect. p. 107. D. sq. D'Orvillio in Charit. p. 567. 651. Coraio in Heliodor. p. 34. Rittershusio in Oppian. Hal. I. 265. p. 189. sq. 466. p. 201. et IV. 316. p. 299. Iacobsio in Achill. Tat. III. 17. p. 661. et imprimis a Schaefero iis locis, quos indicat ipse ad Schol. Apoll. Rhod. III. 1390. p. 269. Quale est *ὡραία*, de quo Phrynichus *σοφιστ. προπαρασκ.* p. 73, 31. *Ὡραίαν· τὴν ὥραν· ἡ δὲ τοιαύτη τροπὴ Ἀττικοῖς ἰδία· Ἀθηνᾶ, Ἀθηναία, ἴση, ἰσαία, οὕτω καὶ ὥρα ὡραία* et hoc Musaei v. 135. *Κύπρι φίλη μετὰ Κύπριν, Ἀθηναίη μετ' Ἀθήνην. Ἀθήνη Ἀθηναία, ὡς δίκη δικαία* Etymol. Magn. p. 24, 48. et Cram. Anecd. I. p. 18, 19. *γίνεται παραγωγὴ διὰ τῆς αι διφθόγγου, γαῖα, ὥςπερ σεληναία, Ἀθηναία* Etym. Magn. p. 222, 55., quamquam Theognost. Canon. p. 103, 14. *τὰ διὰ τοῦ αια παρώνυμα διὰ τῆς αι διφθόγγου γράφονται· σεληναῖα, ἀμαξαῖα, θυραῖα —, εὐναῖα, γαληναῖα, σφενδοναῖα, δραχμαῖα, ὀπαῖα.* Add. *σεληναία, ἀμαξαία* (de quo Herodian. ap. Stephan. Byz. p. 134, 30. v. *Γενήτης*), *ἀρχαία* Arcad. p. 194, 21. et Anecd. Cram. I. p. 104, 14. *εὐναία, γυραία, ἀναγκαία, ἁμαξαία, κεραία* Stephan. Byz. p. 352, 17. v. *Πνύξ* (*κεραία* Nonn. XIX. 287. p. 526, 19. XX. 329. p. 550, 9. IX. 25. p. 654, 26. al.), *προνομαία, ἀκταία* Bentl. Callimach. fr. CCCLVIII. p. 417. *ὀρφναία* Schaefer. ad Bos. Ellips. ind. v. *ἀναγκαίη* p. 849. *τραγαία*, de quo Salmasius Plin. Exercitt. p. 930. a. F. „Recentiores Graeci *τραγαίαν* pro *τράγη*, ut *ἀκταίαν*, quae veteribus *ἀκτή* et alia infinita ad hunc modum". Quae nescio an recte revocem ad similitudinem adiectivorum fungentium vice substantivorum *παρθενικαὶ* Apollon. Rhod. III. 5. Nonn. Dionys. XV. 77. p. 416, 21. Maxim. v. 125. Mus. de Her. et Leandr. 54. 127. Seidler. in Eurip. Electr. 174. *μετασχηματισμός· παρθένος, παρθενικὴ* Gramm. in Boiss. Anecd. III. p. 322. sive Ioseph. Rhacend. *συνοψ. ῥητορ.* p. 569, 16. Leisner, et Schaefer, in Bos. Ellips. p. 230. sq., *ἰχθυόεις* Maneth. IV. 242., si fides D'Orvillio est, humanus, herilis Rittershus. in Oppian. Hal. II. 43. p. 227. Gronov. in Liv. VIII. 9. Conf. Perizon. in Sanctii Minerv. I. 1. p. 2. not. 1,

Sed urbium insularumque potius nominibus intendamus. Thebis igitur contrarie res cecidit ac Plataeis, quae quum a Plate Onchesti filia nomen reperisse putarentur Schol. Hom. Iliad. II. 504. p. 81, 22. appellari solita est *Πλάταια* sive *Πλαταιαί*. De qua re ita Eustathius in Iliad. II. 502. p. 267, 44. et IV. 103. p. 449. extr. *Πλάταια πόλις παρὰ τὴν πλάτην, ὃ δηλοῖ τὴν κώπην· ὡς γὰρ φώκη Φώκαια, νίκη Νίκαια, οὕτω πλάτη Πλάταια*, verum idem posuit in Dionys. Perieg. 437. p. 182, 25. haec: *Φωκαεῖς μέντοι τρισυλλάβως οἱ τῆς Φώκης Ἰωνικῆς πόλεως, ἥτις καὶ Φώκαια λέγεται ὡς Νίκη Νίκαια* probata et spectata Casaubono in Animadvv. ad Athen. (nam commemini) et Gavello in Misc. Obss. Nov. T. V. p. 463., non item Bernhardyo p. 908. „*Φώκης*, inquit, cuius sit fidei latet nec dubium, quin e falsa lectione sit collectum: cf. var. lect. Herod. I. 80." Certe Thraciae oppidum et *Νίκην* dici et *Νίκαιαν* auctores sunt Cangius in Annae Comnen. Alex. VII. p. 328. et Froehlichius ap. Eckhel. Doctr. Numm. II, p. 36. Theodoret. Eccles. Hist. II. 16 p. 879. *Νίκη τῆς Θρᾴκης*. Ne rem denuo evolvam bene alias explicatam, transcribam Gavelli verba ex Misc. Obss. Nov. T. IV. p. 246. „Stephan. v. *Ἄμυρος· καὶ τὴν πόλιν Ἀμυρικὴν καλεῖ*, non quod urbs primarie, ut ita dicam, *Ἀμυρικὴ* appellata fuerit, sed *πόλις Ἀμυρικὴ* idem esse videtur quod *Ἄμυρος* eo nempe schemate, quo *τὸ παράγωγον* ponitur *ἀντὶ τοῦ πρωτοτύπου*. Sic *Κερνεᾶτις νῆσος* pro *Κέρνη* Lycophro 1084. (add. *νῆσος Φλανωνία* vel *Φλάνων* Boissonad. in Basil. Schol. T. XI. Electt. Mss. Reg. p. 75. not. 2.), *Ταρτήσσιον ἄστυ* Steph. v. *Τάρτησσα*, *Ψύρα νῆσος* v. *Ψύρα*, *Ἰκαρία νῆσος* in exc. Ptolem. Heph. p. 323., Cretensis insula pro Creta Hygin. 139. et quae plura observare licet. Nonnumquam *ἐλλειπτικῶς* sola adiectivi forma ponitur ut *Ἰκαρία* pro *Ἴκαρος* apud Strabonem et alios, *Λεσβία* apud Stephanum in v. *Χρύση*, *Ναρβονησία* v. *Νάρβων*. Ne dicam id fere perpetuo fieri in nominibus urbium, regionum et insularum, ut suppleri debeat *πόλις*, *χώρα*, *γῆ* (v. Stephan. v. *Αἰμονία*) vel *νῆσος*". Idem leviter tetigerunt Schwebelius et Schaeferus ad Bos. Ellips. p. 81. Hinc natum est, quod apud Euphorionem legitur *Δυμαία* fr. LXVIII. p. 137. (*Δυμαῖαι* Etym. M. p. 291, 15.), *Ἐφυραία* Wichers. Theopomp. fr. 340. p. 279., *Κρηναία*, de quo Iacobsius in Anthol. Palat. p. 231., *Ἀκταία* et *Πυῤῥαία* confirmatum illud ab Heerenio ad Menandr. *περὶ ἐπιδεικτ.* p. 184., hoc ab Schneidero in Theophrast. Hist. Plant. IX. 18, 10. p. 826. sq., *Αἰγαία* allatum ab Is. Vossio in Pompon. Mel. II. 3, 2. p. 140. et (*Πυλαία*) in Scylac. Peripl. p. 93., quod restituendum arbitror esse Scylaci Peripl. p. 35.; quemadmodum *Κυμαία* pro *Κύμια καὶ ἡ πόλις*, quod enotatum habeo ex lexic. schedogr. v. 339. Boisson. Anecd. IV. p. 383. et commemoravit Salmasius Plin. Exercitt. p. 443. a. F. Neque alia ratio est nominis *Ἰστρία*, de quo Nic. Heinsius in Ovid. Epist. ex Pont. I. 2, 89. et Wesselingius in Hierocl. Synecd. p. 637. atque *Δαυλεία* sive *Δαυλία* (ut *Βοῦλις* et *Βούλεια* Siebelis. ad Pau-

san. X. 37, 2. p. 316. Vol. IV.) cum ab Holstenio in Stephan. p. 93. et Burmanno in Ovid. Met. V. 276., tum ab Tzschuckio in Strabon. IX. p. 423. T. III. p. 527. contestati, ut in expedito sit pristinum scribendi genus integrare et in Catalogo Episcoporum ap. Bandur. Antiqq. Cpolit. VIII. p. 239. F. ὁ Διαυλείας, ὁ Κορωνείας et in loco Ioannis Siceliotae p. 231, 15. ἦσαν δὲ οὗτοι (Φωκεῖς) μετὰ τὴν Βοιωτίαν τὸν Παρνασσὸν οἰκοῦντες καὶ τοὺς περὶ τὴν διαύλειαν τόπους. Conf. Stephan. Byz. p. 147, 33. οἱ δ' ὕστερον Δαύλειάν φασι. Etymol. Magn. p. 250, 7. ἡ πόλις δὲ νῦν Δαυλία καλεῖται, quod nomen restituendum inde est p. 111, 23. sive Anecd. Cram. I. p. 83, 13. ἐν δ' Αὐλίδι τῆς Φωκίδος τὰ περὶ Τηρέως λεγόμενα μυθολογεῖται. Idem vitium obrepserat Statio Theb. VII. 344. et Tzetzae in Hesiod. Opp. 566. p. 335, 1. ὁ Τηρεὺς — ἐν Αὐλίδι τῆς Βοιωτίας ἀποπαρθενεύει ταύτην· conf. Plutarch. de Ser. Num. Vind. c. XII. Harlei. lib. Αὐλίαν ap. Wyttenbach. p. 64. et Abresch. Animadvv. in Aeschyl. Choeph. 674. T. I. p. 455. Et iam succurrunt Βάρκη, Βαρκαία Stephan. Byz. p. 104, 30., Ἐπίδαυρος — λέγεται καὶ Ἐπιδαυρὶς καὶ Ἐπιδαυρία Etym. Magn. p. 358, 35., Δαρδανία Muncker. in Hygin. fab. CCLXXV. p. 332., Ὀπουντία Syncell. p. 655, 17., a quibus quid differant Οἰάνθεια Sturz. Hellanic. fr. CXV. p. 148. Δέρβη· — λέγεται δ' ἴσως καὶ Δέρβεια Steph. Byz. p. 150, 29., Εὐρώπεια, alia, alias fortasse dicam. Ceterum quorum nominum similem rationem declaravi supra II. 3. p. 123., iis hic addam Ὀμφαλίη Schrader. Emendd. p. 152. (Ὀμφαλίς Hellanic. ap. Steph. Byz. p. 37, 25. fr. CXI. p. 147. a multis prave sollicitatum), Aeglaea Appulei. de Orthogr. 58. p. 12. Adonius Runkel. Cratin. p. 91. Oudendorp. in Appulei. Met. II. p. 155., quod reddendum est Plutarcho Amator. XIII. p. 23. Vol. XII. ὥςπερ Ἄτται τινὲς καὶ Ἀδωναῖοι. At nomen Πυθίαν, quod tenet Romanus codex in Himerii Orat. XIV. 15. p. 636. ἐν Πυθίᾳ τὸ ἀνάθημα φαίνεσθαι, Wernsdorfius eiecit haud cunctanter? Quid ita? quia neque morem ille Graecorum scriptorum perspexerat nec circumspexerat exempla. Cognitionem tamen eius formae ceperat Scaliger in Euseb. Chron. A. DCCXXXV. p. 44. b. ex Ptolemaeo ac nescio unde Olearius in Philostrat. Vit. Apollon. VI. 11. p. 247. not. 71. Et sunt aliquot loci, unde id excitetur vocabulum, velut Nicephori in Synes. p. 399. C. ἐν Πυθίᾳ propter verbi insolentiam a Lobeckio Aglaoph. p. 618. notati, Schol. Eurip. Phoen. 222. p. 66. Κασταλία ἐστὶ πηγὴ ἐν Πυθίᾳ et 232. p. 69. λέγεται δὲ τὴν Πυθίαν οὕτω παρωνομάσθαι ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ κατασαπέντος δράκοντος, gloss. Pindar. Olymp. VII. 31. p. 185. ἤτοι ἐν Πυθίᾳ· ἐνταῦθα γὰρ ἡ Κασταλία πηγή· τῇ ἐν Πυθοῖ. Anecd. Cram. IV. p. 320, 4. ἐν Πυθίᾳ. Schol. Aristid. Panath. p. 331, 26., qui locus anceps haberi potest, ἦλθεν ἐς Πυθίαν μαθεῖν βουλόμενος. argum. Aesch. Sept. p. XI. Weig. ἀπῆλθεν ἐρωτήσων εἰς τὴν Πυθίαν ἤγουν εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος μαντεῖον. Suid. v. Πυθεῖον· τὸ μαντεῖον. Πύθια δὲ τόπος καὶ ἑορτή T. III. p. 236.

Phavorin. v. *Πυθία*. Apostol. XVI. 97. *λέγονται οἱ Δελφοὶ καὶ Πυθώ· πύθω γὰρ τὸ σήπω· Πυθὼ οὖν καὶ Πούθια* („Putium, pythium Apollinem" gloss. Placid. p. 492.) *καὶ Πυθία*. gloss. in Planud. Met. p. 25. *Πύθων, ἀφ' οὗ καὶ Πυθία τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος μαντεῖον*. Quam porro Latini scriptores aetate posteriores nominum, qualia sunt Babylonia, Lacedaemonia, Sidonia usurpatione non dicam se non abstinuerunt, sed delectati sunt? Testes sunt eius rei Salmasius Exercitt. Plin. p. 865. F. et Dederichus in Dict. Cretens. I. 5. p. 16. conf. Dempster. in Coripp. de laud. Iustin. III. 279. p. 432.; in Diodoro tamen *Βαβυλωνίαν* extare et Hemsterhusius noluit ad Lucian. Necyom. IX. p. 345. Vol. III. et Wesselingius in libr. II. p. 125, 5. Neque Horatii elegantiam ab hoc genere plane abhorruisse signo est in vulgus notum illud „Daunias" Carm. I. 22, 14. (*Δαυνίς* Arcad. p. 32, 16. *τῆς Δαυνίτιδος χώρας* Scylac. Peripl. p. 11. Gron.), cui non tam illa aliquo modo congruentia videntur esse „in Privernati, in Antiati" (quae tuta praestant Perizonius Animadvv. Hist. c. VIII. p. 334., Gronovius in Liv. XXII. 1. Oudendorpius in Iul. Obseq. c. XCVIII. p. 122. exempl. Kapp. conf. Salmas. et Casaub. in Vopisc. Prob. 23. p. 689.), quam *Θεσπιάς* in Epigr. Gr., Parthenopis ap. Solin., Achaeis ap. Ovid. (*Ἀχαιΐς* Nonn. XXV. 269. p. 656, 17.) consignata a Salmasio, cuius doctrinam fere solent fastidiose negligere, Plin. Exercitt. p. 45. b. D. et in Capitolin. vit. Gord. tert. 32. p. 129. et in Trebell. Pollion. vit. Trig. Tyr. 18. p. 302. „Daphnidem). Amarunt hunc typum in plerisque urbium et locorum nominibus enuntiandis veteres, sed et magis provinciarum. Nam Atthidem pro Attica dixere, Persidem, Arcadem pro Arcadia, Nomadem pro Numidia, Permessidem Martialis pro Permesso „Quid tibi cum Cyrrha, quid cum Permessidos unda?", sic Pimpleidem pro Pimplea idem. Synnas quoque urbs apud eundem, quae *τὰ Σύνναδα* Graecis". Quamquam nonnullis videbitur illud (neque id plane fugit Peerlkampium) rem facere incertiorem, quod integrum est hac verba intelligere ratione: nec Daunias tellus alit nec Iubae (tellus) generat tale portentum. Similiter Ovid. Heroid. Epist. XVII. 133. „Prima mea est — voluptas Nec te Palladios nec te Iunonis honores Auditis Helenae praeposuisse bonis". Ceterum in latino vocabulo non absurdam scriptoribus visam fuisse formam graecam probavit Nic. Heinsius in Ovid. Heroid. Epist. XV. 164. IX. 73. Ad haec *Κνιδίαν*, de quo ambigebat Wesselingius in Diodor. V. p. 379, 14., de ipsa Cnido apud Callimachum esse, similitudine nominum *Κῶα*, Melia evicit Salmasius ad Inscr. Herod. Attic. p. 41.; Ebosiam probavit Gronovius Diatr. c. XIV. p. 137. et Salmasius Plin. Exercitt. p. 658. D. b., Ceam Verheykius in Antonin. Liberal. I. p. 10. sq. et Bosscha in Appulei. Apol. p. 399. b., Cimoliam Oudendorpius in Iul. Obseq. C. p. 124. *Αἰγιναίη* Wesselingius in Herod. V. 86. p. 91. *Καλυμνία* Steph. Byz. p. 232, 12. *Ῥοδία* id. cod. Rehd. v. *Δαίδαλα* p. 144, 7. „Chrysea insula" Recognit. S. Clement.

IX. 24. p. 309. B. Sed ne longius prolabar, cetera de hoc genere alio loco pertractabuntur. — Haec pridem sic perscripta et elaborata, vulgata Lobeckii dissertatione de substantivorum primae declinationis paragoge ionica (Paralip. p. 297. sq. conf. V. p. 360. sq.) tamen omnino indigna duxi, quae aut mutando corrumperem aut absconderem et supprimerem.

COROLLARIUM V.

[I. 4. p. 62. p. 69.] Ad Thebaidem chelyn primum me revocem non Pindari illam quidem (ἡ Θηβαΐς κινύρα δὲ — τὸν Πίνδαρόν σοι λέγω — Tzetz. Chil. VII. 19.), verum Amphionis, quam dicit Statius Silv. II. 2, 60. „iam Methymnaei vatis manus et chelys una Thebais". Apud Ovidium Met. VI. 163. „omnes Thebaides iussis sua tempora frondibus ornant". Conf. Lobeck. in Phrynich. p. 41. Sed apud Senecam Agam. 315. „tu quoque nostros Thebais hospes comitare choros Quaeque Erasini gelidos fontes Quaeque Eurotam quaeque virenti Tacitum ripa bibis Ismenon", in quibus disceptandis Gronovius levem admisit errorem, Bothius autem id sibi sumpsit, ut omnia perverteret audacissime, auctor sum ut amotis Thebis sufficiatur Thera sive There (Callimach. h. in Apoll. 73. Epigr. XXVII. fragm. CXIII. p. 363. Gronov. in Senec. Nat. Quaestt. VI. 21. p. 334. exempl. Elzev.), quam contentionis aliquid habere cum Thebis docet tum locus Syncelli p. 400, 16. sive Eusebii Chron. p. 320. a Scaligero et Hephaestionis VIII. p. 49. ab Meinekio in Euphor. p. 10. correctus, tum Suidae v. αὐτόχθονες p. 882, 8. αὐτόχθονες δὲ — Θηβαῖοι καλοῦνται. Bruxell. θηραῖοι. Adde quod controversiam vocum θηροφόροι et θηβοφόροι in Paralip. 151, 3. Anthol. Graec. Vol. III. P. III. p. 710. Iacobsius diremit et in Nonni Dionysiacis XIII. 236. p. 364, 25. καὶ ἐδέθλια Θήβης Cunaeus reposuit Τάρβη vel potius Τάρρα Meurs. Cret. I. 15. p. 60. Quamquam ego auctor suasorque sum rescribendi nominis Βήνης, de quo dixit idem Meursius I. 7. p. 22. sq. - Ad cuius vitii originem comparare commodum est cum quod apud Achill. Tat. IV. 11. p. 92, 1. in coll. Hamb. pro Θηβῶν βηθῶν et βήβη pro Θήβη in Etymol. M. (vid. I. 4. p. 59.) et Θήβαζε pro Βήσαζε extat apud Isaeum περὶ τοῦ Πυρρ. κληρ. p. 32, 22., tum quod crebro a librariis cum Θῆβαι commutatum est Θῆναι, de quo infra dicetur enucleatius. Etiam Hesychium afferam Βῆνος· κιβωτός p. 723. Θήβα· κιβώτιον p. 1709.

Sed de Thebe aliqua supplenda sunt. Alteram Theben igitur commemorat Porphyrius ap. Schol. Hom. Il. IX. 383. p. 258, 9. *Θῆβαι (Αἰγύπτιαι) ὀνομάζονται ὑπὸ Ἑλλήνων ἀπὸ Θήβης Νείλου θυγατρός*, ubi haud satis deliberata et concocta apposuerunt duo Scholiastae *ἢ Ἀσωποῦ*. conf. I. 4. p. 71. 65. De Thebe Iovis filia an nutrice dixit Munckerus in Hygin. fab. CCLXXV. p. 331. conf. Cuper. Obss. IV. 7. p. 414. Tertia est ea, ex qua Thebae Hypoplaciae nomen habuerunt, de qua Schol. Hom. Il. I. 366. p. 31, 29. et VI. 396. p. 195, 4. et Eustathius p. 649, 45. *Θήβη θυγάτηρ γέγονεν Ἀδραμύστιος ἀνδρὸς Πελασγοῦ τοῦ τὴν Ἀδραμυστίαν ὁμώνυμον ἑαυτῷ κτίσαντος, ἣν οἱ ὕστερον Ἀδραμύτιον μετεκάλεσαν εὐφωνότερον*, a quo leviter dissidet Tzetza in Hesiod. Opp. 161. p. 139, 21. et Laurentius Lydus de menss. IV. 18. p. 168. *τὸ Ἀτραμύττειον — ἀπὸ Ἀδραμύττου τοῦ ἀδελφοῦ Κροίσου*. Add. Staver. Addend. in Hygin. fab. CCLXXV. p. 959. Haec autem tractanti mihi cum alii tum Hagenius auctor scriptionis, quae est de Asopi liberis, sane aureolae defuit insigniter. Ideoque quo simul partem a ceteris relictam expleam et inceptam disputationem, si modo possum, consummem, expromam aliqua de stirpe Asopi fluviorumque connubiis. Asopus igitur duodecim filias habuit Diodoro teste IV, p. 316, 36. aut, si Apollodoro III. 12, 6. p. 252. fides habetur, viginti, quas indiligentius recensuit Natalis Comes VIII. 16. p. 895, De quibus ego annumero has (conf. I. 4. p. 68.): Thespiam Pausan. IX. 26, 4. p. 93. Diodor. l. d. Schol. Arat. Phaen. 223. p. 58., Ismenen Apollod. II. 1, 3. p. 78. 79., Pronoën Schol. Il. II. 517. p. 82. a. 39. Oeroën Wesseling. in Herod. IX. 51, 10. p. 266., Euboeam Eustath. in Iliad. II. 536. p. 278, 30. Spanhem. in Callimach. h. in Del. 78. p. 376. conf. III. 1. p. 260., Plataeam Pausan. IX. 1, 2. p. 3, 4. 2, 5. p. 10. 3, 1. p. 11., quam Onchesto patre natam vult Scholiasta Il. II. 504. p. 81, 23. Neque hoc loco non tempestivum est praeverti ad memoriam primum Strabonis IX. p. 412. T. III. p. 462. et Eustath. in Il. p. 269, 17. *ἔστι δὲ καὶ Σικυώνιος δῆμος Πλαταιαί*, deinde Scholiastae Pindar. Olymp. XIII. 148. *ἡ Σικυὼν, ἔνθα ἤγετο τὰ Πύθια· τῆς Βοιωτίας δὲ ἦν αὕτη πόλις* et 155. *ἡ δὲ Σικυὼν Βοιωτίας*, quae tamquam „nimis imperita et solo recentiore Scholiasta digna" Boeckhius secus atque Meursius Graec. Fer. p. 753. F. delevit p. 288. et praef. ad Schol. p. XXV. Quem quidem consilio praecipitem ac devium coarguo Polemonis testimonio ap. Schol. Clement. Alexandr. p. 108. *χοιροψάλης Διόνυσος ἐν Σικυῶνι τιμᾶται τῆς Βοιωτίας, ὡς Πολέμων ἐν τῇ πρὸς Ἄτταλον ἐπιστολῇ*. Itaque videtur inter Boeotios homines et Peloponnesios (conf. I. 4. p. 68.) haec quoque intercessisse non solum aemulatio, sed etiam obtrectatio, quod Sicyonii Plataeam suam esse confirmarent, Plataeenses suum vindicarent oppidum Sicyonem campumque Sicyonium illum illustri laude celebratum. Gregor. Nyss. Epist. II. ad Adelphium Scholast. p. 628. A. *οὐδὲν ἐκεῖνος ὁ Ἑλικών, μῦθος τῶν μακάρων αἱ νῆσοι, μικρόν τι*

χρῆμα τὸ πέδον τὸ Σικυώνιον, κόμπος τις ἄλλος (scrib. ἄλλως vid. Iacobs. in Achill. Tat. p. 408. Boissonad. in Basil. Schol. in Electt. Mss. Reg. T. XI. p. 78. sq.) ποιητικὸς τὰ κατὰ τὸν Πηνειὸν διηγήματα. Suid. T. III. p. 313. Σικυώνιος καὶ Σικυώνιον πεδίον οὕτω καλοῦσι. De Sicyone hoc praeteriens addam, apud Theodorum Metochitam 93. p. 592. ὅσα συμβεβήκει Σεριφίοις κοινῇ τε καὶ ἰδίᾳ τισὶν ἴσως ἢ Μηλίοις ἢ Σιφνίοις ἢ Σικυωνίοις ἢ ἄλλοις οἱστισιοῦν πολιχνίοις ἐν Πελοποννήσῳ ἢ κατὰ τὴν ἄλλην ἑλληνικὴν ἤπειρον ἢ νησιδίοις κατὰ τὸν Αἰγαῖον. Καὶ μακαρίσαι τις ἂν ἴσως ὡς ἔτυχεν ἐκεῖνα τιμῆς ἀμέλει ταύτης τῇ μνήμῃ διὰ τῆς ἐπαινετῆς γλώττης καὶ περισπουδάστου τοῖς ἑλλογίμοις Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου καὶ Ξενοφῶντος καὶ ὅσοι λοιπὸν τοῖς περὶ λόγους ἔχουσι φροντίδος ἀξιούμενοι, in hoc igitur loco, in quo requiri videatur non illustris aliqua civitas, quales memorat idem Theodorus 112. p. 754. ποῦ νῦν Μυκῆναι; ποῦ Μεγάλη πόλις; ποῦ Σικυών; ποῦ — Σπάρτη;, sed minor civitas, quae quasi quadam in obscuritate atque umbra lateret, reponendum censeo esse Scionaeorum nomen, de quorum excidio vid. Davis. in Maxim. Tyr. XII. 5. p. 224. et XVIII. 7. p. 350. Popp. in Thucyd. Vol. II. p. 374. sq. Schol. Aristid. p. 92., quod nomen multifariam aemulum adversumque fuit Sicyoniis veluti apud Procopium Paneg. Anastas. p. 501, 8. et Maximum Tyrium XII. l. d. eosque, quos commemorat Wesselingius in Diodor. XII. p. 528, 13. — Post has, quas Asopi filias dixi, afferre me haud poenitet Asopidem Diodor. p. 316, 39., Hagenio p. 91. multarum opinationum caussam, quod ego nomen non nihil pertinere arbitror ad Asopum, Laconiae urbem, de qua egerunt Meursius Misc. Lacon. IV. 4. p. 259. sq. Spanhemius in Callimach. l. d. Wesselingius in Hierocl. Synecd. p. 647. Clintonus Fast. Hellen. p. 401. not. g. Tum affero Orniam Diodor. p. 316, 39.; huius enim nominis vulgandi trium librorum fidens auctoritate suasor fio, quum ceteri aut Οἰνόην amplectantur aut in suspectando se contineant a vocis corruptae correctione ut Hagenius p. 34. Eustath. in Il. II. 571. p. 291, 7. Ὄρνειαὶ δὲ ἢ δίχα τοῦ ῑ Ὀρνεαί — ἐστι κώμη μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος· ταύτην δὲ ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας πόλιν λέγει, οὐ κώμην· πληθυντικῶς δὲ καὶ αὗται λέγονται ὡς καὶ αἱ Κλεωναί· καλεῖται δὲ οὕτως ἢ ἀπὸ Ὀρνέως υἱοῦ Ἐρεχθέως ἢ ἀπὸ Ὀρνέας νύμφης ἢ ὅτι ἐφ' ὕψους κεῖνται ἢ ὁμωνύμως Ὀρνέᾳ τῷ ποταμῷ. conf. Pausan. II. 25, 5. p. 313. Strab. VIII. p. 382. T. III. p. 282. sq. Orniae subiungo Rhoden, cuius memoriam instaurarunt Munckerus in Hygin. fab. CLVI. p. 227. et Boeckhius Explic. Pindar. Olymp. VII. 13. p. 169. et Sturzius Hellanic. fr. CXV. b. p. 148. sq., fide Scholiastae Hom. Od. XVII. 208. Ἥλιος Ῥόδῃ μιγεὶς τῇ Ἀσωποῦ παῖδας ἴσχει Φαέθοντα καὶ Λαμπετήεντα καὶ Φαέθουσαν. Eius nuptias, ut mea coniectura fert, extiterunt qui ab Iove redemptas aureo imbre affirmarent, quo meritam mercedem maxima pars hominum interpretaretur Rhodiis solutam, quod Minervae primi sacra instituissent. Philostrat. Imagg. II. 28.

p. 853. Ῥοδίοις δὲ λέγεται χρυσὸς ἐξ οὐρανοῦ ῥεῦσαι καὶ διαπλῆσαι σφῶν τὰς οἰκίας καὶ τοὺς στενωποὺς, νεφέλην εἰς αὐτοὺς ῥήξαντος τοῦ Διὸς, ὅτι κἀκεῖνοι τῆς Ἀθηνᾶς ξυνῆκαν. Schol. Hom. Il. II. 670. p. 88, 36. χρυσὸν ἔβρεξεν ὁ Ζεὺς, ἐπεὶ πρῶτοι γενομένῃ τῇ Ἀθηνᾷ ἔθυσαν. Quam pietatis gratiam multi, ut Gregorius Nazianzenus carm. CLXXIX. p. 399. B. Gall. omissus Meursio Rhod. I. 17. p. 52. et Boeckhio Explic. Pindar. Olymp. VII. 32. p. 171. et Claudianus Sec. Cons. Stilich. 226. et Nicephorus Basil. Progymn. VII. 5. p. 476, 16. οὐκ Ἀθηνᾶς ταῦτα γοναὶ καὶ βωμὸς ἄπυρος καὶ Ῥόδος ὅλη πόλις ἐπ' Ἀθηνᾷ χαίροντες, ornarunt, partim sub exemplo Pindari, quem sequi se haud obscure fatetur Iulianus fragm. Orat. p. 290. B. τί γὰρ ἀπαιτοῦμεν, ἵνα χρυσὸν ὥσπερ τοῖς Ῥοδίοις ὁ θεὸς ὕσῃ τοῖς πένησιν; et Theodorus Hyrtac. Epist. LXXIII. p. 26. T. VI. Notit. et Electt. Mss. Reg. μιμήσεται μὲν βασιλεὺς τὸν θεὸν, σὺ δὲ τὴν νεφέλην, ἀφ' ἧς χρυσὸν Ῥοδίοις ὗσεν ὁ Ζεύς. Add. Anonym. Epist. IX. p. 172, 2. Anecd. Cram. τοῖς μὲν οὖν Ῥοδίοις ὁ Ζεὺς, ὥς φησι Πίνδαρος, ξανθὰν ἀγαγὼν νεφέλαν πολὺν ὗσε χρυσόν. Ab Iove igitur illas defluxisse divitias plerique memorant, a quibus dissidet poeta nescio quis ap. Natal. Comit. V. 17. p. 541. Κύπριδος Ἠελίου τε Ῥόδος θῆκ' οὔνομα (Boeckh. Explic. Pind. p. 169. θῆ τοὔνομα) νήσῳ· Τρεῖς τούτων παῖδες πόλεσι τρισίν. Ἡνίκα κοίτην Εἰς ανάβησε θεᾶς, σταγόσιν θεὸς ὕσατο χρυσοῦ· Πλεῖστα δόδ' ἤνθησαν φοινίκεα καὶ κρίνα λευκά. Ducor autem in hac re iis, quae leguntur in Clement. Homil. V. 13. p. 672. B. Εἶμα τῇ γηγενεῖ ἐν Ῥόδῳ διὰ ὄμβρου συνῆλθεν, ἐξ ἧς Παργαῖος, Κρόνιος, Κῦτος sic expressa in Recognitt. X. 22. p. 318. A. „Imandram Geneani apud Rhodum (stuprat) mutatus in imbrem". Quod vocabulum quale sit acute pervidit Cotelerius: „Codd. Sorb. et Th. Mandam Gegeneam. Reg. et Pet. Imandam Geneam. Candel. Immandam Gegeneam. Ex quibus suspicor Rufinum audientem a lectore suo Εἶμαν τὴν γηγενέα vertisse Imandam Gegeneam, cum debuisset Imam terrigenam". At haec Imma scire desidero quae fuerit. Neque enim cadit in hunc locum Ima Syriae urbs, de qua Salmasius ad Vopisc. Aurelian. 28. p. 482. et in Exercitt. Plin. p. 445. a. A. aut satis commendabile videtur esse nomen Inessa, proditum a Vibio Seq. p. 22. „Inessa (scribi opto Ignessa conf. Albertius in Hesych. Vol. II. p. 16. not. 14.) Rhodi, a quo (fonte) Siciliae civitas Inessa". Videlicet homo esse officium suum putavit aliqua consociatione cum Rhodia nympha eam illigare civitatem, quam acceperat esse in Sicilia ex Strabone VI. p. 268. T. II. p. 259. Oberlin. p. 231. Steph. Byz. 35, 27. Αἴτνη — ἐκαλεῖτο δὲ πρὶν Ἴνησσον. Sed quid verum dissimulo? Certus enim sum qui substituam Ἰμαλίᾳ τῇ γηγενεῖ —, ἐξ ἧς Σπαρταῖος. Hoc me monuit Diodorus V. p. 374, 15. γενέσθαι δὲ — ἐν τοῖς πρὸς ἕω μέρεσι τῆς νήσου τοὺς κληθέντας γίγαντας· ὅτε δὴ καὶ Ζεὺς λέγεται καταπεπολεμηκὼς Τιτᾶνας ἐρασθῆναι μιᾶς τῶν νυμφῶν Ἰμαλίας ὀνομαζομένης καὶ τρεῖς ἐξ αὐτῆς τεκνῶσαι παῖδας Σπαρ-

ταῖον (alii Παρταῖον), Κρόνιον, Κύτον. Ad Pirenen veniam (Diodor. IV. p. 316, 37.), de qua dictum est II. 6. p. 186. Quo fonte nonnulli voluerunt Asopum Sisyphi operam remuneratum esse Schol. Eurip. Med. 69. p. 344. sq. Pausan. II. 5, 1. p. 223. Τὴν δὲ πηγὴν, ἣ ἐστιν ὄπισθεν τοῦ ναοῦ (Ἀφροδίτης), ὕδωρ μὲν Ἀσωποῦ λέγουσιν εἶναι, δοθῆναι δὲ Σισύφῳ· τοῦτον γὰρ εἰδότα ὡς εἴη Ζεὺς ἡρπακὼς Αἴγιναν θυγατέρα Ἀσωποῦ, μὴ πρότερον φάναι ζητοῦντι μηνύσειν, πρὶν ἢ οἱ καὶ ἐν Ἀκροκορίνθῳ γένοιτο ὕδωρ· δόντος δὲ Ἀσωποῦ μηνύει οὗτος —· ἤκουσα δὲ ἤδη τὴν Πειρήνην φαμένων εἶναι ταύτην καὶ τὸ ὕδωρ αὐτόθεν ὑπορρεῖν τὸ ἐν τῇ πόλει· Quos autem significarit Themistius Orat. XI. p. 180, 9. supra posit. I. 4. p. 66. amores, eruere licuit ex iis, quae de Corinthi nuptiis finxit Himerius Eclog. XIII. 22. p. 222. ἡ δὲ ἀντερᾷ τοῦ νυμφίου καὶ δώρῳ (al. δώρων) πιστοῦται τὸν γάμον· ἀναδίδωσι γὰρ ἐκ μέσης θαλάττης πηγήν· ἡ δὲ ὥςπερ ἐπισταμένη τοῦ χάριν ὑπὸ τῆς νύμφης ἐγένετο, κλέπτει μὲν τοῖς ἄλλοις πλωτῆρσι τὰ νάματα, μόνοις δὲ τηρεῖ τοῖς ἐκ τῆς νύμφης τὴν πότιμον φιλοτησίαν ἀρύσασθαι. Quod munus omnino differt ab eo genere, quod ab Alpheo in Siciliam devehi solitum ostendunt Boschius in Anthol. Gr. Vol. IV. p. 363. et 160. et Iacobsius in Achill. Tat. p. 484. At vero Himerii interpretem haud levis pravitas de recta via deflexit talia opinatum: „loquitur Sophista de terra Corinthiaca, quae νύμφη est, et Asopo fluvio eius marito et mutui amoris pignore Pirene fonte". De Asopo quidem ex insperato et repente marito Corinthi facto frontem remittam; verum gravissime de illo opinor, quod a sponsa fontem elicitum sumpsit potuitque proponere Graeca in latinum sermonem conversa hoc modo: „ipsa redamat sponsum et dono obsignat nuptias: edit enim fontem ex ipso pelago, qui quasi intelligeret, cuius gratia a sponsa procreatus sit, subducit navigiis ceteris suas undas". Quid? de sponso nuptialis muneris auctore cogitatum non erat? Itane tandem? Quaerenti iam et illud probabile elucet, a Neptuno Corinthi amatore ex mari in amicae sinum emissam esse fontanam nympham, quam ille conciliatricem amorum et quasi lenam haberet donando blandam et efficacem, nec dubium est, quin pristino tempore ad id antiquitus verba congruerint sic scripta: ἡ δὲ ἀντερᾷ τοῦ νυμφίου, οὗ καὶ δῶρον πιστοῦται τὸν γάμον. Sic enim eam rem narrare hoc loco Himerium decebat quam maxime; reliqui, id quod non multum discrepat, ipsius Pirenes amori Neptunum vacavisse auctores sunt. Pausan. II. 2, 3. p. 210. Κορινθίοις δὲ τοῖς ἐπινείοις τὰ ὀνόματα Λέχης καὶ Κεγχρίας ἔδοσαν Ποσειδῶνος εἶναι καὶ Πειρήνης λεγόμενοι et 3, 3. p. 213. Extremus mihi labor erit de Evadne Asopide, de qua commemorat Ovidius Amor. III. 6, 39.

Ille fluens dives septena per ostia Nilus,
Qui patriam tantae tam bene celat aquae,
Fertur in Euadne collectam Asopide flammam
Vincere gurgitibus non potuisse suis.

Male vero narrat Ovidius; constat enim Aegyptum fuisse apud Nilum in caritate et amore. Himer. Or. XIV. 8. p. 618. ὁ δὲ ποθεῖ μὲν καὶ ταῖς ἄλλαις ὥραις τοῦ ἔτους τὴν Αἴγυπτον. Nonn. VI. 346. p. 198, 6. ὁ μὲν εὐκάρποια δι' αὔλακος ἤθελεν ἕρπειν Τέρπων ἰκμαλέοισι φιλήμασι διψάδα νύμφην et III. 271. p. 100, 21. Νεῖλον ἐφημίξαντο φερώνυμον, οὕνεκα γαίῃ Εἰς ἔτος ἐξ ἔτεος πεφορυμένος ὑγρὸς ἀκοίτης Χεύματι πηλώεντι νέην περιβάλλεται εἰλύν. Wernsdorf. in Himer. VIII. 5. p. 548. Valckenar. Diatr. in Eurip. VI. p. 53. Himer. Or. XVI. 2. p. 684. σὸς ἐραστὴς οὐ ποταμός τις ἀλλόφυλος ὁποῖα περί τινας πόλεις ποιητῶν φῆμαι κομπάζουσιν. Nicephor. Ethop. VII. 12. p. 497, 30. ἵνα πολυδιψίῳ πόλει πηγή τις ἀναροιβδήσει πολύκρουνος καὶ διειδὴς γλυκέος ἔρωτος ξύμβολον. Nonn. XXVI. 231. p. 690, 7. Paterer tamen non moleste eum aut Prosopitidi (in quam rem conferatur Hesych. p. 1055. προσωπῖτις· νῆσος ἐν Αἰγύπτῳ — ratam enim facio Meinekii Quaest. Scen. III. p. 34. not. coniecturam per Bastium Ep. Crit. Append. p. 22. — et Lobeck. Paralip. Diss. I. p. 51., atque, qui πρόςωπα et ἄσωπα nonnumquam confusa esse docuit, Iacobsius in Philostr. p. 593.) aut Asiaticae alicui nymphae matrimonio obstringi, quandoquidem ut Sicyonii confirmarunt Asopum ex Phrygia occulto meatu in Peloponnesum pervadere Pausan. II. 5, 2. p. 223. Ibyc. ap. Strab. VI. p. 271. T. II. p. 267., ita alii vulgarunt Euphratem fluvium cum Nilo confundi uti Philostratus vit. Apollon. I. 20. p. 25. φάσκοντες αὐτὸν (Εὐφράτην) ὑπὸ τῇ γῇ ῥέοντα εἰς Αἴγυπτόν τε ἀναφαίνεσθαι καὶ Νείλῳ συγκεράννυσθαι. Philostorgius Hist. Eccl. III. 10. p. 482. B. exempl. Mogunt. Caesarius Dial. III. Resp. CXLV. p. 110. C. Is. Voss. in Mel. I. 8. p. 43. Henr. Voss. Ep. Mythol. II. p. 163. Quae fabula orta videtur Oleario in Philostr. l. d. not. 12. ex eo, quod in paludes distrahi et in terra emori Euphratem crederent plerique praetereaque ut Nilum incrementa capere animadverterent eundem". Sed quo nobis dissonum Euphratis nomen? Aperiam, ex qua parte res diluceat. Teste Plinio Nat. Hist. II. 106. p. 461. „in Delo insula Inopus fons eodem quo Nilus modo ac pariter cum eo decrescit augeturque". Inde fama manavit Nili aquis subter mare advectis Inopum expleri. Vid. Spanhem. in Callim. h. in Dian. 171. p. 247. et Del. 205. p. 449., qui quo tempore Nilum in Aegypto, eodem Mygdonium fluvium circa Nesibin intumescere male sibi suasit ad Iulian. Or. I. 27. B. Obss. p. 191., Casaubon. in Strabon. VI. p. 271. Bachmann. in Lycophr. 576. p. 135. conf. Burmann. in Valer. Flacc. V. 105. Pausan. II. 5, 2. p. 224. οἶδα δὲ καὶ Δηλίων τοιοῦτο ἀκούσας ἕτερον, ὕδωρ, ὃ καλοῦσιν Ἴνωπον, εἶναί φιν ἐκ τοῦ Νείλου, cui subiungo verba Scholiastae Aristoph. Av. 1700. p. 507. reliquis praeterita: Κλειψύδρα κρήνη ἐν ἀκροπόλει, ἧς Ἴστρος ἐν τῇ ιβ' (fragm. p. 63.) μέμνηται τὰ παρὰ τοῖς συγγραφεῦσιν ἀναλεγόμενος· οὕτως δὲ ὠνόμασται, ἐπειδὴ ἀρχομένων τῶν ἐτησίων πληροῦται· παυομένων δὲ λήγει, ὁμοίως τῷ Νείλῳ, ὥςπερ καὶ τὴν ἐν Δήλῳ κρήνην, Inopum enim ab aliis fontem,

ab aliis fluvium habitum esse supra diximus II. 1. p. 99. add. Etymol. M. p. 471, 35. et Choerobosc. Orthogr. p. 222, 4. et Theognost. Canon. p. 69, 19. Ἰνωπὸς ὄνομα ποταμοῦ. Intelligisne, quid vitii Ovidio obvenerit? Fac scriptum olim fuisse Inopide — hoc enim scribendi genus alteri Oenopus praeoptant Tschuckius in Strab. T. IV. p. 311. et Bachmannus in Lycophr. 575. p. 134., ut apud Arcadium p. 67, 17. οἰνωπὸς, ἀσωπός scribendum sit Ἰνωπός — Inopide, inquam, fac scriptum fuisse, tenes omnia; si minus, equidem nolo pro hac caussa disertus esse et de vitii origine et progressu plura persequi habeoque rem prope molestae diligentiae narrare, in qua disserenda re non mediocrem operam curamque posuerit Drakenborchius ad Liv. X. 13, 3. p. 93. conf. Ruhnken. in Vellei. II. 25. p. 152. Heins. in Ovid. Her. Epist. X. 137., aut talia afferre, quale est illud in Paris. et Moscov. libris repertum apud Strabonem IX. p. 408. T. III. p. 439. ἡ χώρα σωπία. conf. II. 3. p. 128. Adde quod Asopus nomen scriptum Αἴσωπος uti apud Theognost. Canon. p. 69, 19. et Iacobs. in Philostr. p. 593. aut Ἄισηπος ap. Burmann. in Propert. p. 641. vel ipsum ad Inopi accedit similitudinem. Quibus, quoniam sic occasio tulit, subiiciam id, quod docuit Havercampius in Tertullian. Apol. XXIII. p. 228. b.: „pro Aesculapius in Ms. Fuld. est Aescopius et sic apud Isidorum aliosque in Mss. semper inveniri testatur Schoppius", ex quo perspicitur, unde exorta sit scripturae pravitas in Clem. Homil. V. 13. p. 672. A. Αἰγίνῃ τῇ Ἀσκληπιοῦ („forte Ἀσωποῦ" Coteler.) πλησιάζει γενόμενος ἀετὸς, ἐξ ἧς Αἰακὸς τίκτεται. Itaque ut hoc mittam, unius syllabae iacturam versus fecerat, quem reconcinnavit aliquis importato Asopi in vulgus noti nomine, magis ille legum metricarum peritior, quam historiae fabularis. Sed Euadnen nemo unus contestatus est praeterquam Ovidius. „Euadnae, Wesselingius ait in Diodor. IV. p. 296, 10., celebres olim fuere duae, altera Iami mater, Capanei uxor altera, memoratae a Schol. Pindari Olymp. VI. 46." (p. 136.) add. Hygin. fab. CLVII. p. 228. Ad quas accedit Euadne, Strymonis et Neaerae filia Apollodor. II. 1, 2. p. 77. Hygin. fab. CXLV. p. 213. Vid. Ilgen. in hymn. in Apoll. Pyth. 31. p. 263. Nihil tamen est, quod id nomen sede sua moliare, Euanthae, cuius forte in mentem venit, haudquaquam posthabendum. Habes ergo fabulam, qua Nilus celebratus fuerit, talem, qualem de Alpheo et Arethusa atque Pyramo Thisbeque (Serv. in Virg. Aen. III. 694. p. 243. „Pisa —, in qua est fons ingens, qui ex se duos alveos creat Alpheum et Arethusam, unde fit, ut fingantur coniungi in exitu". Vid. I. 4. p. 66. sqq.), de Inacho et Melia (II. 7. p. 236. sq.) ac Cephiso Castaliaque vulgatam reperimus Pausan. X. 8, 5. p. 199. sq. τὸ ὕδωρ τῇ Κασταλίᾳ ποταμοῦ δῶρον εἶναι τοῦ Κηφισοῦ· τοῦτο ἐποίησε καὶ Ἀλκαῖος ἐν προοιμίῳ τῷ ἐς Ἀπόλλωνα· βεβαιοῦνται δὲ οὐχ ἥκιστα οἱ Αἰλαιεῖς, οἳ ἐς τοῦ Κηφισοῦ τὴν πηγὴν πέμματα ἐπιχώρια καὶ ἄλλα, ὁπόσα νομίζουσιν, ἀφιᾶσιν ἔν τισιν εἰρημέναις ἡμέραις καὶ αὖθις ἐν τῇ

Κασταλίᾳ φασὶν αὐτὰ ἀναφαίνεσθαι. Postremo ne quid praetermissum putes, Callirrhoen ab Nilo amatam prodidit Servius in Virg. Aen. IV. 250. p. 274. „Nilus Calliroen Oceani filiam amabat. ex his nata puella nomine Chione". Ceterum eadem necessitudine inter se continentur Inopus et Euadne, qua Ismenus et Crocale Ovid. Met. III. 169., ut mittam de aliis. Finem disquirendi facerem, nisi id mihi negotii superesse sentirem, ut lucem affundam Ovidii loco, qui in eodem carmine legitur in hanc sententiam v. 43. „Siccus ut amplecti Salmonida posset Enipeus, Cedere iussit aquam: iussa recessit aqua". Quid enim? ecqui convenit alio loco Enipeum fingere rebus venereis impigre operantem, alio uxoria officia aversantem omnimodo? Pleni omnes libri, plenae scriptorum voces Enipei duritiem lentitudinemque culpantium narrantiumque Neptuni Enipeo simulati libidinem. Strab. VIII. p. 356. T. III. p. 142. *ἡ δὲ Σαλμωνὴ πλησίον ἐστὶ τῆς ὁμωνύμου κρήνης, ἐξ ἧς ῥεῖ ὁ Ἐνιπεύς — · τούτου ἐρασθῆναι τὴν Τυρώ φασιν.* Ovid. Met. VI. 116. „tu visus Enipeus Gignis Aloidas" et Heroid. Ep. XIX. 132. Nonn. I. 123. p. 16, 1. *ὑδατόεις παρακοίτης Χεύμασι μιμηλοῖσι νόθος κελάρυζεν Ἐνιπεύς.* VIII. 245 p. 238, 12. XLII. 120. p. 1084, 23. Liban. Vol. IV. p. 1111. add. Burmann. in Ovid. Met. l. d. et Burmann. alter in Propert. p. 135. Wernsdorf. in Himer. p. 343. Ergo eximiam Heinsius laudem meritus est pristinum scribendi genus coniectura assequutus hocce: Fictus ut amplecti Salmonida posset Enipeus". Praeclare hoc (non diffiteor) ad fabulae fidem excogitatum, sed tam alienum hoc loco est quam quod maxime. Dicit Ovidius ipsa flumina sensisse, quid amor esset; efficit quod proposuit exemplorum prolatione memoriamque usurpat deinceps Inachi, Xanthi, Alphei, Penei, Asopi, Acheloi, Nili, quid tum? Neptuni adiungit fraudem et fallaciam. Quo quid absurdius dici aut existimari potest? Fallor ego aut hoc Ovidius sibi voluit. Ipse Enipeus diutius acerrimus amorum contemptor, quum ad extremum mitiores sibi induisset mores etiam amplexu quodam suo virginem fovit. Sed amplexus illam est siccus, neque ullo voluptatis sensu resolutus; quippe qui nisi fluctibus in thalami speciem incurvatis Neptuno Tyroque operam non commodarit. Lucet sententia mea Himerii verbis iis, quae leguntur in Orat. I. 11. p. 342. *Ἐνιπέα δὲ τὸν ποταμὸν παιδικῶν μὲν ὑπερόπτην οἶδεν ὁ λόγος· ἵνα δέ τινα δῷ καὶ τούτῳ μῦθον ἐρωτικόν, γάμους ἐπ' αὐτῷ τοῦ Ποσειδῶνος σοφίζεται. Ὁ δὲ κυμαίνει καὶ τέρπεται πορφύρων τε καὶ εἰς παστάδα κυρτούμενος· ὥςπερ οἶμαι φρονῶν κατὰ ποταμῶν τῶν ἄλλων, δι' ἃ μόνος τοὺς Ποσειδῶνος πόθους πεπίστευται· ἀλλὰ τί μοι μύθων τῶν ἔξωθεν; Ἐκμαίνει κατὰ τῆς Ἀττίδος πηγῆς* (Callirrhoes) *τὸν ποταμὸν Ἴλισσὸν ὁ γάμος.* Quorum exemplum ab Homero Himerius non magis sumpsit, quam Phistostratus, Wernsdorfio p. 343. omissus, Epistol. LVIII. p. 942. *οὕτω καὶ Ποσειδῶν ὑπῆλθε πορφυρῷ κύματι:* „purpureo flumine" (Barth. in Claudian. Pros. I. 254. p. 898. Drakenborch. in Sil. Ital. XVII. 258.)

id est splendida placidaque aqua. vid. Wernsdorf. in Eclog. X. 18. p. 193. Add. Epist. XL. p. 931. *οἷαι καὶ αἱ πρότεραι ἦσαν, ὧν χρυσὸς ἤρα καὶ βοῦς καὶ ὕδωρ καὶ ὄρνιθες καὶ δράκοντες*, ubi Olearius „fluviorum passim describuntur amores", equidem potius Iovem Himaliamque dici intelligo. Iam de vocabuli siccus vi et potestate dicturo mihi ultro occurrit Horatii illud: „siccis oculis monstra natantia vidit" Carm. I. 3, 18., quod plerique ignorant dudum ab Augusto Matthiae illustratum esse comparatione Euripidii versus Orest. 379. T. VI. p. 174., quem cum Aeschyleo versu Sept. c. Theb. 702. contenderat Lennepius in Phalar. Epist. XIII. p. 71. b. et Iacobsius Anthol. Gr. II. 3. p. 381. et III. 1. p. 63. Peerlkampius autem poterat adiungere Senec. Herc. Oet. 1266. „Invictus olim vultus et numquam malis Lacrimas suis praebere consuetus, (pudet) Iam flere didicit. Quis dies fletum Herculis, Quae terra vidit? Siccus aerumnas tuli" et Lucian. Anachars. 33. Vol. VII. p. 194. *ἢν σπασάμενος τὸ μικρὸν τοῦτο ξιφίδιον τὸ παρὰ τὴν ζώνην μόνος ἐπεισπέσω — γέλωτα ἄν μοι παράσχοιεν δακρύοντες οἱ πολλοὶ καὶ τρέμοντες.* Dempster. in Coripp. Laud. Iustin. I. 49. p. 320. et Horat. II. 14, 6. „illacrimabilem Plutona", quem „lacrimis flecti nescium" esse prave sibi suasit Boschius Anthol. Gr. T. V. p. 60. et cum aliis Peerlkampius. Nihil loquor de Uptono in Arrhian. Diss. Epict. III. 26. p. 226. „Male Bentl. rectis. Nam quamquam forsan in subita consternatione lacrimae non oboriuntur oculis, nec mora tamen oboriuntur ob praesentis periculi recordationem". Atque oculi quidem siccati usque in ariditatem neque ullius affectus indices dicuntur stare Rhoer. in Porphyr. de Abstin. p. 311., at mobiles sunt natantes et quadam voluptate suffusi tum amantium tum ebriorum Ruhnken. in Rutil. Lup. p. 101. sq. Weber. in Iuven. Sat. X. 178. p. 324., qui versus nescio an ab Iuvenale cum testificatione Platonici de animae alis dicti (Wyttenbach. in Plutarch. de Ser. Num. Vind. p. 117.) scriptus sit; aliter sentit eius Scholiasta et Ebertus Diss. Sic. T. I. p. 150. Recordor dein (strictim enim attingo totum hoc genus) de Macedonii versu XII. 3. *τὸν Ἄρηα καὶ ἀζαλέον περ ἐόντα Δείξω τῇ μαλακῇ Κυπρίδι πειθόμενον* Anthol. Gr. IV. p. 84. Quo loco Martem vides siccitate induratum, ut ait Lennepius Anth. Gr. V. p. 248. (de quo uberius disseruerunt Gronovius et Handius Diatr. in Stat. XXV. p. 259. sq. Lobeck. in Soph. Ai. 648. p. 317. Salmas. in Lamprid. Alex. Sev. 59. p. 1026. sq.), nec membrorum mollitia et laxitate dissolutum opponi Veneri tenerae et paene liquore diffluenti. In contrariam partem *ξηρόν* dixit Theocritus XXIV. 60. eum, cuius „exussit siccatas sanguine venas terror" Sil. II. 464. Ergo non quasi *ὑγραῖς ἀγκάλαις*, ut Euripidis verbis utar (fr. inc. I. p. 362.), quae praeter alios transcripserunt auctor vit. Arat. p. 437. et Tzetza Exeg. in Iliad. p. 53, 2., Tyro Enipeus complexus est, sed dum complectitur „succo caruit ut petra pumex" (Priap. Carm. XXXII. 7.) nec quidquam libidinis sensu resolutus est talisque vir fuit, qualem

puellam odio habet Ovidius feminei liquoris amantissimus Art. Am. II. 685. „Odi quae praebet, quia sit praebere necesse, Siccaque de lana cogitat ipsa sua", de quo loco enucleatissime disputavit Burmannus in Heroid. Epist. XV. 134. conf. Scalig. in Varr. de Ling. Lat. VI. p. 219. sq.

COROLLARIUM VI.

[I. 4. p. 69. II. 5. p. 157.] Antiopae Iovem obrepsisse constat imagine Satyri celatum, id est, si interpretari velis cum Malala II. p. 49, 16. et Cedreno p. 25. A., specie vili nec satis decora: *ὁ Ζεὺς μεταβληθεὶς εἰς Σάτυρον, ὅ ἐστι κατὰ τὴν Βοιωτῶν γλῶσσαν εἰς ἄλλο σῶμα εὐτελέστερον, ἔφθειρε τὴν Ἀντιόπην*, quibus similia sunt verba Euripidis Antiop. fr. VI. p. 67. *οὐδὲ γὰρ λάθρα δοκῶ Φωτὸς κακούργου σχήματ' ἐκμιμούμενον Σοὶ Ζῆν' ἐς εὐνὴν ὥςπερ ἄνθρωπον μολεῖν*. Nonn. XXXV. 56. p. 868, 5. *Σατύρων δύςμορφον ὅλον γένος*. XL. 134. p. 1026, 2. *Σατύρου κερόεντος*, quem locum praetermisi II. 5. p. 157. Conf. Casaubon. de Sat. Poes. I. 2. p. 39. Cren. Herder. Script. ad bon. litt. et artt. pertin. T. XV. p. 190. sq. Recenseam, qui de ea fraude meminerunt, scriptores nec omnes omnino, sed fere ipsos eos, de quibus scribere fugit Valckenarium Diatr. VII. p. 63. C. et Burmannum in Ovid. Met. VI. 110. et Walzium in Arsen. Viol. p. 260. sq. et Severi Ethop. VIII. p. 547. Velut Nonnum Dionys. XXXI. 216. p. 796, 16. *Ἀντιόπη Νυκτῆος ἀναινομένου γενετῆρος Ψευδαλέου Σατύρου λασίῃ νυμφεύεται εὐνῇ* et XVI. 247. p. 452, 16. et VII. 123. p. 208, 14. et XXXIII. 286. p. 836, 27. cod. bibl. Matrit. LXXXIII. p. 305. col. 1. *Ζεὺς εἰς πολλὰ μεταμορφωθεὶς ἐμοίχευσε πολλάς· ταῦρος γενόμενος πρὸς Εὐρώπην· χρυσὸς πρὸς Δανάην· — Σάτυρος πρὸς Ἀντιόπην*. Ioann. vit. Baarlam. p. 245. *παρεισάγουσι γὰρ τοῦτον μεταμορφούμενον εἰς ταῦρον πρὸς Εὐρώπην — καὶ εἰς Σάτυρον πρὸς Ἀντιόπην*. Iustin. Martyr. pro Christ. Apol. I. p. 38. D. *ὁ μὲν Ζεὺς — ἐπ' Ἀντιόπῃ μὲν ὡς σάτυρος καὶ Δανάῃ χρυσὸς καὶ ἐπ' Εὐρώπῃ ταῦρος ἦν*. Firmic. de error. prof. relig. p. 427. „Iupiter in tauro rapit, ludit in Satyro". Recogn. Clement. X. 22. p. 318. C. „Antiopen Nyctei versus in Satyrum corrupit". Philostrat. Epist. XX. p. 921. *ἡ Δανάη χρυσὸν ἐλάμβανεν, ἡ Λήδα ὄρνιθα, ἡ Εὐρώπη τὰ ἐξ ἀγελῆς, ἡ Ἀντιόπη ὅσα ὄρεια*. Nec latet amplius, quid vitii susceperit Nicephorus Progymn. VII. 5. p. 477, 10. *ὦ Ζεῦ πάλαι σε ὡς ὄρνιν ἔρως ἐπτέρωσε καὶ ὡς κύκνον ᾄδειν ἔπεισε, πάλαι ὡς βοῦν ὁπλαῖς τοὺς πόδας ὤπλισε καὶ ὡς ταῦρον μυκᾶσθαι*

παρεβιάσατο καὶ νῦν ὡς χρυσὸν ἐπέχρωσε. Verum equidem est vocem ex Plutarchi vit. Sull. XXVII. p. 221. Vol. III. ἐνταῦθά φασι κοιμώμενον ἁλῶναι σάτυρον· — φθεγξαμένου δὲ μόλις οὐδὲν συνετῶς ἀλλὰ τραχεῖαν καὶ μάλιστα μεμιγμένην ἵππου τε χρεμετισμῷ καὶ τράγου μηκασμῷ φωνὴν ἀφέντος ἐκπλαγέντα τὸν Σύλλαν ἀποδιοπομπήσασθαι huc transferri ad hunc modum: καὶ ὡς σάτυρον μηκᾶσθαι. conf. II. 3. p. 128. Quod idem perscriptum ab Achille Tatio est in hanc sententiam II. 37. p. 55, 2. διὰ γυναῖκά ποτε Ζεὺς ἐμυκήσατο· διὰ γυναῖκά ποτε Σάτυρος ὠρχήσατο (vid. Salmas. in Vopisc. Carin. 19. p. 843.) καὶ χρυσὸν πεποίηκεν ἑαυτὸν ἄλλῃ γυναικί. Nec patior Lactantium parum sibi constare, a quo quae apposita sunt ad Stat. Theb. VII. 189. p. 319. B. „ardor Antiopae filiae Nyctei, quae a Lyco expulsa per Dircen a love in taurum verso corrupta est" ego, nihil moratus Mythographum II. fab. 74. p. 99, 39. „quam Iupiter in Satyrum vel, ut alii dicunt, in taurum versus compressit", sic reconcinno: „a love in Satyrum verso". Idem Lactantius in libr. IX. 423. p. 410. A. „Antiopam — stupravit Iupiter in Satyrum versus", sed fallitur ad Achill. II. 66. p. 595. C., ubi „Iovem in Dianam conversum Antiopen stuprasse narrat confundens fabulam Callistus". Uti enim licuit Burmanni verbis ad Ovid. l. d. Namque Scholiasta Callimach. h. in Iov. 41. τῆς Καλλιστοῦς — ἐξ ἧς καὶ Διὸς μεταβληθέντος εἰς Ἄρτεμιν γεννᾶται ὁ Ἀρκάς et Ovidius Met. II. 425. „Protinus induitur faciem cultumque Dianae" et Lactantius Narr. Fab. II. 5. p. 199. „in Dianae namque sexum se reiicere ac fatigatae ornatus pharetra sagittisque velut Diana occurrit". Add. Amphis ap. Hygin. Poet. Astron. II. 1. p. 356. „Iupiter simulatus effigiem Dianae quum virginem venantem ut adiutans persequeretur, amotam a conspectu aliarum compressit". Schol. Germanic. 24. p. 39. Prob. in Virg. Georg. I. 138. p. 491. et Serv. Guelph. p. 193. et in Aen. I. 744. p. 112. Nonn. II. 123. p. 48, 9. XXXIII. 276. p. 836, 17. XXXVI. 66. p. 892, 18. A quibus haud leviter discrepat auctor Clement. Homil. V. 13. p. 672. A. Καλλιστοῖ τῇ Λυκάονος ἠγριώθη λέων καὶ ἄλλον τίκτει Ἀρκάδα conf. 17. p. 673. B. Alterum dicit Arcadem, quod „Themisto Inachi, ex qua nascitur Arcas" vitiavit idem Iupiter, quod testatum esse ab scriptore Recogn. S. Clement. X. 21. p. 317. D. (conf. p. 316. A. „Callisto Lycaonis, ex qua nascitur Arcas") Heynius nott. ad Apollodor. p. 667. atque ii ignorant, qui eandem Callisto et Themisto (vid. Ister ap. Steph. Byz. v. Ἀρκαδία sive Eustath. in Dionys. Perieg. 414. p. 174, 16. Ariaethus ap. Hygin. l. d. p. 358. „Megisto") appellari mirati sunt. Rursus ab hac narratione totus divergus est Apollodorus III. 8, 2. p. 224. Ζεὺς δὲ — ἀκούσῃ συνευνάζεται εἰκασθεὶς ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν Ἀρτέμιδι, ὡς δὲ ἔνιοι Ἀπόλλωνι et Tzetza in Lycophr. 480. Postremo adiiciam haud sane pervulgatam rem. Reperi enim apud Nonnum, Iovem se bovem Io praebuisse: μὴ δαμάλης ἐπὶ λέκτρον ἐϋκραίροιο χορεύει Μυκηθμὸν

ροχέων φιλοτήσιον XXXI. 223. p. 796, 23. Cui neminem credo leo concessurum esse, ut scripturam libris Basilacae Nicepho- proditam arbitretur praesidio quodam satis valido sustenta- ım esse.

COROLLARIUM VII.

[II. 1. p. 87.] Eam in partem spectat Euripides Antiop. fr. XXVIII. p. 80. Τρεῖς εἰσιν ἀρεταὶ, τὰς ἐχρῆν σ' ἀσκεῖν, τέκνον, εούς τε τιμᾶν τούς τε φύσαντας γονεῖς Νόμους τε κοινοὺς Ἑλλά- ος, καὶ ταῦτα δρῶν Κάλλιστον ἕξεις στέφανον εὐκλείας ἀεί et XXIX. p. 81. Πολλοὶ δὲ θνητῶν τοῦτο πάσχουσιν κακόν· Γνώμη ρονοῦντες οὐ θέλουσ' ὑπηρετεῖν Ψυχῇ τὰ πολλὰ πρὸς φίλων νι- ύμενοι, qui locus, si quid ego video, poscit sic refici: ῥώμη ρονοῦντες οὐ θέλουσ' ὑπηρετεῖν Ψυχῇ id est: robore valentissimi ique nolunt obsequi animo quippe nulli rei nisi quae collibuerit ol, ut Bothius ait ad Soph. Ai. 328. ap. Lobeck. p. 275. sq., cupi- tatibus suis fere parentes. Ac primum commutationem vocis ῥώμη chaeferus Epimetr. I. ad Aristoph. Plut. p. XXIX. et Kiddius ad awes. Miscell. Crit. p. 538., dein verbi φρονεῖν usum tuentur Hi- erius Orat. VI. 2. p. 500. ἡ πόλις διὰ μὲν Ἀθηναίων σοφίαν λα- νοῦσα, σκήπτρῳ δὲ καὶ τύχῃ διὰ Φιλίππου φρονήσασα et Pausanias V. 1, 2. p. 140. Vol. II. φρονοῦσα δὲ ἡ Μεσσήνη διὰ τὸν πατέρα εωμάτι καὶ δυνάμει τῶν τότε προέχοντα Ἑλλήνων. conf. Himer. ol. XXXVI. 10. p. 312. Καρχηδὼν — δι' ἀρετήν ποτε κατὰ Ῥώμης ρονήσασα et Orat. I. 11. p. 342. et XIII. 15. p. 634. πῶς οὐκ ν εἰκότως μέγα κατὰ τῶν ἄλλων δημιουργῶν ἐφρόνησεν. Plutarch.). Schaefer. in Demosth. Vol. I. p. 744. εἴ τις ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ῥμῃ φρονεῖ. Eurip. Suppl. 444. Ἀνὴρ δὲ βασιλεὺς ἐχθρὸν ἡγεῖται δε Καὶ τοὺς ἀρίστους, οὓς ἂν ἡγῆται φρονεῖν Κτείνει δεδοικὼς ς τυραννίδος πέρι. Πῶς οὖν ἔτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἰσχυρὰ πόλις Ὅταν ς ὡς λειμῶνος ἠρίνου στάχυν Τόλμας ἀφαιρῇ καὶ πολωτίζῃ νέους; ıae obversata fuisse puto animo Theophylacti Instit. Reg. II. 8. 204. A. haec scribentis: ἀεὶ τοίνυν κόπτει τῶν ἀσταχύων τοὺς ρούχοντας καὶ πάνιας ἀπεργάζεται πένητας καὶ πάντας ἀναγκάζει νθεῖν καὶ κόπτεσθαι, ἵνα μὴ τρυφῶν τίς φησι σχολάζῃ καὶ σχο- ίζων περιεργάζηται καὶ περιεργαζόμενος φρονοίη νεώτερα. At vero . Dindorfio in Xenoph. Exped. VI. 3. p. 274. sqq. studium meum ofiteor correctione haec ῥώμην — nam hanc vocem pugnacissime efendo — φροροῦντες speciosa praetexens nomina Bredowii Epist.

λησμένην, al. *πεπαυμένον*, id est interprete Peerlkampio in Horat. p. 230. „functum laboribus") *Χαίροντας, εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων*. Neque aliter loquutus est Libanius Epist. MCCCXCVIII. p. 642. *τοῦτο δέ ἐστι δοκοῦντος φιλεῖν, οὐ φιλοῦντος καὶ κατὰ τὴν τραγῳδίαν ὄνομα ἐν τέρπου παρεχομένου*, ubi Wolfius haec: „post vocem *τέρπου* in codice spatium vacuum, quod unam vocem capere possit. Crediderim legendum *τέρπον τινά*. Locum tragici, quem indicat, frustra quaesivi. Similis tamen illi est Eurip. Or. 454. *ὄνομα γὰρ ἔργον δ' οὐκ ἔχουσιν οἱ φίλοι*". Quod vanum equidem consilium est, si quidem Euripidis auctoritate Iphig. Aul. 128. *ὄνομ', οὐκ ἔργον παρέχων Ἀχιλεὺς οὐκ οἶδε γάμους* Libanii verba sic concinnanda explendaque esse obtineo: *τοῦτο δέ ἐστι — κατὰ τὴν τραγῳδίαν ὄνομα ἀντὶ ἔργου παρεχομένου*. Aliud ex alio mihi occurrit, velut, quod de Nisaeis equis scriptum ab Hesychio est ad hunc modum p. 679. *Νησαίας ἵππους· μεταξὺ τῆς Σουσιανῆς καὶ τῆς Βακτριανῆς τόπος ἐστὶ κατὰ στηγῶνα ὅπερ Ἑλλάδι γλώσσῃ, Νῆσος· ἐνταῦθα ἵπποι διάφοροι γίνονται* et a Suida verbis plane conspirantibus v. *ἵππος Νισαῖος* p. 147. *μεταξὺ — ἐστὶ Καταστιγόνα — γλώσσῃ Νῖσος καλεῖται — γίνονται· οἱ δὲ ἀπὸ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης· εἶναι δὲ ξανθὰς πάσας· — ἐν δὲ Δίκτυϊ Ὀρφεὺς λέγει· ἡ Νῖσα τόπος ἐστὶν ἐν Ἐρυθρᾷ κείμενος*. Inde Orphei ferunt esse (fragm. LIV. p. 502.) ea, quae ex Dictye Euripidis fabula repetita esse pro certo affirmare habeo audeoque. Reminiscor enim haec ad Phleg. Trall. de Mirabb. III. p. 50. a Xylandro vulgata: *μεταξὺ Σουσιανῆς καὶ Βακτριανῆς τόπος ἐστὶ Καταστίγωνα, ὅπερ Ἑλληνιστὶ νῆσον δηλοῖ· ἐνταῦθα ἵπποι διάφοροι γίνονται, εἰσὶ δὲ πᾶσαι ξανθαί. Ὁ δὲ Εὐριπίδης πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ τὴν Νησαῖάν* (Bachm. Anecd. II. p. 335, 25. Theophyl. Instit. Reg. II. 19. p. 210. A. Morell. in Dion. Chrysost. p. 564. D'Orvill. in Charit. p. 530. al.) *φησιν εἶναι*. Hic quod descripsi vocabulum *Καταστίγωνα* memoriam mihi attulit nominis *Στεφών*, quod restitui Plutarcho Quaestt. Gr. XXXVII. Vol. VIII. p. 397. *ἔτι δὲ Ταναγρικῆς κατὰ κώμας οἰκουμένης ἐν τῷ καλουμένῳ Στέγοντι* (vel *Στέφοντι*) *πολιορκούμενος* iusserat Valesius ad Hesych. II. p. 1266. not. 28. *Στέφεα· στεφῶνες· ἐν Ὀποῦντι τόπος Στεφάνων καλεῖται*. Ibid. p. 1267. *στεφών· ὑψηλὸς, ἀπόκρημνος*. Porro quam vocem a Pindaro profectam esse dicit Gregorius Nyssenus Epist. XI. p. 614. C. T. VI. Gall. *ἀλλ' ὃ παντὸς πλούτου τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν ὑψηλότερόν ἐστι, τὸ κάλλιστον ὄντως δεξίωμα κατὰ Πίνδαρον, τὰ σά φημι γράμματα καὶ ὁ πολὺς ἐν ἐκείνοις πλοῦτος*, eam Euripidi deberi docet Danaes fragm. XIII. p. 151. *ὦ χρυσὲ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς*. Sed quod de Hesychio supra memini, addere hoc iuvat, glossam *λελώφηκεν· ἐπέσχηκεν* p. 449. me referre Philoctetae fragmento III. p. 283. *καίτοι λελώφηκε τῷ χρόνῳ τὸ πολὺ τῆς νόσου*, ut fallantur D'Orvillius ac Valckenarius Diatr. XI. p. 126. b. Ex qua fabula assumpta quaedam esse ab Himerio suspicor Or. XIV. 1. p. 608. *ὁ δὲ λωφήσαντος αὐτῷ τοῦ πάθους λαβὼν*

εἰς χεῖρας τὰ τόξα ἐζήτει μαθεῖν, εἰ πέμποι πάλιν βέλη εὔσκοπα. Sic enim reformare visum est depravatum istud φιλόσκοπος conf. intpp. Gregor. Cor. p. 413. Sed ad Gregorium Nazianz. reveniam, qui ad Belleroph. fr. XIII. p. 100. ὁ γὰρ χρόνος δίδαγμα ποικιλώτατον vel Peleum (fr. V. p. 252.) videatur his Or. XV. p. 226. A. respicere: ταύτης δὲ βάσανος ἀκριβεστάτη τῆς σοφίας χρόνος καὶ στέφανος ὄντως γῆρας καυχήσεως (καὶ καυχήσεως στέφανος τῆς ὑποδεξαμένης μεγαλοπόλεως dixit Constantinus Porphyrog. Or. de Transl. Reliqq. D. Io. Chrys. ap. Allat. in Acropolit. p. 5, 13. annot. p. 205.) conf. Dresem. in Ioseph. Iscan. I. 19. p. 4. et Rittershus. in Oppian. Hal. I. 683. p. 210.; at Theophylactus Instit. Reg. II. 23. p. 211. D. ἡ πολια γὰρ ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον sumpsit sua ex Phoen. 530. Verum haec hactenus. Scilicet paucula gratificabamur iis, qui per varia scriptorum genera euntes vel currentes eo tendunt, id agunt, ut poetarum reliquias legant, componant, nonnumquam collectis frui nesciunt.

COROLLARIUM VIII.

[II. 1. p. 95.] Quo et rem perstringam adhuc praetermissam et locum corruptum restituam integritati: Amphionium aiunt dici, quidquid Thebanum est. Estque perspicuum eius rei testimonium Claudiani de IV. Cons. Honor. 352. hoc: „Amphioniae pulcher sudore palaestrae Alcides" et Statii Theb. XI. 649. „Res Amphionias alio sceptrumque maligna Transtulerat Fortuna manu Cadmique tenebat Iura Creon". Itaque qui Thebanorum canum ululatum a fortuitis vel naturalibus caussis in prodigium verterunt, iidem, credo, intremuisse intellexerunt Thebanum aliquod nemus, nec vero id, quod Cadmi proprie vocaretur. Atqui fieri nullo pacto potest, ut Amphionium vocabulum ab Amphionis proprietate ad omnium Thebanorum communitatem traducatur eo loco, quo commonstratur evolviturque, quidquid fere in Cithaerone monte abominandorum scelerum ab singulis perpetratum exhaustumque fuerat. An quisquis illa legis: „Vaga per lucos simulacra virum Maiora viris; bis Cadmeum Nive discussa tremuisse nemus; Bis turbatam sanguine Dircen: Nocte silenti Amphionios ululasse canes", non quasi praesentia animo contueris facinora vulgatissima cogitationumque calore incitatus cernis Cadmi nemus serpente notum (Senec. Phoen. 125.) fontemque funesta tabe squalidum? Quamobrem quia Amphion neque impie audax umquam fuit, et venatum canumque curam cum omnium tum eorum, quos Ordiou alebat, aversatus est ut si quis maxime, locum eius

occupari volo ab Actaeone, quo nemo vehementius venationi deditus fuisse reperitur (Aesch. *Τοξοτ.* 225. p. 18. *οὔπω τις Ἀκτέων' ἄθηρος ἡμέρα Κενὸν πόνου πλουτοῦντ' ἔπεμψεν ἐς δόμους*), qui „peragrato celer Per saxa monte iacuit — suis Nova praeda canibus" Senec. Phoen. 13. Democharid. Epigr. I. Anth. Gr. T. IV. p. 39. *τῶν Ἀκταιωνίδων σκυλάκων*, quarum praestantissima (*κύων θηρευτική* Pausan. X. 30, 3. p. 305.) fuit *Ἄλκαινα* Schol. Il. XXI. 29. p. 588. a. 5. *Ὄρθρος Γηρυόνου, Ἄλκαινα Ἀκταίωνος*, quae Alce videtur dicta esse ab Ovidio Met. III. 217. et ab Hygino fab. CLXXXI. p. 253. loco vitiis cumulatissimo: „canum nomina — Hylactor, Alce, Harpalus —, Leucon. Item tres qui eum Gnosius consumpserunt foeminae, Melanchaetes, Agre, Theridamas, Oresitrophos", quae sic correxerunt Barthius et Munckerus „qui eum cum ossibus consumpserunt". At ego non cum ossibus Actaeonem, sed eum morsibus consumptum credo. Ne vero quis eius femina lacerata putet: illud „feminae" librariorum arbitrio socordiaeque assigno perinde atque nomen Agre iis interpositum vocabulis, quae habet Ovidius v. 231. „Prima Melanchaetes in tergo vulnera fecit: Proxima Theridamas: Oresitrophos haesit in armo". Sin Ovidio negas tantopere tribui posse, videtur hoc reliquum esse, ut Gnosiorum vel Cretensium mentionem, quatenus „Cretas canes" Lucan. IV. 441. maximo semper in honore fuisse constat (Ovid. l. d. 223. vid. Schol. Aristid. p. 18. *ἐλέφαντας ἡ Ἰνδικὴ ἔχει, κύνας ἡ Κρήτη.* Varius ap. Macrob. Sat. VI. 2. p. 167. Meurs. Cret. II. 7. p. 95. sq.), suscipias sic scribendo „item Cretes". Cervo dilacerato autem illae canes cum magno ululatu dominum quoquoversus vestigarunt teste Apollodoro III. 4, 4. p. 189. *ἀπολομένου δὲ Ἀκταίονος οἱ κύνες ἐπιζητοῦντες τὸν δεσπότην κατωρύοντο καὶ ζήτησιν ποιούμενοι παρεγένοντο ἐπὶ τὸ τοῦ Χείρωνος ἄντρον· ὃς εἴδωλον κατεσκεύασεν Ἀκταίονος, ὃ καὶ τὴν λύπην αὐτῶν ἔπαυσεν* atque Nonno, qui eas vel ad fletus et querulos clamores ex furore versas fingit V. 453. p. 166, 27. *Καὶ κινυροῖς στομάτεσσιν ἐμὴν ἐρέεινον ἐρίπνην· Σήμερον Ἀκταίωνα τίς ἥρπασεν;* et 382. p. 162, 17. *ἠΐθεον γὰρ Δάκρυσι σιγαλέοισιν ἐμαντεύοντο τελευτήν.* In qua re ab Apollodoro dissidet Nicander fr. XVIII. p. 284. ap. Polluc. V. 38. p. 495. ex Graecia eas ad Indos excessisse confirmans *Νίκανδρος — τοὺς μὲν Ἰνδοὺς κύνας* (de quibus vid. Rittershus. in Oppian. Cyn. I. 367. p. 38. Iacobs. in Philostr. p. 381.) *ἀπογόνους φησὶν εἶναι τῶν Ἀκταίωνος κυνῶν, αἳ μετὰ τὴν λύτταν σωφρονήσασαι διαβᾶσαι τὸν Εὐφράτην ἐπλανήθησαν εἰς Ἰνδούς.* Quid, quod alii conversas canes prodiderunt in humanam speciem? Eustath. in Il. IX. 525. p. 771, 59. *οἱ δὲ ἐκ τῶν τοῦ Ἀκταίωνος κυνῶν μεταμορφωθῆναι εἰς ἀνθρώπους* (*Τελχῖνας*). Actaeon autem cur illo supplicio affectus fuerit, inter auctores discrepat v. Spanhem. in Callim. h. in Pallad. 113. p. 617. Namque Stesichorus ap. Pausan. IX. 2, 3. p. 8. *ἔγραψεν ἐλάφου περιβαλεῖν δέρμα Ἀκταίωνι τὴν θεὸν παρασκευάζουσάν οἱ τὸν ἐκ τῶν κυνῶν θάνατον, ἵνα δὴ μὴ γυναῖκα*

Σεμέλην λάβοι et Acusilaus ap. Apollod. p. 198. fr. XXIII. p. 220. *μηνίσαντος τοῦ Διὸς ὅτι ἐμνησιεύσατο Σεμέλην*, verum Euripides Bacch. 320. *Ὃν ὠμόσιτοι σκύλακες ἃς ἐθρέψατο Διέσπασαν, τὸν κρείσσον' ἐν κυναγίαις Ἀρτέμιδος εἶναι κομπάσαντ', ἐν ὀργάσιν* et Diodorus IV. p. 324, 7. *τὴν δ' αἰτίαν ἀποδιδόασι τῆς ἀτυχίας οἱ μὲν ὅτι κατὰ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν διὰ τῶν ἀνατιθεμένων ἀκρωτηρίων ἐκ τῶν κυνηγεσιῶν προῃρεῖτο τὸν γάμον κατεργάσασθαι τῆς Ἀρτέμιδος, οἱ δ' ὅτι τῆς Ἀρτέμιδος αὐτὸν πρωτεύειν ταῖς κυνηγεσίαις ἀπεφήνατο*, reliqui, velut Nicetas in Greg. Naz. Or. XX. p. 781. B. has consentiunt poenas fuisse protervitatis atque impudicitiae, qua „loturam Dianam curioso obtutu speculatus" fuisset (atque adeo „violare voluisset" Hygin. fab. CLXXX. p. 252. et Diodor. l. d.). Verbis usus sum Appuleii Metamorph. II. 95. „Inter medias frondes lapideus Actaeon simulacrum curioso obtutu in Dianam versum proiectus, iam in cervum ferinus, et in saxo simul et in fonte, loturam deam opperiens, visitur". In hunc enim modum describendus emendandusque ille locus est, quem sic affectum manuscripti libri habent „inde iam („in dam" Flor.) prpiectus" hoc est: in deianam, quo nomine nonnulli volunt ab initio Dianam nominatam fuisse. At Appuleius quidem, si cum Nonno comparetur V. 303. p. 158, 4. *τανυπρέμνοιο καθήμενος ὑψόθι φηγοῦ Λουομένης ἐνόησεν ὅλον δέμας Ἰοχεαίρης* et 471. p. 168, 12. *Πρέμνον ἐς ἀγχικέλευθον ἀνέδραμον ἁγνὸν ἐλαίης Ἀρτέμιδος χρόα γυμνὸν ἀθηήτοιο δοκεύων*, in eo laudabilis est, quod veteri rerum famae assentiens Actaeonem scripsit de ea rupe Dianam prospectasse, unde ex diutino labore et lassitudine requiescere consuevisset. Quam famam prodidit Pausanias IX. 2, 3. p. 8. *τοῖς δὲ ἐκ Μεγάρων ἰοῦσι* (in Cithaerone apud Plataeas) *πηγή τέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ καὶ προελθοῦσιν ὀλίγον πέτρα· καλοῦσι δὲ τὴν μὲν Ἀκταίωνος καὶ ἐπὶ ταύτῃ καθεύδειν φασὶ τῇ πέτρᾳ τὸν Ἀκταίωνα, ὁπότε κάμοι θηρεύων· ἐς δὲ τὴν πηγὴν ἐνιδεῖν λέγουσιν αὐτόν, λουομένης Ἀρτέμιδος ἐν τῇ πηγῇ*. Fontis, cui ea rupes imminebat, nomen fuit Gargaphie vid. Bochart. Chan. I. 16. p. 465. B. Hessel. nott. p. 230. in Vib. Sequestr. p. 21. „Gargaphia Euboeae (vid. III. 3. p. 304.), ubi Actaeon laceratus est a canibus". Lactant. in Stat. Theb. VII. 274. p. 325. B. „Gargaphie) fons Dianae ab Hecate consecratus", ubi Hesselius ad Vib. l. d. atque alii rescripserunt „aut Hecatae", Scheftlariensis liber exhibet „Dianae Hecatae" (conf. Etym. M. p. 319, 41.), in quo libro reperi haec in versum 283. adscripta: „Permesse) fluvius propter Gallum et alios poetas". Cum quibus non ita multum discrepat, qui Ovidium sequutus est, Hyginus fab. CLXXXI. p. 252. „Diana cum in valle opacissima, cui nomen est Gargaphia — se ad fontem, cui nomen est Parthenius (conf. II. 6. p. 188.), perlueret" et Lactantius Narr. Fab. III. 2. p. 206. sive Mythogr. II. fab. 81. p. 103, 13. „cum in valle Gargaphiae — se ad fontem perlueret". Quem fontem Persarum tempore obstructum a barbaro equitatu Plataeenses renovarunt

ubi primum licuit (Herod. IX. 49. οἱ ἱππόται — τὴν κρήνην τὴν Γαργαφίην, ἀπ' ἧς ὑδρεύετο πᾶν τὸ στράτευμα τὸ Ἑλληνικὸν, συνετάραξαν καὶ συνέχωσαν. Pausan. IX. 4, 2. p. 15. sq. τὴν δὲ κρήνην τὴν Γαργαφίαν Μαρδόνιος καὶ ἡ ἵππος συνέχεεν ἡ Περσῶν — · ὕστερον μέντοι τὸ ὕδωρ ἀνεσώσαντο οἱ Πλαταιεῖς), ut hodieque maneat teste Walpolio Turk. p. 338. ap. Siebelis. in Pausan. Vol. IV. adnott. p. 14. „on the left of the road leading from the Three Heads to Plataea is a copious fountain, now called Vergentiani, and was perhaps the Gargaphia". Sed reddam, quod paene praeterii, a Parthenio et Alciphrone eum Argaphien nominatum esse, id quod ante Meinekium in Euphor. fr. LXVI. p. 136. obtinuerat Schraderus in Mus. Add. p. 372. Quamquam in Alciphrone Epist. III. 1. p. 4, 14. ἐνορχεῖσθαι ταῖς παρειαῖς εἴποις ἂν τὰς Χάριτας τὸν Ὀρχομενὸν ἀπολιπούσας καὶ τῆς Ἀργαφίας κρήνης ἀπονιψαμένας credo a nobis monitos multos hoc esse offensuros, quod non Acidaliam sive Cidaliam attulerit. Ἀκιδαλίη ὄνομα κρήνης Etymol. M. p. 48, 22. et Suid. p. 163, 5. Mythogr. II. fab. 36. p. 86, 21. „lavantur autem (Gratiae) in fonte Acidalio, qui est in Orchomeno, Boeotiae civitate". Boeckh. in Pindar. fr. 33. p. 634. Mueller. Orchom. p. 178. Gail. Philol. P. V. p. 307. Ceterum ab Actaeonis memoria clara fuit altera rupes apud Orchomenum sita, de qua haec prodidit Pausanias IX. 38, 4. p. 141. sq. περὶ δὲ Ἀκταίωνος λεγόμενα ἦν Ὀρχομενίοις λυμαίνεσθαι τὴν γῆν πέιραν ἔχον εἴδωλον· ὡς δὲ ἐχρῶντο ἐν Δελφοῖς, κελεύει σφίσιν ὁ θεὸς, ἀνευρόντας εἴ τι ἦν Ἀκταίωνος λοιπὸν, κρύψαι τῇ γῇ (in Cithaerone, quo perierat Eurip. Bacch. 1244. Senec. Oedip. 485. supra II. 6. p. 220. emendat., a matre Actaeonem sepultum scribit Nonnus V. 517. sq. p. 170, 25. 544. p. 172, 19.)· κελεύει δὲ καὶ τοῦ εἰδώλου χαλκῆν ποιησαμένους εἰκόνα πρὸς τῇ πέτρᾳ σιδήρῳ δῆσαι τοῦτο· καὶ αὐτὸς δεδέμενον τὸ ἄγαλμα εἶδον· καὶ τῷ Ἀκταίωνι ἐναγίζουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος, quod illustre est ac vetus eius moris exemplum, „quo non solum ad hominum impetum coercendum et reprimendum, sed etiam adversus bestiarum et morborum ingruentium incursum statuarum, quae dicebantur τετελεσμέναι (Talisman), consecrationes adhibebant" Salmas. in Vopisc. Aurelian. 18. p. 456. sqq. Neque solum Orchomenii Actaeonem in herois loco habuerunt, verum etiam Plataeenses. Testis est Plutarchus vit. Aristid. XI. p. 356. Vol. II. θύοντας ἥρωσιν Ἀνδροκράτει, Λεύκωνι, Πεισάνδρῳ, Δαμοκράτει, Ὑψίωνι, Ἀκταίωνι, Πολυΐδῳ, ex quo loco, id quod facere fugit Wassium in Thucyd. III. 24. Vol. II. p. 528., id nomen transfero in Clem. Alexandr. Admon. p. 26. A. ἡ Πυθία συνέταξε θύειν Πλαταιεῦσιν Ἀνδροκράτει καὶ Δημοκράτει καὶ Κυκλαίῳ καὶ Λεύκωνι τῶν Μηδικῶν ἀκμαζόντων ἀγώνων nimirum fortiter prohibente eius Scholiasta p. 110. ὀνόματα τῶν ὑπὲρ Πλαταιέων ἀναιρεθέντων, ὅτε Ξέρξης αὐτοῖς ἐπεστράτευσεν. Etiam foedius id vocabulum corruptum legitur apud Ioannem Siceliotam p. 284, 32. καί σύ μοι λέγε τὰς ἐλαφηβόλους σου καὶ τοὺς Ὠρίωνας καὶ τεκνία. Sunt enim haec verba

Gregorii Nazianz. Or. XX. p. 321. B. λέγε τὰς Ἐλαφηβόλους καὶ τοὺς Ὠρίωνας καὶ τοὺς Ἀκταίωνας. Sed de Actaeone finem faciam hoc addito, illos, de quibus dixi, Senecae versus mihi quidem memorabiles esse propterea, quod, ubi primum eos legi, suspicio mihi incidit, Propertium III. 1, 1. simulacra Philetae apprecatum esse. Nunc idem a Kaemmerero inventum propositumque in Jahn. Nov. Annal. ann. 1833. T. II. Suppl. Fasc. II. p. 200. sqq. me docuit Ecksteinius meus litteratissimus.

COROLLARIUM IX.

[II. 1. p. 97.] Hic mihi quaestionem video habendam esse de Ovidii loco, qui est in Art. Amat. I. 731.

Palleat omnis amans: hic est color aptus amanti.
Hic decet: hoc vultu non valuisse putent.
Pallidus in Lyrice silvis errabat Orion:
Pallidus in lenta Naide Daphnis erat.

De cuius loci conditione his disceptavit Nic. Heinsius „noti sunt amores Orionis, qui Oenopionis filiam amavit, quam Meropen alii, Parthenius in Eroticis c. XX. Haero appellat. Sed et Side Danai filia ab antiquis commemoratur, quae Orioni nupserit et Sidae civitati Boeotiae nomen dederit. De Lyrice nihil legisse me memini. Nec constant sibi veteres membranae. Iureti codex in Licea, in linces unus ex meis, ut et Regius, nisi quod a manu secunda Linea, quomodo in multis aliis. Aroudelianus in silvis Lincea vel Liceae vel Linces. Ceteri Lincam, Lincem, Licie, Litie, Lincie, Licita, in Linceis, illincis et similia. Nam codex Oxoniensis hunc versum non habebat. Lege in Dirces silvis. Nam Orion Thebanus hinc Boeotus saepe poetis dicitur. — Regius etiam Arion pro Orion" (ut Orion pro Arion lib. Flor. in Appul. Flor. III. 17. p. 81.). Huic ita occurrisse inveni Iac. Gronovium in Stephan. Byzant. v. Ζαιά p. 543. exempl. Lips. „Mss. innuunt impositam sibi esse geminationem praepositionis in et corrigi debere „Pallidus in Zaeae silvis". Heinsius substituit „in Dirces silvis", in quo est ingratus litterarum concursus et insueta indignaque Ovidii lepore ἀμβλύτης". Ex cuius commenti commemoratione ut faciamus aliquid commodi quantulumcunque videbitur esse, afferam eius oppidi nomen praeter Stephanum Ζαιὰ πόλις Βοιωτίας ἀρχαιοτάτη Ἡρωδιανός consignasse Theognostum Canon. p. 102, 19.

Ζαῖα ἡ πόλις. Heinsii quoque ego conditionem nihil moror. Consentaneum enim in omnes partes erat ad similitudinem alterius versus „Pallidus in lenta Naide Daphnis erat" et Amor. III. 6, 25. „Inachus in Melie Lyrceide pallidus isse Dicitur" sententiae id exquiri supplementum, quo intelligeretur, cuius Orionem amor confecerit. Quo vero Siden istam aut Meropen consideranti pristinae librorum scripturae vestigia, quae, si fontem fluviumve quaeris, Lyrceum potius quam Dircaeum referant? Conf. II. 7. p. 240. Quanto plura, quod haud incerto auctore propono, Pliadum nomen puncta feret, cuius formam non minus quam modulos (vid. Stat. Silv. I. 3, 95.) librarii dumtaxat sic admirati sunt, ut inauspicato multiplices fetus ederent? Id nec dubium est et si quid habet quaestionis, hoc tamen ipsum ad id, quod propositum est, non est ita necessarium. Hoc igitur conieci totum distichon antiquitus fuisse:

Pallidus in Pliasin silvis errabat Orion,
Pallidus in lenta Naide Daphnis erat.

Namque Pleiadum, quum per Boeotiam iter cum Pleione matre facerent, amore maximo incensum fuisse Orionem, ut cane suo errorum socio ac comite eas sectaretur per quinquennium, auctor Pindarus est ap. Etymol. M. p. 675, 33. fragm. 53. p. 584. et Schol. Nem. II. 16. p. 437. (ὁ Ὠρίων ἐπιὼν ταῖς Πλειάσι) et Nem. l. d. ἔστι δ' ἐοικὸς Ὀρειᾶν γε Πελειάδων Μὴ τηλόθεν Ὠαρίωνα νεῖσθαι et Theo in Arat. Phaen. 255. p. 66. γεννηθεῖσαι δὲ οὕτως ἀπὸ τοῦ Ἄτλαντος καὶ τῆς Πλειόνης ἐδιώκοντο πέντε ὅλους ἐνιαυτοὺς κατὰ Βοιωτίαν ὑπὸ τοῦ Ὠρίωνος μετὰ καὶ τῆς μητρὸς αὐτῶν συγγενέσθαι ζητοῦντος αὐτάς· καὶ τοῖς θεοῖς εὐξάμεναι πρὸς πελειάδας ἠμείφθησαν et Scholiasta Hom. Iliad. XVIII. 486. p. 506. b. 14. αἳ τὴν παρθενείαν ἀγαπήσασαι συνεκυνήγουν τῇ Ἀρτέμιδι· θεασάμενος δὲ Ὠρίων ἠράσθη καὶ ἐδίωκεν αὐτὰς μιγῆναι βουλόμενος· αἱ δὲ περικατάληπτοι γενόμεναι θεοῖς ηὔξαντο μεταβαλεῖν τὴν φύσιν et Eustath. p. 1155, 54. οἱ δὲ παρθένους εἶναί φασι τὰς ἑπτὰ καὶ συγκυνηγετεῖν τῇ Ἀρτέμιδι· Ὠρίωνος δὲ διώκοντος κατ' ἔρωτα περικαταλήπτους γενομένας μεταβαλεῖν δι' εὐχῆς εἰς πελειάδας. Quint. Smyrn. V. 367. Πληϊὰς εὖτ' ἀκάμαντος ἐς ὠκεανοῖο ῥέεθρα Δύεθ', ὑποπτώσσουσα περικλυτὸν Ὠρίωνα. Delr. in Senec. Herc. Fur. 12. A quibus leviter Scholiasta Germanici Arat. Phaenom. 255. p. 65. dissidet et alii ap. Muncker. in Hygin. Poet. Astron. I. 21. p. 376. et Dissen. Explic. Pind. Nem. II. p. 362. sq. Ab Ovidio progredior ad Arcadium de Accent. p. 120, 22. ἥραιον τὸ τέμενος, ἔλαιον, δίκαιον, κίρκαιον, τρόπαιον. Quippe vitii manifestum est illud δίκαιον. Quod una adiecta litterula sic perpolitum δίρκαιον, usus in eam rem scripturae discrepantia, qua inter se Planud. Metam. p. 137. libri manuscripti distinentur, quorum alter Δίρκη tenet, Δίκη alter. Et firmat egregie hanc coniecturam Theognostus Canon. p. 127, 8. τὰ διὰ τοῦ αιον οὐδέτερα μονογενῆ προπαροξύτονα διὰ τῆς αι διφθόγγου γράφονται· ὁ γὰρ κανὼν περὶ τρισυλλάβων γίνεται οἷον Κώπαιον, Ἥραιον τὸ τέμενος, νόμαιον, —

ἔλαιον, οὔραιον, σκύλλαιον, πρέμναιον, Κίρκαιον τὸ ὄρος, Λίρκαιον· Οἴναιον· Κότταιον τὸ ὄρος· Ἕρμαιον, Φοίβαιον· Κύταιον ἡ πόλις· γύναιον· Λύκαιον τὸ ὄρος· δέραιον. Suffeci enim, ne quid in operto egisse videar, in locum vocis εὔαιον, quae post Λίρκαιον erat, nomen Οἴναιον, de qua Paphlagoniae urbe Panaretus Chronic. Trapezunt. 10. p. 364, 22. et 49. p. 369, 47. ed. Tafel. et Bandinius Bibl. Laurent. T. I. p. 442. b. not. meminerunt, et id licuit sufficere per auctorem libelli περὶ ποσότητος p. 309, 30. νόμαιον, οὔραιον, σκύλλαιον, εὔναιον, φύβαιον (id est, ut opinor, Φοίβαιον), Λύκαιον, Νύμφαιον, τρόπαιον. Λίρκαιον autem non sane est, qui Statio dicitur Dircaeus mons, sed herba daucum, de quo Boissonadius exposuit ad Hierophil. περὶ τροφ. κυκλ. p. 202. sq. not. 19. Notit. et Electt. Mss. Bibl. Reg. T. XI., quod a nonnullis Dircaeum appellatum fuisse fidem facit Dioscorides III. 83. ap. Meurs. Cret. II. 11. p. 114. Δαῦκος, οἱ δὲ Λίρκαιον καλοῦσιν.

COROLLARIUM X.

[II. 2. p. 103.] Etym. Gud. p. 593, 27. Καδμεία νίκη· παροιμία — τίθεται καὶ ἐπὶ τῶν ἀλυσιτελῶν· ὡς δὲ αὐτὸς ὁ τὰ περὶ Θηβῶν συντάξας ὅτι Κάδμος ἀνελὼν τὸν τὴν Ἀρείαν κρήνην τηροῦντα δράκοντα θητεύσας Ἄρει ἦστη, quae in hanc sententiam: ἐθήτευσεν Ἄρει η' ἔτη redintegranda sunt arbitris, qui iisdem ea verbis prodiderunt, Suida p. 8, 7. Photio p. 120, 18. Phavorino atque Eustathio in Iliad. IV. 407. p. 490, 8. Κάδμου, ὃς ἀνελών φασι τὸν τὴν Ἀρείαν κρήνην τηροῦντα δράκοντα ἐθήτευσεν Ἄρει ὀκτὼ ἔτη. Sed quo auctore haec afferantur magna videtur quaestio esse, quem Lysimachum esse Kuesterus ad Suid., Armenidam Bernhardyus sibi suasit. Aliter de eo loco apud me est, quem simul legi abiecta omni cunctatione Lyco ascripsi. Notum est enim graece intelligentibus, ut ait Salmasius Plin. Exercc. p. 178. b. B. Λ et Λ saepe invicem mutari, quarum litterarum „in antiquae graecae linguae scriptura ea fuit similitudo, quae etiam diligentiores scribas interdum falleret" Ilgen. in h. in Apoll. p. 283., velut apud Apollodorum II. 6, 3. p. 146. ἐν Αὐλίδι prave exaratum esse pro ἐν Λυδίᾳ praeter alios Matthiaeus Eurip. fragm. Syl. p. 334. obtinuit, apud Philostratum vit. Apollon. IV. 27. p. 166. αὐτῶν pro Λυδῶν Valckenarius in Callimach. Eleg. fr. p. 233, cui subscripsit Iacobsius in Athen. p. 109., denique αὐτός et λυδῶν pro Λυδός et αὐλῶν apud Herodotum et

Aelianum Wesselingius in Herod. I. 80, 24. p. 93. In Anecd. Cram. II. p. 327, 20. pro εἰλήπους scribendum est Οἰδίπους et apud Nonnum II. 701. p. 82, 22. Ἀστερίων Λικταῖος ἄναξ Κορυβαντίδος Ἴδης pro ὕλης. Adde, quod extat Epist. XX. p. 187, 30. Cram. Ἀπολλωνίῳ τῷ Τυδνεῖ, aliaque multa ap. Fiorill. in Herod. Attic. p. 52. sq. Neque alterius litterulae conversionem a nobis factam opus est operose illustrare; satis est adnotasse controversias vocum ἀσκός et αὐτός Walz. in Arsen. p. 79. atque κατά et κακά D'Orvill. in Chariton. p. 316. et Has. in Leon. Diacon. X. 10. p. 505. add. Fuss. Epistol. ad Has. de Lyd. p. 16. Proverbium autem, quod Lycus edisserit, κράτος Καδμεῖον Meleag. Epigr. LII. 7. Anth. Gr. I. p. 17. contritum vestustate est et ab doctis hominibus haud perinde explanatum, quam collectis scriptorum locis confirmatum, ut a Schotto in Zenob. IV. 45. p. 94. Barthio ad Zachariam Scholasticum p. 252. Wesselingio in Diodor. XI. p. 412, 54. et Exc. libr. XXII. p. 495, 6. et p. 547. Vol. V. exempl. Lips. intpp. Suid. p. 8. Astio in Plat. Legg. I. 11. p. 65. Iacobsio in Anthol. Gr. I. 1. p. 69. Boissonadio in Aristaen. II. 6. p. 664. et in Theodul. p. 253. sq. Anecd. Vol. II. Walzio in Arsen. p. 315. sq. Quamquam cumulate munus, quod ea turba suscepit, ut fere fit, non effecerunt. Ipse nisi quae me forte fugiunt, haec in supplementum legi: Diodor. XIII. p. 620, 5. ἔδοξεν Ἀθηνῆσι τοῦ θεάτρου πλήθοντος αὐτός τε καὶ τῶν ἄλλων στρατηγῶν ἐξ ὑποκρίνεσθαι τραγῳδίαν Εὐριπίδου Φοινίσσας· τῶν δ' ἀντιπάλων ὑποκρινομένων τὰς Ἱκέτιδας δόξαι τὴν Καδμείαν νίκην αὐτοῖς προςγενέσθαι καὶ πάντας ἀποθανεῖν μιμουμένους τὰ πράγματα τῶν ἐπὶ τὰς Θήβας στρατευσάντων· ἀκούσας δ' ὁ μάντις ταῦτα διεσάφει τοὺς ἐπιὰ τῶν στρατηγῶν ἀναιρεθήσεσθαι. Strab. III. p. 150. Vol. I. p. 400. ἄλλα μυρία ἴχνη τῆς ἐκείνου (Ὀδυσσέως) πλάνης καὶ ἄλλων τῶν ἐκ τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου γενομένων καὶ ἐπίσης κακωσάντων τούς τε πολεμηθέντας καὶ τοὺς ἑλόντας τὴν Τροίαν· καὶ γὰρ οὗτοι Καδμείαν νίκην ἐτύγχανον ἠρμένοι. Aelian. Nat. Hist. V. 11. p. 104, 2. ὅςτις δὲ τούτων ἐκράτησε Καδμείᾳ ὥς γε εἰπεῖν τὴν νίκην ἐνίκησε· παιόμενοι γὰρ καὶ κεντούμενοι κακῶς ἀπαλλάττουσιν. Galen., de quo meminit Tiraquellus in Alex. ab Alex. Gen. Dier. Vol. II. p. 160., περὶ κρισ. ἡμερ. I. 6. p. 799. Vol. IX. εἰ δέ τις ἑαυτὸν ἐξαιρεῖ τῆς προςηγορίας τῆςδε καὶ μήπω πείθεται καὶ ληρεῖν οὐ μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ Ἱπποκράτην καὶ Διοκλέα καὶ τοὺς ἄλλους — νομίζει, νικάτω νίκην οὗτος Καδμείαν et περὶ αἱρεσ. τοῖς εἰςαγομ. VIII. Vol. I. p. 87. εἰ μὲν δὴ ἀτιμάζοις τὸ φαινόμενον, ὥςπερ τινὸς ἔμπροσθεν ἀκοῦσαί μοι δοκῶ σοφιστοῦ καὶ ἡμῖν ὥρα πρὸς τοὺς τιμῶντας αὐτὸ τὸ φαινόμενον ἀπαλλάττεσθαι, οὐδ' ἂν ἤδη νικῴης νίκην Καδμείαν. Liban. Epistol. DCXLIII. p. 306. πρόςαγε δὴ πᾶσαν μὲν πεῖραν, πάσας δὲ (τε Wolf.) δεήσεις τῷ πατρὶ καὶ μὴ Καδμείαν νίκην νικᾶν ἐκείνῳ. Aristid. Minerv. p. 16, 12. τὴν ἀληθῆ καὶ κυρίαν νίκην ἑκάστῳ διδοῦσα πολὺ τῆς Καδμείας κεχωρισμένην καὶ τῷ ὄντι Ὀλυμπικήν. Malch. Exc. Hist. p. 266, 2. τὴν τοῦ λόγου Καδμείαν ἀποφέ-

ροντας νίκην. Procop. de bell. Gotth. I. 7. p. 33, 16. τῆς τε μάχης καρτερᾶς γεγενημένης τὴν Καδμείαν νίκην Ῥωμαίοις νικῆσαι ξυνέπεσε. Ann. Comn. Alex. XIV. p. 455. B. ὅπως νικήσειαν λεγομένην Καδμείαν διαφιλονεικούντων, ubi vox νίκην eadem abolevit ratione, qua apud Libanium Vol. I. p. 416, 11. τελεσθῆναι (νίκην) τοῖς νικῶσι λυπηράν. conf. Schaefer. in Bos. Ellips. p. 321. Nicet. Choniat. de Man. Comn. II. p. 99, 10. μὴ τὴν Ἀδράστειαν εὐλαβούμενος αὐτοῦ που λαβοῦσαν ἀρχὴν ἢ τὴν Καδμείαν λεγομένην νίκην ὑποβλεπόμενος. Iustin. Mart. Epist. ad Zen. et Seren. p. 509. B. φιλόνεικος γὰρ ἀνὴρ διπλασιάζει τὸ ἀδίκημα καὶ δέον μεταθέσθαι νικᾶν, ὥς φησιν ὁ μῦθος, τὴν Καδμείαν νίκην ἐσπούδακεν. Clem. Alexandr. Strom. p. 293. C. Apostol. VII. 72. p. 87. Hoc igitur proverbium Lycus inde factum affirmat, quod quum Cadmo serpentis devicti praemio fuisset sedes stabilis opulentissimumque ac celebre regnum (Heraclit. de Incred. 19. p. 75. Κάδμος τὸ θηρίον ἀνελών, δι' ὃ συνέβαινεν ἔρημον εἶναι τὸν τόπον), idem et in servitutem octo annorum assertus et gravissimos deinceps rerum suarum casus odiumque Martis perpessus est illud implacabile, dum apud exteros ipse cum Harmonia in serpentes converterentur. Hygin. fab. VI. p. 22. sq. „Cadmus — ira Martis, quod draconem fontis Castalii custodem occiderat, suorum prole interempta cum Harmonia — in Illyriae regionibus in dracones sunt conversi". Lactant. Narr. Fab. IV. 16. p. 217. sive Mythogr. I. fab. 150. p. 48, 18. „Cadmus postquam inspectator suarum calamitatum fuerat in exitu nepotum, perosus Thebarum sedes cum Harmonia — in Illyricos sinus profugit. Ibi a diis petita venia, ut in draconis speciem converteretur, qui initio mali causa fuit, vota sunt impleta et in serpentes ambo versi sunt". Acr. in Horat. Epist. ad Pison. 187. „dicuntur autem in angues conversi propter occisum draconem, qui erat Marti consecratus". Nonn. IV. 417. p. 136, 15. Eustath. in Dionys. Perieg. 391. p. 169, 11. Θήβηθεν ἐκεῖ ἐλθόντες εἰς ὄφεων σκολιὸν γένος ἠλλάξαντο, ἐπεὶ καὶ Κάδμος τὸν Ἄρεος ἀνεῖλέ ποτε ἐν Θήβαις δράκοντα (τοῦ Ἄρεος ὄφιν Schol. p. 349, 12.). Immo per eius posteros quoque grassata irritati Martis vis et iracundia (Κάδμου παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων, Ὃς γηγενεῖ δράκοντι τιμωρεῖ φόνον Eurip. Phoen. 934. Lobeck. Aglaoph. p. 637.) scelusque, quod parum olim abfuerat quin capite Cadmus lueret (Hellanic. fr. XXVI. p. 69.), atrocissime vindicatum esse dicitur cum aliis poenis, tum Sphingis immissione Schol. Phoen. 1065. p. 226. et 1066. p. 227. 223. λέγει δὲ τὴν Σφίγγα ἣν ὁ Ἄρης ἔπεμψεν. Quamquam de Sphinge Lycus dissentit; nam Pisandrum apud Schol. Phoen. 1760. p. 337. et Dionem Chrysostomum Orat. XI. p. 309., qui ab Iunone illud monstrum Thebanis obiectum fuisse prodiderunt, hic omittam; Lycus autem Bacchi iram in hanc poenam erupisse scribit ap. Schol. Hesiod. Theog. 326. p. 504, 12. Λύκος δὲ ἐν τῷ περὶ Θηβαίων (leg. Θηβῶν vid. III. 1. p. 255.) αὐτὴν ὑπὸ Διονύσου πεμφθῆναί φησι. conf. Schol. Lycophr. 206. Neque Euripidem poenituit eius opinionis esse teste Schol.

Phoen. 934. p. 203. ἀλλαχοῦ δέ φησι ταῦτα ὑπὸ Διονύσου πεπονθέναι τὴν πόλιν et 1031. p. 222. ὁ ἐκ θεῶν ταῦτα πράξας οὗτος φόνιος ἦν· παρόσον τὴν Σφίγγα ὁ Διόνυσος ἔπεμψε τοῖς Θηβαίοις ὡς ἐναντοία λέγειν. conf. Corinn. in Corollar. XIV. In quam partem quod dictum esset ab Euripide quum nihil succurreret, simul et species ista ἐναντοία deliberationem haberet reminiscererque mutabilitatem vocum λέγειν et λέγει monstratam a Schwebelio in Onosandr. X. p. 56., e re videbatur hoc scribendi genus ὡς ἐν Ἀντιγόνῃ λέγει praecipere fere ea confectum arte incertum an dexteritate, qua eiusdem vocabuli integumentis evolutum nomen Antiopae Valckenarius Diatr. p. 60. a. protulit ex Ammonio v. κύειν p. 86. Quo concesso exploratum habeo, quo valeat Bacchi mentio Antig. fr. XVIII. p. 64. facta: ὦ παῖ Διώνης, ὡς ἔφυς μέγας θεός, Διόνυσε. conf. Valcken. in Phoen. p. 792. Haud ignarus aliarum opinionum, quibus proverbium a Cadmi aut stirpe aut gente natum traditur, quum Lyco hoc dedi, cui auctoritatem aliquam haberi par erat, tum ipsum Cadmeae victoriae vocabulum similius vero facit, Cadmi potissimum mala fuisse tritissima voce celebrata. Quid vero de iis dicam, qui litterarum usum inter Graecos a Cadmo cum damno suo vulgatum memorant? Zenob. IV. 45. p. 94. ὅτι τὰ ἐκ Φοινίκης γράμματα βουλόμενος διαδοθῆναι τοῖς Ἕλλησι Κάδμος ἀνεῖλε Λίνον καὶ αὐτὸν ἴδια γράμματα ἐπιδεικνύμενον, ὃν ἀπεδίωξαν οἱ πολῖται. Discrepans reliquorum sermo est. Ex quibus partim proverbii originem ab Oedipo repetunt, qui idem Sphingis interfector et matris coniux fuit ὅτι τὸ Σφιγγὸς αἴνιγμα συνεὶς Οἰδίπους καὶ νικήσας αὐτὴν ἀγνοῶν ἔγημε τὴν ἑαυτοῦ μητέρα· εἶτα ἐξετύφλωσεν ἑαυτόν Zenob. l. d. ὅτι Οἰδίπους τὸ αἴνιγμα λύσας ἔπαθλον τὴν μητέρα ἔγημε Etym. Gud. l. d. et quos cum eo concinere supra diximus et Eustath. Il. p. 490, 8., atque Schol. Aristid. p. 497, 22. ἐπειδήπερ Οἰδίπους τὴν Σφίγγα ἐνίκησεν· εἰ μὴ γὰρ ἐκείνην ἐνίκησεν, οὐκ ἂν οὐδὲ τῇ ἑαυτοῦ μητρὶ συνεγένετο οὐδὲ τὰ λοιπὰ πάντα ὑφίστατο, partim ab Eteocle et Polynice victoriae immortuis ἐπεὶ Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυνείκης μονομαχήσαντες περὶ τῆς νίκης ἀμφότεροι ἀπώλοντο. Hesych. v. Κάδμεοι p. 99. Zenob. Suid. Prov. Vatic. p. 95. Plutarch. de frat. amor. XVII. p. 59. Vol. X. οὐ γὰρ ἑτέραν οἱ παλαιοὶ Καδμείαν νίκην, ἀλλὰ τὴν περὶ Θήβας τῶν ἀδελφῶν ὡς αἰσχίστην καὶ κακίστην προσηγόρευσαν. Aristid. Rom. Laud. p. 209, 15. ἀλλὰ τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον τὴν Καδμείαν νίκην ἐνίκων ἀλλήλους περὶ τῆς ἡγεμονίας. Unde Salmasius Plin. Exerc. p. 217. E. „Respexit Plinius ad proverbium πίπτει νικηθεὶς καὶ ὁ νικήσας ἀπόλωλε. Sic de basilisco infra et mustela „necant illae simul odore moriunturque et naturae pugna conficitur". Haec est dimicatio συναποθνησκόντων, quam Καδμείαν νίκην Graeci vocant". Plerisque septem illorum ducum bellum proverbio visum, est locum fecisse, quando effrenatam in devictos Argivos Thebanorum licentiam Theseus perdomuit Schol. Aristid. p. 497, 17. Θηβαῖοι νικήσαντες τοὺς Ἀργείους Πολυνείκους στρατεύσαντος κατὰ τοῦ

ἀδελφοῦ Ἐτεοκλέους, εἴασαν ἄταφα τὰ σώματα τῶν ἐν πολέμῳ πεσόντων καὶ παρώξυναν καθ' ἑαυτῶν τοὺς Ἀθηναίους, οἳ ἐξελθόντες ἐνίκησαν Θηβαίους καὶ οὐ παρέδοσαν εἰς ταφὴν τὰ σώματα αὐτῶν. Themist. Orat. VII. p. 105, 27. τί ποτέ ἐστιν ἕτερον ἡ Καδμεία νίκη, ἢ ὅταν τινὲς ὑπὸ τῆς νίκης ὥςπερ μέθης κατακλυσθέντες ἀγνοήσωσι τὸ μέτρον τῆς τοῦ κρατεῖν ἀπολαύσεως καὶ τελευτήσῃ τὸ κέρδος αὐτοῖς εἰς ζημίαν χαλεπωτέραν; οὕτω γὰρ αὐτοί τε ἔπραξαν οἱ τότε Καδμεῖοι καὶ ὁ μετὰ ταῦτα χρόνος ἐνεπλήσθη τοῦ παραδείγματος. Plat. de legg. I. 11. p. 31. πολλοὶ ὑβριστότεροι διὰ πολέμων νίκας γενόμενοι μυρίων ἄλλων κακῶν δι' ὕβριν ἐνεπλήσθησαν· καὶ παιδεία μὲν οὐδεπώποτε γέγονε Καδμεία, νῖκαι δὲ ἀνθρώποις πολλαὶ δὴ τοιαῦται γεγόνασί τε καὶ ἔσονται. Manil. III. 15. „Non annosa canam Messanae bella nocentis Septenosque duces ereptaque fulmine flammis Moenia Thebarum et victam, quae vicerat, urbem". Contra praeclaram quandam victoriam ita licet Cadmeam appellare, si de Argivis ingenti caede prostratis cogitatur nec de Thebanis cum contemptu religionis etiam adversus mortuos grassatis haud impune; certe hoc licuit Arrhiano, de quo Eustathius testis est in Hom. Il. II. 851. p. 361, 2. Καὶ γοῦν Καδμείαν νίκην οἱ μὲν ἄλλοι οὐκ ἐπαινοῦντες φασί· τὴν ἀκάρπωτον γὰρ καὶ ἀκερδῆ τά τε ἄλλα καὶ διὰ τὸ μηδὲν ἀμόνασθαι τὸν Ἐτεοκλῆν τῆς τῶν Καδμείων κατὰ τῶν Ἀργείων νίκης, μηδὲ τοὺς ἀμφ' αὐτόν· Ἀρριανὸς δὲ τὴν μεγάλην καὶ ὅ φασι κατ' ἄκρας νοεῖ διὰ τὸ ἄκρως ἡττηθῆναι τοὺς περὶ τὸν Πολυνείκην ὑπὸ τῶν Καδμείων ὡς μόνον περισωθῆναι τὸν Ἄδραστον et IV. 407. p. 490, 3. et in Odyss. XXII. 285. p. 1927, 13. τὸ νίκη Καδμεία οἱ μὲν ἐπὶ τῆς ἀκερδοῦς καὶ ἀνωφελοῦς ἐξελάβοντο ψογερῶς, οἱ δὲ ἐπὶ τῆς ἄκρας καὶ καθ' ὑπερβολήν. Quod autem eius vim verbi Eustathius definit notione inutilitatis, ab aliis grammaticis distincte subtiliterque adnotatum est, Cadmeam victoriam appellari tum eam, quae in magnas vincentium evasura est calamitates (ἡ ἐπὶ κακῷ τῶν νενικηκότων Gregor. Cypr. p. 278. παροιμία εἰώθει λέγεσθαι ἐπὶ τῶν ἐπὶ βλάβῃ τῇ ἑαυτῶν νικησάντων Schol. Aristid. v. 16.), tum eam, unde comparatur nihil commodi (Etym. Gud. l. d. λέγεται ἐπὶ τῶν ἐπὶ κακῷ νικώντων· — τίθεται καὶ ἐπὶ τῶν ἀλυσιτελῶν). Atque hanc, quam posteriore posui loco, notionem maxime subiecerunt ii, qui Argivorum mortis iniuriarumque ultores Epigonos potius, quam Athenienses fuisse duxerunt velut Hesychius l. d. ὅτι τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας στρατευσαμένων πάντων ἀπολομένων οἱ υἱοὶ πάλιν ἐπιστρατεύσαντες εἷλον τὰς Θήβας ὡς ἔχειν αὐτοῖς ἀλυσιτελῆ. Zenob. l. d. ὅτι Καδμεῖοι νικήσαντες τοὺς Ἀργείους τοὺς μετὰ Ἀδράστου στρατεύσαντας δίκην ἔδοσαν ἱκανὴν τοῖς ἀπογόνοις αὐτῶν. Eustath. Il. p. 490, 2. ἐκ τῶν Θηβαϊκῶν πολέμων παροιμία ἐξέπεσεν ἐπὶ τῶν ἀλυσιτελῶν τὸ Καδμεία νίκη, ἐπειδή, φασι, Θηβαῖοι τὰ πρῶτα νικήσαντες ὕστερον ὑπὸ τῶν ἐπιγόνων ἡττήθησαν. Schol. Aristid. v. 26. Pars denique quod multorum sanguine et vulneribus ea Thebanis victoria steterat, Cadmeam victoriam dici volunt, quum plus incommodi accepit victor, quam

intulit, ut ait Valckenarius in Herod. I. 166, 9. p. 166. Pausan. IX. 9, 1. p. 33. sq. *οἱ Θηβαῖοι κρατοῦσι — ὡς τὸ σύμπαν στράτευμα πλὴν Ἀδράστου φθαρῆναι· ἐγένετο δὲ καὶ αὐτοῖς τὸ ἔργον οὐκ ἄνευ κακῶν μεγάλων· καὶ ἀπ' ἐκείνου τὰ σὺν ὀλέθρῳ τῶν κρατησάντων Καδμείαν ὀνομάζουσι νίκην.* Diodor. Excerpt. Vatic. p. 51, 7. et Hoesch. p. 495, 8. *τὸ τοὺς νικήσαντας συμφορὰν ἔχειν, τοὺς δὲ ἡττημένους μηδὲν κινδυνεύειν διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἡγεμονίας.* Suid. p. 8, 11. *ἕτεροι δέ φασιν αὐτὴν λέγεσθαι ἐπὶ τῶν νικώντων μὲν τοὺς πολεμίους, πλείονας δὲ τῶν οἰκείων ἀποβαλλόντων.* Atque haec quidem sic dicta sunto acervatim. Quibus attinet hoc adiicere, Diogeniano iudice par huic proverbio esse et idem valens illud, quod ab Adrasti fortuna ductum est *Ἀδράστεια Νέμεσις*, de quo haec scripta I. 54. p. 182. leguntur: *Ἀδράστεια Νέμεσις· ἐπὶ τῶν πρότερον εὐδοκ(ιμ)ησάντων· ἀπὸ Ἀδράστου τοῦ Θήβας (ἐπι)στρατεύσαντος καὶ μεγάλως σφαλέντος· τὸ αὐτὸ καὶ Καδμεία νίκη.* Verbosius id enarrat Zenobius I. 30. p. 9., cuius locum explicare et excutere animus est eo etiam, quod in alia quaestione is nobis usui futurus est. *Ἀδράστεια Νέμεσις· ἀπὸ Ἀδράστου· τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν πρότερον μὲν εὐδαιμονησάντων, ὕστερον δὲ δυςτυχησάντων. Ἐτεοκλῆς γὰρ καὶ Πολυνείκης μετὰ τὴν ἀπώλειαν τοῦ ἰδίου πατρὸς Οἰδίποδος τὴν βασιλείαν Θηβῶν παραλαβόντες περὶ ταύτης συντίθέναι πρὸς ἀλλήλους κ. τ. λ. —· ὑπέσχετο οὖν (Ἄδραστος) καὶ ἀμφοτέρους εἰς τὰς ἰδίας ἀποκαταστῆσαι πατρίδας καὶ πρῶτον ἐπὶ Θήβας στρατεύει, ἔνθα τῶν ἀρίστων Ἀργείων πεσόντων μόνος διέφυγεν Ἄδραστος· τοὺς δὲ νεκροὺς αὐτῶν ἀτάφους τῶν Θηβαίων ῥιψάντων καὶ μὴ διδόντων ταφῇ οἱ τῶν ἀποθανόντων παῖδες πρὸς τὸν τοῦ Ἐλέου καταφυγόντες βωμὸν τοὺς νεκροὺς ἐξῄτουν. Ἀθηναίων δὲ στρατευσάντων οἱ νεκροὶ δίδονται· ὅτε καὶ Εὐάδνη ἡ τοῦ Καπανέως γυνὴ ἑαυτὴν τῇ πυρᾷ βαλοῦσα* (quod loquendi genus probavit Lobeckius Aglaoph. p. 632. sq.) *τῷ τοῦ ἀνδρὸς συγκατεκαίθη νεκρῷ· μετὰ δὲ χρόνους οἱ τῶν ἀπωλομένων Ἀργείων παῖδες ἐπὶ Θήβας μίαν νίκην ἰδίαν ἔσχον, ἀλλ' ἐπὶ μισθῷ ὑπὲρ ἀλλοτρίων ἐμάχοντο.* Ut incipiam ab re leviore, suasore Apollodoro III. 7, 2 p. 214. et Scaligero in Euseb. DCCCXXII. p. 52. a. dabit unus quilibet orationem recte reconcinnari a me hoc modo: *μετὰ δὲ ἐ χρόνους.* Verum omnia hic confuse dispersa sunt implicataeque et perturbatae narrationes, quibus proverbium apparuerat usurpari quum de iis, qui ex secundissimis rebus alteram fortunam experirentur, tum si quis peccatorum persolveret poenas inevitabiles; id quod duobus confirmatum erat exemplis, altero Thebanorum, qui violati mortuorum iuris meritam postremo ab Epigonis poenam habuerunt, Adrasti altero, cuius fuga nece compensata est filii Aegialei. Indicium eius rei patefacit Suidas utcunque descriptione sua commihutus p. 109, 15. *Ἀδράστεια — Νέμεσις· ἀπὸ Ἀδράστου· ἐπὶ τῶν πρότερον μὲν εὐδαιμονησάντων, ὕστερον δὲ δυςτυχησάντων· τῶν γὰρ ἀπογόνων Θηβαίοις ἐπιστρατευσάντων μόνος Αἰγιαλεὺς ἀπώλετο Ἀδράστου παῖς.* Qui quid hisce voluerit sibi, dicat Libanius διηγ. περὶ

Ἀδραστ. Vol. IV. p. 1100, 8. ἡγεῖται δὲ ὁ παῖς Ἀδράστου καὶ ἀναιρεῖται μόνος· τοῦ δὲ ἄρα ὁ πατὴρ μόνος τῶν ἑπτὰ λοχαγῶν ἀπεσώθη· ἐδοξε δὴ τοῦ δαιμονίου νεμεσήσαντος τοῦτο τῇδε γενέσθαι. Καὶ αὐτίκα οἱ Ἕλληνες ἱερῷ τιμῶσι τὴν Νέμεσιν προσεπόντες Ἀδραστείαν τὴν θεόν. Quibus ex rebus breviter disputatis facile intelligitur, quod vim eius verbi usumque illustraturo frequentanda fuerat Thebanorum bellorum memoria, inde factum esse, ut interrupto rerum tenore librarius in alienum locum assiluerit partesque argumenti diversitate inter se disiunctissimas coniunxerit continuaritque scribendo. Veniam ad id, quo intendi. Quid Erasmum Adag. II. 6. p. 365. et Schottum, quos non obturbarunt ista οἱ τῶν ἀπολομένων Ἀργείων παῖδες ἐπὶ Θήβας μίαν νίκην ἰδίαν ἔσχον, ἀλλ' ἐπὶ μισθῷ ὑπὲρ ἀλλοτρίων ἐμάχοντο, quanta arbitraris languisse socordia? Quis enim locus est, qui iniuriae a librariis sibi illatae nos tantopere admoneat? admoneat autem? o inertiam significationis ignavae! quis inquam locus est, qui sua se sede revulsum in alienissimam extrusum partem ita aperte ac palam increpet, clamitet? Detegam igitur insigne librariorum flagitium in Zenobio commissum nec detegam solum, sed resarciam, quantum fieri potest. Est locus in libro II. 59. p. 42. huiusmodi: Ἀρκάδα μιμούμενος· παροιμία ἐπὶ τῶν ἄλλως πονούντων καὶ μοχθούντων· οἱ γὰρ Ἀρκάδες πολλὰ πολεμήσαντες οὐδ' ὅσον οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς καταφεύγοντας εἰς Ταίναρον τῶν Εἱλώτων ἀπαγαγόντες ἀπέκτειναν. Sentisne quid moliar? Deme hinc ista ὅσον οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς καταφεύγοντας — ἀπέκτειναν, repone illinc arcessita οὐδ)εμίαν νίκην ἰδίαν ἔσχον, ἀλλ' ἐπὶ μισθῷ ὑπὲρ ἀλλοτρίων ἐμάχοντο, constabit sensus. Idque iudicium ratum facit consensus Hesychii p. 537. παροιμία ἐπὶ τῶν ἄλλως πονούντων καὶ μοχθούντων· οἱ γὰρ Ἀρκάδες πολλὰ πολεμήσαντες οὐδεμίαν νίκην ἰδίαν ἔσχον et Diogeniani I. 29. p. 179. ἐπὶ τῶν ἄλλως πονούντων· πολλὰ γὰρ οἱ Ἀρκάδες πολεμήσαντες οὐδεμίαν νίκην ἰδίαν πώποτε ἔσχον. Reliquias autem in pristinum habitum sic reformo: Ταινάριον κακόν· τὸ μέγα καὶ παρανομούμενον εἰς οἰκέτας· παρ') ὅσον οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς καταφυγόντας εἰς Ταίναρον τῶν Εἱλώτων ἀπαγαγόντες ἀπέκτειναν. Nam eodem exemplo extant apud Suidam T. III. p. 439. (add. Apostol. XVII. 92. sive Arsen. p. 441.) et in Vatic. Append. IV. 12. p. 317. sq. haec: Ταινάριον κακόν· τὸ μέγα καὶ παράνομον εἰς οἰκέτας· Λακεδαιμόνιοι γὰρ τοὺς εἰς Ταίναρον καταφυγόντας τῶν Εἱλώτων ἀπέκτειναν et apud Plutarchum Prov. Alex. p. 593. sq. τὸ μέγα καὶ παρανομούμενον εἰς οἰκέτας· οἱ γὰρ Λ. τ. κ. εἰς Τ. τῶν Εἱλ. ἀπαγαγόντες ἀπέκτειναν. Quaeris nunc, unde ei loco, qui de Adrastea Nemesi est, accessio, qua opus est, afferri cum possit tum vero debeat. Quam sine recusatione ac sine ulla mora accipies ex libro VI. 15. p. 156. sq. Ταῦτά σοι καὶ Πύθια καὶ Δήλια· ἡ παροιμία εὕρηται ἐπὶ τῶν ὕστατα καὶ τελευταῖα ποιούντων· μέμνηται δὲ αὐτῆς Μένανδρος· φασὶ δὲ ὅτι Πολυκράτης ὁ Σαμίων) ἐστρατεύσαντο τὸν τῶν πατέρων θάνατον βουλόμενοι τιμωρήσασθαι. Τειρεσίου δὲ τοῦ

μάντεως θεσπίσαντος Θηβαίοις τὴν νίκην ἐπ' Ἀργείοις κεῖσθαι δρασμὸν ἐπενόησαν καὶ στέλλουσι μὲν πρέσβεις πρὸς Ἀργείους· αὐτοὶ δὲ νυκτὸς τὴν πόλιν καταλιπόντες φυγάδες ᾤχοντο· εἰςίασιν οὖν εἰς τὴν πόλιν Ἀργεῖοι καὶ τὰ ταύτης τείχη καθελόντες τὴν λείαν συνήθροισαν· ὅθεν ἡ παροιμία προήχθη λέγεσθαι ἐπὶ τῶν ἄδικα διαπραττομένων καὶ τὴν δίκην μὴ ἐκφευγόντων. Denique ne quid huius proverbii enarrationi desit ad integritatem suam, commode quae perierunt expiet Suidas T. III. p. 436. ταῦτά σοι καὶ Πύθια καὶ Δήλια· ἐπὶ τῶν τὰ τελευταῖα πονούντων. Πολυκράτης γὰρ ὁ Σάμου τύραννος Ῥήνειαν ἑλὼν καὶ ἀναθεὶς τῷ Ἀπόλλωνι αὐτὴν καὶ ἐν Δήλῳ θεὶς ἀγῶνα κάλλιστον ἠρώτα πέμψας εἰς Δελφοὺς πῶς δεῖ καλεῖν τὸν ἀγῶνα, Δήλια ἢ Πύθια· ὁ δὲ χρησμὸς ἔφη· Ταῦτά σοι καὶ Δήλια καὶ Πύθια. σημαίνων ὅτι εὐθέως ἀποθανεῖται et id. v. Πύθια καὶ Δήλια p. 236. Phot. p. 473, 1. Πύθια καὶ Δήλια· φασὶ Πολυκράτην τὸν Σάμου τύραννον Πύθια καὶ Δήλια ποιήσαντα ἅμα ἐν Δήλῳ πέμψαι εἰς θεοῦ χρησόμενον, εἰ τὰ τῆς θυσίας ἄγει κατὰ τὸν ὡρισμένον χρόνον· τὴν δὲ Πυθίαν ἀνελεῖν, ταῦτά σοι Πύθια καὶ Δήλια βουλομένην δηλοῦν ὅτι ἔσχατα· μετ' ὀλίγον γὰρ χρόνον αὐτὸν ἀπολέσθαι συνέβη. [Sero reminiscor, quod nuper cognoveram, Zenobii verba — omninone an magnam partem non memini — iam in pristinum ordinem redacta esse a Gaisfordio.].

COROLLARIUM XI.

[II. 3. p. 129.] Repetendam hic mihi duco esse loci longe depravatissimi recordationem. Locus is Theophrasti est, qui apud Apollonium Dyscolum Histt. mirab. XLIX. p. 99. sq. vel in auctario fragm. Theophr. T. V. p. 292. extat in hunc modum: Ἰᾶται γάρ φησιν (Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ ἐνθουσιασμοῦ) ἡ καταύλησις καὶ ἰσχιάδα καὶ ἐπιληψίαν καθάπερ πρὸς Ἀριστόξενον τὸν μουσικὸν ἐλθόντα χρήσασθαι αὐτὸν τοῦ μαντείου τοῦ τῆς Πασιφίλης δάμω τι ἀδελφῆς λέγεται τὸν μουσικὸν καταστῆσαι τὸν ἐξιστάμενον ἐν Θήβαις ὑπὸ τὴν τῆς σάλπιγγος φωνήν· ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἐβόησεν ἀκούων, ὥστε ἀσχημονεῖν· εἰ δέ ποτε καὶ πολεμικὸν σαλπίσειέ τις, πολὺ χεῖρον πάσχειν μαχόμενον· τοῦτον οὖν κατὰ μικρὸν τῇ αὐλῇ προσάγειν· καὶ ὡς ἂν τις εἴποι ἐκ προσαγωγῆς ἐποίησεν καὶ τὴν τῆς σάλπιγγος φωνὴν ὑπομένειν· θεραπεύει δὲ ἡ καταύλησις καὶ ἐάν τι μέρος τοῦ σώματος ἐν ἀλγήματι ὑπάρχῃ καὶ καταυλουμένου τοῦ σώματος καταύλησις γιγνέσθω ἡμέρας ἕως ἐλάχιστα καὶ εὐθέως τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐλάττων ὁ πόνος γενήσεται καὶ τῇ δευτέρᾳ· τὸ δὲ γιγνόμενον διὰ τῆς καταυλήσεως ἐπιχωριάζει καὶ ἀλλαχῇ, μάλιστα δὲ ἐν Θήβαις μέχρι τῶν νῦν χρόνων. Quae qui

meliora facere primus aggressus est sic scribendo: *Πασιφάης Διήτου ἀδελφῆς*, Meursius exordium emendandi dedit haud auspicatum, quod alienissimum est hoc commemorari loco Pasiphaes, Iovis filiae, templum Thalamis Laconiae urbe dedicatum. Ceterum et Meursii commentum satis scio comprobatum esse Osanno in Appulei. de Orthogr. p. 80. sq. et inter Pasiphaen et Pamphilen a doctis hominibus disceptari apud Appulei. Metam. X. p. 714. Neque Teucheri, hominis in arte critica rudis, opinatio *χρήσασθαι αὐτὸν τῷ μαντείῳ τῆς Πασιφάης ἅμα τῷ ἐν Δελφοῖς* quidquam habet ponderis. Porro autem mihi deerant, a quibus in rebus dubiis adiuvari volebam, Bastius et Schneiderus, nisi quod ab illo in Epist. Crit. p. 79. sq. codicis auctoritate confirmatam inveni scripturam a Meursio coniectatam *ἡμέρας ῖ ἕως ἐλάχιστα*, ab hoc commendatas fere has mutationes *τὸν ἐλθόντα χρήσασθαι — πάσχειν ἢ μαχόμενον — τῷ αὐλῷ προσήγαγε —· καταύλησις δὲ γιγνέσθω*. Eo maior me cepit tenuitque exspectatio, quid deliberatione provisum esset a Mahnio. Quod multo aliter evenit; poenituit enim interpretationis, praeter quam is nihil suppeditat praesidii, factae in Diatr. de Aristox. p. 217. in hanc sententiam: „Quemadmodum is, qui ad Aristoxenum musicum venit, oraculo iussus Pasiphilae Damoti sororis. Fertur enim etiam musicus Thebis, qui mente exciderat, voce tubae audita ad se rediisse: audiens enim in tantum exclamavit, ut turpiter se daret: quod sicubi quis classicum tuba cecinisset, multo eum deterius pugnare". Itaque dubitanti mihi quid faciendum esset, verba *Ἀριστόξενον τὸν μουσικὸν — λέγεται τὸν μουσικὸν* grave quoddam pondus attulerunt, quo expenso vocilam *αὐτόν* intellexi eo vitio contaminatam, quo nullum est frequentius. Quod quale sit ostendit apud Diodor. IV. p. 259, 98. *ἐπὶ τὴν αὐλήν* liber Claromontanus *αὐτήν* exhibens et Pollucis libri IV. 80. p. 394. not. 41. (*αὐτοῦν* et *αὐλῶν*) et Aristidis in Neptun. I. p. 23, 3. et Rom. Laud. p. 205, 20. (*αὐτή* et *αὐλή*) et Nicephori Basilacae, de quo supra I. 3. p. 55. dixi, atque alii plurimi diligenter excussi ab Iacobsio in Achill. Tat. VIII. 6. p. 943. et Aelian. Hist. Anim. XII. 46. p. 438. et XV. 1. p. 503. Persuasique mihi desperato loco praesentem hanc adhiberi medicinam: *καθάπερ πρὸς Ἀριστόξενον τὸν μουσικὸν ἐλθόντα (χρήσασθαι αὐλῷ τοῦ Ἰσμηνίου τοῦ τῆς Πασιφίλης τῆς Δαμοιτοίδα ἀδελφῆς λέγεται τὸν μουσικόν) κατασιῆναι τὸν ἐξιστάμενον ἐν Θήβαις ὑπὸ τὴν τῆς σάλπιγγος φωνήν*. De Ismenia Thebano (Nicephor. Ethop. VII. 11. p. 491, 19. 492, 1. 494, 5. supra posit. II. 5. p. 227. Himer. Or. V. 4. p. 478.) an Thisbaeo (Gutberleth. Opusc. ad Monum. Heriae Thisbes p. 166. Bosch. Anthol. IV. p. 356. Burmann. ad Vales. Emendd. p. 74. et Addend. p. 225. vid. I. 3. p. 55. 4. p. 60.) nunc nolo longus esse, quem constat tibicinum omnium unum celeberrimum fuisse (*τὸν ἄριστον αὐλητήν* Plutarch. Reg. Apopht. p. 88. Vol. VIII. *ἡ Ἰσμηνίου τέχνη* Maxim. Tyr. Diss. XV. 1. p. 270. conf. Dio Chrys. Or. XXXII. p. 683. Anonym. de Gramm. in Anecd. Boiss. II. p. 363. v. 433.),

ut tibiae, quibus ille proprio quodam suo more (οὕτως αὐλεῖν δεῖ Doxopat. Homil. in Aphthon. p. 468, 24. sive Schol. Aphthon. p. 633, 17. Eunap. Exc. Hist. p. 58, 8.) sibi et Musis cantasse ferebatur (Iulian. Misop. p. 338. A. Elmenhorst. in Appul. de Deo Socr. p. 169. conf. Gataker. in Antonin. VII. 58. p. 283, 19. Wyttenbach. in Plutarch. Apophtegm. p. 1113.), essent pretio maximo Lucian. adv. Indoct. 5. p. 6. Vol. VIII. εἴ τις αὐλεῖν μὴ ἐπιστάμενος κτήσαιτο τοὺς Τιμοθέου αὐλοὺς ἢ τοὺς Ἰσμηνίου, οὓς ἑπτὰ ταλάντων ὁ Ἰσμηνίας ἐν Κορίνθῳ ἐπρίατο, ἆρα διὰ τοῦτο καὶ αὐλεῖν δύναιτο; et Schol. Ἰσμηνίας οὕτω καλούμενος καὶ αὐτὸς Κορίνθιος· καὶ αὐτὸς ἐλπίσας ἐκ τῆς ὁμωνυμίας, εἰ καὶ τοὺς αὐλοὺς κτήσαιτο Ἰσμηνίου, εὐθὺς αὐτοπρόσωπος ἔσεσθαι Ἰσμηνίας. Conf. Plin. Nat. Hist. XXXVII. 3. p. 5. 4. p. 6. Vol. X. „nec deinde alia, quae tradatur, magnopere gemmarum claritas extat apud auctores, praeterquam Ismenias choraulen multis fulgentibusque uti solitum, comitante fabula vanitatem eius, indicato". Ad hoc coniecturae nostrae firmamentum haud ex omni parte leve licet assumere locum Alexandri ab Alexandro Genial. Dier. lib. II. 17. T. I. p. 398. hunc: „Fertur quoque Ismenias Thebanus plures Boeotiorum ischiadicos et coxendicum dolore laborantes incentione tibiae bonae valetudini restituisse". Intellectum est autem ischiadici hominis menti non ab ipso Ismenia, sed tibiae ope, qua Ismenias usus erat, subventum fuisse ab Aristoxeno πρὸς Ἀριστόξενον — καταστῆναι τὸν ἐξιστάμενον ἐν Θήβαις. Sic enim pro καταστῆσαι exiguo conamine rescripsi, quod illae formae saepe solitae sunt inter se permutari veluti apud Apsin. τεχν. ῥητ. c. 5. p. 495, 22. παρεστῆναι et παραστῆσαι et Menandr. περὶ ἐπιδεικτ. c. XVII. p. 323, 6. ἐγκαταστῆσαι et ἐγκαταστῆναι. Denique Δαμοτοίδας ἄρχων commemoratur in Inscript. 1568. v. 1. p. 739. (Δαμοθοΐδας Pausan. IV. 24, 1. p. 245. Vol. II.) conf. Boeckh. P. V. 1, 11. p. 724.

COROLLARIUM XII.

[II. 3. p. 136.] Quid vetat in celebranda Ismeni memoria ita versari, ut nomen Ladonis Thebarum atque Arcadiae fluviis quasi proprium nec cum ullo alius terrae amne commune fuisse evincamus? Varronis in Hecatombe locus est ap. Nonium v. later p. 131. Merc. (fragm. p. 282. Bip.) „Ladon fluens sub Sardibus flumen tulit Aurum, later quod conquadravit regius", ubi habes tertium aliquem Ladonem. Quis fuerit ille interpretatur Bochartus Phal. II. 12. p. 99. C. suggerens Pactolum. Cui si quis occurrat fluvii, qui Hero-

doto teste V. 101. mediam urbem interfluat, mentionem dictitans a Varronis loco abhorrere cum maxime, is reminiscatur, id quod probe exploratum supra II. 4. p. 146. expedivi, nihil hoc quidem argumento quidquam profici. Enimvero quum Ladonis nomen ut fluvii Sardibus proximi usurpatum videam veterum scriptorum nemini, quamquam haec nulla fuit offensio aut Bocharto aut Salmasio nott. ad Dosiad. Aram prim. p. 197., temeritatis nego posse iure aliquo argui eos, qui in vitio versum esse statuerint. Iam vero cui se admodum probaverit illud „luto fluens", quod in editione Dordracena est? Quantumvis licet crepes lutum limumve Pactoli amniumque auro feracium („auratum limum Hermi" Stat. Silv. III. 3, 62. *Παχτώλιον ἰλύν* Nonn. XIII. 472. p. 378, 30. *Παχτωλοῦ — χρυσαυγέϊ πηλῷ* XLIII. 441. p. 1136, 31.), Varronem hoc aspersum pigmento fluere ipsum lutulentum facile animum advertis et monenti concedis, quandoquidem perspicacitate nihil cedis librariis, qui spreto limo omnium fluviorum communi religiose perseverarunt ignoti alicuius tituli honorem asservare. Idem miror, quid caussae fuerit, qua re formas protritas apertasque „Lydo fluens" aut „Lydum fluens", quarum illam Popma p. 351. exempl. Bip., hanc Mercerus in Non. p. 682. putat antiquitus hic scriptam fuisse, librarii ignorationis simulatione texerint atque abscondiderint. Proferam igitur fluvii nomen — hoc unum enim requiri videtur —, quod diu latuit prima sui parte truncatum „Celadon fluens sub Sardibus". Quod enim supra II. 3. p. 128. dixi eo vitio, quo vocabulorum apices carpuntur, nihil esse vulgatius, percense iam singulas deinceps Nonii paginas; fides undequaque sequetur dictum meum. Celadonti autem idem, quod Anauro Thessaliae fluvio, accidisse arguere videtur Scholiasta Hom. Il. VII. 133. p. 206, 5. *Κελάδων ποταμὸς Ἀρκαδίας· σημαίνει δὲ ἡ λέξις καὶ τὸν μετὰ ἤχου ῥέοντα.* Et Anaurus quidem, qui maxime insignis esset aquarum rapiditate, appellari solebat quicunque amnis erat paullo violentior et torrens, id quod docuerunt Turnebus Advers. III. 2. Schneiderus in Nicandr. Alex. 235. p. 148. sq. Staveren. in Hygin. Poet. Astron. II. 4. p. 429. Sturzius Pherec. p. 168., unde factum est, ut et plures Anauros dinumeraret Palmerius Exercitt. p. 815. et ab uno scriptore idem fluvius bina ferret vocabula, veluti apud Coluthum Xanthus v. 69. Anauri nomen mutat versu 102. Itaque qua porro ratione Araxes (Bernhardy. in Dionys. Perieg. 739. p. 728.) et Chrysorrhoas atque Achelous (II. 6. p. 184. sq.) commune plurium fluviorum factum est cognomentum, eadem existimo Celadontem dici coeptum esse, si quis cum maiore aquarum strepitu fluvius decurreret. Vera me loqui praeclare convincere videtur Homeri testimonium, apud quem Iliad. VII. 133. haec leguntur: *Ἤβῳμ', ὡς ὅτ' ἐπ' ὠκυρόῳ Κελάδοντι μάχοντο Ἀγρόμενοι Πύλιοί τε καὶ Ἀρκάδες ἐγχεσίμωροι Φειᾶς πὰρ τείχεσσιν Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα.* Quo loco duplex unius fluvii poeta nomen posuit alterum appellativum, proprium alterum (Schol. p. 206, 51. *τινὲς δὲ ἄμφω ἐπίθετα τοῦ Ἰαρδά-*

νου· — διὰ τὸν ἦχον τοῦ ῥεύματος οὕτως εἶπε τὸν Ἰάρδανον, ὅς ἐστι ποταμὸς Ἀρκαδίας. conf. Panyas. ap. Steph. Byz. p. 422, 1. Σίβρῳ ἐπ' ἀργυρέῳ ποταμῷ παρὰ δινήεντι), cum unum sufficerit Pausaniae similiter narranti V. 18, 2. Vol. II. p. 390. οἱ δὲ συνιέναι φασὶν ἐς ἀγῶνα τὰ στρατιωτικά, Πυλίους δὲ εἶναι καὶ Ἀρκάδας παρά τε Φιγάλειαν πόλιν καὶ ποταμὸν μαχομένους Ἰάρδανον et Aristidi περὶ τοῦ παραιρθ. Vol. II. p. 373, 7. ἐνταῦθα δὲ καὶ ὡς κατὰ χεῖρα κράτιστος γεγονὼς διαλέγεται· ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ Εἴθ' ὥς ἠβώοιμι ὡς ὅτ' ἐπ' ὠκυρόῳ Κελάδοντι μάχοντο. At enim Celadontem eundem esse atque Iardanum olim vidit Palmerius Exercitt. p. 305. Verum hoc adeo nihil profuit, ut Lennepius Animadvv. ad Coluth. I. 5. p. 24. sq. substitui optaret Ladonem, cuius significatione positum esse vult Celadontem Hagenius de Asopi lib. p. 6. sq. Lennepius enim ille veteres quosdam criticos fuisse, qui in Celadontis locum Acidontem sufficiendum esse obtinerent, quum didicisset ex Strab. VIII. p. 348. T. III. p. 98., parum reputavit, fuisse etiam Ephesium hominem, multum, puto, in Homeri carminibus versatum, qui Acidontem affirmaret antiquitus nominatum Iardanum. Auctor est Pausanias V. 5, 5. p. 328. ὅτι δὲ τῷ Ἀκίδαντι (perperam scriptum apud Theognost. Canon. p. 32, 31. Ἀκήδων Ἀκήδοντος ὄνομα ποταμοῦ. p. 33, 2. Κελαδῶνος) ὄνομα Ἰάρδανος ἦν τὸ ἀρχαῖον, αὐτὸς μὲν οὐδαμόθεν συνεβαλόμην, ἀκούσας δὲ ἀνδρὸς Ἐφεσίου λέγω τὸν λόγον, ubi Schubartus „legendum potius censemus ἀνδρὸς ἐπιχωρίου", cui non succurrerat, puto, ἐφεστίου. Conf. Ilgen. in hymn. in Apoll. 244. p. 332. Qua ductus ratione et ab Strabone, perpetuo Homeri sectatore, arbitror VIII. p. 343. p. 68. Vol. III. Celadontis nomine Iardanum significari ὁ δ' Ἀλφειὸς παραλαβὼν τόν τε Κελάδοντα καὶ τὸν Ἐρύμανθον καὶ ἄλλους ἀσημοτέρους et a Callimacho hymn. in Dian. 101. 107. αἱ μὲν ἐπ' ὄχθης Ἀλὲν ἐβουκολέοντο μελαμψηφῖδος Ἀναύρου· Τὴν δὲ μίαν Κελάδοντος ὑπὲρ ποταμοῖο φυγοῦσαν — πάγος Κερύνειος ἔδεκτο. Idem Celadum Arcadiae fluvium, de quo Pausanias meminit VIII. 38, 7. Vol. III. p. 420., aut ab Celadonte distingui tamquam plane diversum, ad quam sententiam propensi sunt Palmerius l. c. et Siebelisius in Pausan. p. 322., aut secundum Spanhemium in Callimach. p. 209. mutari in Celadontem propter memoriam Pomponii Melae III. 1. p. 48, 49. veto hanc: „totam Celtici coluunt — fluuntque per eos Avo, Celadus, Nebis, Minius"; nam formam Celadum infra monstrabo iure aemulam haberi alteri Celadonti. Denique huc pertinet, quod est apud Plinium Nat. Hist. IV. 22. Vol. II. p. 137. sq. „Proxima ei (Delo) Rhene, quam Anticlides Celadussam (scrib. Celadusam conf. Bernhardy. in Dionys. Perieg. 456. p. 641.) vocat" „nempe a strepitu undarum" ait Bochartus Chan. I. 14. p. 442. sq. conf. Is. Voss. Obss. ad Mel. II. 7. p. 216. Zosim. V. 27, 1. p. 579. ἐν τῇ Ῥαβέννῃ — αὕτη — Ῥήνη κληθεῖσα διὰ τὸ πανταχόθεν ὕδασι περιῤῥεῖσθαι. Ad Pactoli naturam autem nihil melius valere murmuris commemoratione prodit Dionysius Perieg. v. 831. Τμώλῳ ὑπ' ἠνε-

μόεντι· τόθεν Πακτωλὸς ὁδεύων Χρυσὸν ὁμοῦ δίνησιν ἐφελκόμενος κελαρύζει et Nonnus X. 145. p. 276, 29. Πακτωλὸς κελάρυζε χέων χρυσοσπόρον ὕδωρ Πορφυρέαις ψαμάθοισι et XII. 165. p. 336, 16. Εἰ ποταμοῦ κελάδοντος ἀγάλλεται ἀμφὶ ῥεέθρῳ· Φέρτερον Εὐρώτεο πέλει Πακτώλιον ὕδωρ et Paulus Silentiarius Descr. Soph. 1012. p. 47. Αὐδὸν ἐριχρύσοιο παρέδραμες ὄλβον ἀναύρου. Ceterum Bocharto Varronis versum sic scribenti Phal. p. 99. C. „fluens sub Sardibus flumen tulit Aureum later", refragatur et vulgaris quaedam exilitas orationis et verborum intelligentia, quae illis subiecta sunt „later quod conquadravit regius", quae Nonius v. Lateres p. 520. repetiit „lateres — sunt autem generis masculini — later quod conquadravit regius". Et regis quidem sive Croesi lateres perpetua deinceps laude celebrati sunt velut ab iis, quos attulit Hemsterhusius in Lucian. Contempl. 12. Vol. III. p. 390. et ab Gregorio Nyss. de iis, qui praemature abrip. p. 315. A. πρὸ τῶν πολυταλάντων τοῦ Κροίσου πλίνθων ἡ σὴ πλινθότης μακαρισθήσεται et a Tzetza Chiliad. VII. 221. p. 247. χιλίας πλίνθους εἰς Δελφοὺς τῶν ὁλοχρύσων Κροῖσος Ἔστειλε et Bianore Epigr. XII, 3. Anth. Gr. II. p. 144. Σάρδιες, — Αἳ χρυσῷ τὸ παλαιὸν ἐπλινθώσασθε μέλαθρον Ὄλβον Πακτωλοῦ ῥεύματι δεξάμεναι. Theodor. Prodr. Epist. T. VI. Notit. et Electt. Mss. Reg. p. 546. οὐδ' ἄν μοι πλίνθους ὅλας χρυσοῦ κομεῖ καθὰ τῷ Πυθίῳ τὸν Κροῖσόν φασι et T. VIII. p. 83. χρυσοῦ πλίνθους ὅλας et p. 147. Auson. Lud. Sept. Sap. 104. „Lateribus aureis templa qui divis dabat". conf. Vitruv. II. 3, 3. p. 41. „fiunt autem laterum genera tria; unum quod graece Lydium appellatur, id est quo nostri utuntur, longum sesquipede, latum pede". Cuius opulentiae ipsa vestigia posteriore aetate abolevisse contestantur Strabo ap. Bernhardy. in Dionys. 832. p. 753. Philostratus vit. Apollon. Tyan. VI. 35. p. 274. χρυσία γάρ εἶναί ποτε τῷ Τμώλῳ ψαμμώδη καὶ τοὺς ὄμβρους αὐτὰ φέρειν ἐς τὸν Πακτωλὸν κατασύραντας· χρόνῳ δὲ ὅπερ φιλεῖ τὰ τοιαῦτα, αὐτὰ ἀπολιπεῖν ἀποκλυσθέντα. Dio Chrysost. Orat. XXXIII. p. 11. ὁ Πακτωλὸς — μὴ κατὰ ψῆγμα τὸ χρυσίον ὑμῖν φέρῃ, καθάπερ φασὶ Λυδοῖς πρότερον, ἀλλ' ἄθρουν ὥσπερ ἰλύν. Tzetza in Lycophr. 272. ὁ γὰρ Πακτωλὸς πρὶν εἶχε ψάμμον — καὶ ψήγματα καὶ μέταλλα ἐξ ὧν τὸν χρυσὸν ποιοῦσι, τὰ νῦν δὲ ὕελον κατάγει. Schol. in Hermog. p. 55, 13. in Anecd. Cram. Vol. IV. τοῦ Πακτωλοῦ δὲ ῥέοντος ἐκεῖσε πρὶν χρυσὸν Ὄμβροις ἐκ Τμώλου ὄρεος τὸ ψῆγμα κεκτημένου. Eustathius II. II. 865. p. 366, 22. καταφέρων τὸ παλαιὸν ψῆγμα χρυσοῦ πολύ. Laurentius Lydus de Magistr. III. 64. p. 268. Σπουδὴ γέγονε τοῖς πολυχρύσοις τὸ πάλαι Λυδοῖς εὐπορίᾳ χρυσίου, ὅσον αὐτοῖς ὁ Πακτωλὸς μετὰ τὸν Ἕρμον ἐχορήγει — χρυσοστήμονας διεργάζεσθαι χιτῶνας. Liban. Antioch. I. p. 361. sq. τοσούτῳ χρυσῷ — ὅσον οὐδὲ Κροίσῳ Πακτωλὸς ἐθησαύρισε. Themist. Orat. XXVII. p. 404, 10. κἂν ἐκ τοῦ Πακτωλοῦ διδῷς αὐτῷ καὶ τοῦ ψήγματος, ὃ ῥεῦσαι τὸν Πακτωλὸν ἐπὶ Κροίσου φασί. Nec contra haec quidquam valet Ducas Hist. Byz.

p. 72, 17. κἀκεῖ συναθροίσας πάντα τὰ τῆς Λυδίας χρύσεά τε καὶ ἀργυρᾶ κειμήλια καὶ πάντα τὸν ἐν ταῖς Σάρδεις — σωρεύσας πλοῦτον conf. Synes. Epist. CXXVII. p. 262. B. aut qui Lydorum aurum proverbii loco dixerunt, ut Iulianus Epist. XL. p. 419. D. καὶ δεξαίμην ἂν ἔγωγε Ἰαμβλίχου μᾶλλον ἐπιστολὴν μίαν ἢ τὸν ἐκ Λυδίας χρυσὸν κεκτῆσθαι. Libanius Vol. I. p. 692, 1. ἔδει μὲν οὖν ὅρος τε ὑμῖν. εἶναι καὶ ποταμὸν χρυσίον ὥςπερ Λυδίοις φέροντα, quem fluvium non aurum sed electrum vehere dicit Scholiasta Greg. Naz. p. 56. Gaisf. (φαέθοντος ἀδελφαὶ) δακρύειν ἤλεκτρον λέγονται ἐν τῷ Πακτωλῷ ποταμῷ, ubi Pactoli nomen mutari vetat Sophocles Antig. 1048., de quo D'Orvillius in Charit. p. 632. add. Salmas. Plin. Exercitt. p. 540. b. C. 761. a. E. 929. a. F. In eam igitur partem Varro spectavit haec loquutus: „Celadon fluens sub Sardibus flumen tulit Aureum", quibuscum commodum est comparare versum Senecae Oedip. 468. „Divite Pactolus vexit te Lydius unda Aurea torrenti deducens flumina ripa" et Varr. fragm. p. 284. „Pactolus aureas undas agens". Ceterum haec omnibus probatum iri quum neque sperem nec optem lubentissime tamen in medio proposui, quod haud omnino ea improbata scirem Krahnero meo mox eruditis de Varronis commentariis spectando, qui per omnia amabilis coniunctissimusque mecum cum studiorum sapientissima disciplina in hac urbe tractatorum societate tum summa consuetudine fidaque familiaritate, postquam hinc in alienam sedem abiit ingens suae mihi caritatis et doctrinae atque auctoritatis desiderium reliquit. Sed invenientur, qui illud „aureum", quas litteras saepenumero non veris syllabis enunciari multorum exemplis constat ut Ausonii Ephem. p. 43, 19., aliorum ap. Nic. Heins. in Ovid. Met. VII. 150. 223. et XV. 624. et Gronov. in Senec. Thyest. 233. et Dresem. in Ioseph. Iscan. VI. 384., posthabeant voci „aurum", quod cum de Hesselio in Vib. Sequestr. p. 100. suspicor tum de Salmasio. Hic enim magna cum animadversione et diligentia eorum copiam adiectivorum ob oculos posuit, quae extenuata deprehendisset unius vocalis detractione, uti colossus, electrus, aurus, lucinus, marmorus, nardus, rosus in Spartian. Ael. Ver. VII. p. 241. sq. et Lamprid. Heliog. XXXII. p. 872. Alex. Sever. XXV. p. 922. et Vopisc. Aurelian. XLIX. p. 585. sq., quibus adstruere licet aprinus, russus (Palat. lib. Vopisc. Aurelian. L. p. 589.), coccinus ap. Muncker. in Hygin. fab. LXIX. p. 119. et Heins. in Petron. XXVII. p. 94., ferruginus ap. Lucret. IV. 74., caerulus ap. Oudendorp. in Appul. Met. II. p. 109. a., Oceano (id est Oceaneo) fluctu, littore, quod multorum dubitatione labefactatum nemodum ausus est huiusmodi exemplorum similitudine fulcire, apud Iuvenalem XI. 94. et 113., Oceanas aquas ap. Venant. et Avien. (ap. Nic. Heins. in Claudian. de Nupt. Honor. et Mar. 88. et Barth. Advers. XIX. 13. p. 988.) et auctorem carminis de Pascha 4. ex. Buenem. p. 1515. conf. „aequoris Oceani" Coripp. Ioann. V. 121. Nec sunt genere disparia „Iupiter Olympus" Munck. in Hygin. fab. CCXXV.

p. 293. sq., apud Appuleium de Orthogr. 15. p. 7. ab Osanno parum intellectum (vid. Ptolem. Hephaest. II. p. 311.), Tullus sanguis, Lavinus Scalig. in Euseb. Chron. MDCCCCXI. p. 149. a., aut Cocyta aqua, Ceraunum saxum, Partha tellus Richard. in Petron. 120. p. 566, Eleusinus Oudendorp. in Sueton. Claud. 25. et Appulei. Met. X. p. 754. Kopp. in Marcian. Capell. II. 170. p. 225. Lobeck. Aglaoph. p. 208., Dardanus Oudendorp. in Appul. de Deo Socr. p. 177. a. Baiae aquae Burmann. in Propert. I. 11, 29. p. 123., bellum Gallum, (hunc enim ordinem ducas: Gallicus, Gallius, Gallus), Illyrum, Thracum (Nic. Heins. Ovid. Met. VI. 455.) ap. Salmas. in Spartian. Hadrian. III. p. 24. conf. ad 12. p. 118. et 21. p. 197. sq. et in Lamprid. Alex. Sev. 18. p. 907. et Commod. 10. p. 501. et (Germanum bellum) Capitol. Clod. Albin. 1. p. 683. et Spartian. Carac. 5. p. 714. conf. in Treb. Poll. Div. Claud. 5. p. 362. et 14. p. 391., quae arctissimo contingunt gradu haec: Galliae mulieres, Parthia tigris, Italia ora ap. Nic. Heins. in Claudian. in Eutrop. I. 342. et Rapt. Pros. I. 17. et Prudent. c. Symmach. I. 89. Barth. I. d. Cort. in Lucan. I. 106. et Sallust. fragm. hist. IV. p. 990. Meurs. in Lycophr. p. 223. sq. conf. Gronov. in Senec. Herc. Fur. 229. Oudendorp. in Appulei. Met. I. p. 24. a. Arntzen. in Pacat. Paneg. Theodos. 39, 4. p. 389. Iaeg. Satis sit vero locum, qui latissime pateat, strictim attigisse; revertor ad Ladonem, ne illud praeteream: apud Strabonem XVII. p. 836. T. VI. p. 690. cum vulgatum esset ἔστι δὲ καὶ λιμὴν Ἑσπερίδων καὶ ποταμὸς ἐμβάλλει Λάδων, a Casaubono et Tzchuckio confisis auctoritate librorum aliquot Strabonis et Athenaeo II. p. 71. B. rescriptum esse Λάθων. Attamen scripturae Λάδων, quandoquidem de Hesperidibus sermo est, nescio an gratiae favorisque aliquid conciliare videri queat Scholiasta Apollonii Rhodii, qui malorum custodem fuisse Ladonem prodidit ad libr. IV. 1396. p. 622.

COROLLARIUM XIII.

[II. 4. p. 152.] Si cui minus notum hoc est, nonnumquam vocabulorum πόλεις et πύλαι vices mutari, ei, per quos certior fiat, delegare libet Hasium comm. de Ioanne Lydo p. LIX. conf. in Leon. Diacon. V. 4. p. 450. sive Roetherum in libr. de mens. IV. 88. p. 288. Schneiderum in Xenoph. Hist. Gr. IV. 4, 9. p. 253. Bachmannum in Lycophr. 1022. p. 215. Schwebelium in Onosandr. 42. p. 119. Apud Scholiastam Eurip. Phoen. 1706. p. 330. reperitur τε-

Gryll. IV. Vol. XIII. p. 214.) nec versutius (Macar. ap. Walz. Arsen. p. 445. not. 12. *Τευμησσία ἀλώπηξ· ἐπὶ τῶν πολλῇ πανουργίᾳ χρωμένων*, quae omiserunt Etymologus M. p. 755, 53. et Stephanus Byz. p. 413, 4.) fuit quidquam, in lapides conversos esse. Cuius rei memoriam cyclicos poetas sequuti frequentarunt Thebanorum rerum scriptores, inter quos Aristodemus ap. Phot. p. 582, 20. et quos Leutschius Theb. Cycl. Reliq. p. 69. neglexit, Suidam T. III. p. 455. sq. et Apostolium 18, 42. p. 228. *Τευμησία ἀλώπηξ καὶ κύων*). *Περὶ τῆς Τευμησίας ἀλώπεκος οἱ τὰ Θηβαϊκὰ γεγραφότες ἱκανὰ εἰρήκασιν* (eadem Hesychius p. 1376. habet, *ἱκανῶς ἱστορήκασι* Suid.) *καθάπερ Ἀριστόδημος* (*Χρηστόδημος* Apost. non correctum ab Heinsio in Ovid. Met. VII. 762) *ἐπιπεμφθῆναι μὲν γὰρ ὑπὸ θεῶν τὸ θηρίον τοῦτο τοῖς Καδμείοις· διότι τῆς βασιλείας ἐξέκλειον τοὺς ἀπὸ Κάδμου γεγονότας. Κέφαλον δέ φασι τὸν Δηΐονος Ἀθηναῖον ὄντα καὶ κύνα κεκτημένον, ὃν οὐδὲν διέφευγεν τῶν θηρίων, ὡς ἀπέκτεινεν ἄκων τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Πρόκριν, καθηρώντων αὐτὸν τῶν Καδμείων διώκειν τὴν ἀλώπεκα μετὰ τοῦ κυνός· καταλαμβανομένους δὲ περὶ τὸν Τευμησσὸν λίθους γενέσθαι τόν τε κύνα καὶ τὴν ἀλώπεκα· εἰλήφασι δὲ οὗτοι τὸν μῦθον ἐκ τοῦ ἐπικοῦ κύκλου.* Cum quo consentiunt, qui paullo accuratius id prodiderunt Pollux l. c. *φύσιν δ' εἶχεν ἄφυκτος εἶναι ὥςπερ ἡ Τευμησία ἀλώπηξ ἄληπτος, καὶ διὰ τοῦτο ἀπελιθώθησαν ἄμφω ὁ μὲν ἵνα μὴ λάβῃ τὸν ἄληπτον ἀλώπεκα, ἡ δὲ ἵνα μὴ φύγῃ τὸν ἄφυκτον κύνα* et Heraclitus de Incredib. 30. p. 79. *τῷ μὲν κυνὶ τοῦ Κεφάλου δεδόμενον εἶναί φασιν γέρας, ὃ ἂν ἴδῃ θηρίον καταλαμβάνειν· τῇ δὲ ἀλώπεκι ὑπὸ μηδένος καταλαμβάνεσθαι· διώκοντος οὖν τοῦ κυνὸς τὴν ἀλώπεκα, ἵνα μὴ λυθῇ τὸ πεπρωμένον, τοὺς δύο λίθους ὁ Ζεὺς ἐποίησεν* atque Apollodorus II. 4, 6. p. 107. Ister ap. Hygin. l. d. p. 410. et Mythogr. I. fab. 233. p. 72, 36. Add. Tzetz. Chil. I. 20. 552. sq. p. 24. Pausan. IX. 19, 1. p. 66. Ovid. Met. VII. 790. Antonin. Liberal. 41. p. 187. *ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο ἐν τῷ πεδίῳ τῶν Θηβαίων Ζεὺς ἰδὼν ἐποίησεν ἀμφοτέρους λίθους.* Reliqui solam vulpem factam volunt esse lapidem (quemadmodum *λύκος ἐπιὼν τοῖς τοῦ Πηλέως βουσὶν ἀπελιθώθη* Etym. M. p. 571, 34. sive Choeroboac. Orthogr. p. 237, 24. et, si hoc addere licet, draco Aulidensis Hom. Il. II. 319. Ptolem. Hephaest. II. p. 310.), canem vero astris illatum Eratosth. Catast. 33. p. 27. *ὁ Ζεὺς τὴν μὲν ἀπελίθωσε, τὸν δὲ εἰς τὰ ἄστρα ἀνήγαγεν ἄξιον κρίνας* et Schol. Germanic. l. c. Deinde quum fere omnium, quos attuli, constet testimonio Cephalo canem concessum fuisse dono Procridis, cui a matre Europa acceptum dederat Minos „ob medicinae caussam" ut ait Schol. Germanic. p. 78. (Nicand. l. d. *ἔδωκε Ζεὺς — Εὐρώπη, αὕτη δὲ Μίνῳ καὶ Μίνως Προκρίδι καὶ Προκρὶς Κεφάλῳ.* Mythogr. I. fab. 233. p. 72, 30.), fuerunt tamen et qui Cephalo ab Aurora (Serv. in Virg. Aen. VI. 445. p. 382. Mythogr. II. fab. 216. p. 147, 15.) et qui Procridi a Diana illud munus allatum dicerent, ut Pausanias l. d. *τοῦ κυνὸς, ὃν Προκρίδι τῇ Ἐρεχθέως ἔδωκεν Ἄρτεμις.* Hyginus fab. CLXXXIX. p. 265.

pars denique, ni fallor, eum ab Europa Cadmo donatum memoravit Palaephat. VII. 6. p. 50. et Eudoc. p. 312. τὸν ποδῶκυν κύνα ὃν ἦκε Κάδμος ἄγων. Sed plurimum in hac re dissidet a ceteris Corinna, quae sublatae vulpis laude non Cephalum, verum Oedipum impertivit Schol. Eurip. Phoen. 26. p. 11. ἀνελεῖν δὲ αὐτὸν (Οἰδίποδα) οὐ μόνον τὴν Σφίγγα ἀλλὰ καὶ τὴν Τευμησίαν ἀλώπεκα ὡς Κόριννα. Fuerat enim, ut opinor, vulpem non agrorum solum vastatione, sed civium multorum caede funestam eo etiam proclivius in Sphingis evehere comparationem, quod etiam ipsa credebatur immissa esse a Baccho (neque a Themide, ut vult Ovidius Met. VII. 762.) Pausan. l. d. ἐς ἀλώπεκα ἐπίκλησιν Τευμησσίαν λόγος ἐστιν ὡς ἐκ μηνίματος Διονύσου τὸ θηρίον ἐπ' ὀλέθρῳ τραφείη Θηβαίων. conf. Corollar. X. p. 385. sq. Apollodor. II. 4,7. p. 106. ἀδικουμένης δὲ τῆς χώρας ἕνα τῶν ἀστῶν παῖδα οἱ Θηβαῖοι κατὰ μῆνα προετίθεσαν αὐτῇ πολλοὺς ἁρπαξούσῃ, τοῦτο εἰ μὴ γένοιτο. Anton. Liberal. 41. p. 185. αὕτη συνεχῶς ἐκ τοῦ Τευμησσοῦ κατιοῦσα πολλάκις τοὺς Καδμείους ἡρπάζετο καὶ αὐτῇ προυτίθεσαν παιδίον διὰ τριακοστῆς ἡμέρας· ἡ δὲ κατήσθιε λαμβάνουσα. Palaeph. VIII. 1. p. 53. φασὶ περὶ τῆς Τευμησίας ἀλώπεκος ὡς ἁρπάζουσα τοὺς Καδμείους κατήσθιεν. — Etiam leonis Teumesii mentionem faciam, „quem per Teumesia Tempe Amphitryoniades fractum iuvenilibus armis Ante Cleonaei vestitur proelia monstri" Stat. Theb. I. 485., ubi Lactantius, cum quo fere conspirant verba Mythographi II. fab. 160. p. 130, 6., ita „leonis, quem in Theumesia Hercules occidit. Nam idem duos superasse dicitur; primum Theumesium, secundum Cleonaeum. Theumesus mons Boeotiae est, Nemeus mons Arcadiae, qui etiam Cleonaeus". conf. Natal. Com. VII. 1. p. 681. Unde Polynices, „cuius Teumesius implet Terga leo" Stat. IV. 85. Adrasto „indicat se a Thebis venisse et idcirco se pellem leoninam operuisse, quod Hercules a Thebis genus duceret et insignia gentis suae secum portare" ap. Hygin. fab. LXIX. p. 120. Quem quidem leonem Cithaeronium, id quod Tzchuckius animadvertit ad Pompon. Mel. II. 3. Vol. III. P. II. p. 219. sq., appellavit Apollodorus II, 4, 9. p. 111. (cum quo in eo discrepat Pausanias I. 41, 4. 5. p. 179. sq., quod ab Alcathoo feram confectam narrat add. Tzetz. Chil. II. 217. sq.), Thespiacum praeter Zenobium VI. 39. p. 165. Χαραδραῖος λέων· — τὸν Θεσπιακὸν λέγει, ὃν πρῶτον ἀνεῖλεν Ἡρακλῆς ἐν Θεσπίαις (leg. Θεσπικαῖς) Χαράδραις, ut mea fert opinatio, Scholiasta Theocriti XIII. 6. p. 950. neque a Plehnio in Lesbiacorum libro memoratus, nec a Boulesio in Ptolem. Hephaest. p. 69. attactus: ἱστορεῖται γὰρ λέοντας (scrib. γ' λέοντας) ὑφ' Ἡρακλέους διαφθαρῆναι, τὸν Ἑλικώνιον, τὸν Λέσβιον, τὸν Νεμεαῖον. Nemeaeum ab aliis constat dictum esse Cleonaeum (Barth. in Marcian. Capell. I. 84. p. 124 Burmann. in Valer. Flacc. I. 34.), quo cum Cithaeronio confuso Servium in Virg Aen. VIII. 295. p. 469. haec scripsisse: „Nemea est silva vicina Thebis" coniectura assequi debebat Oberlinus in Vib. Seq. p. 344 De Heliconio autem leone

commemoravit Ptolemaeus Hephaest. II. p. 309. *Νίρευς ὁ Συμαῖος Ἡρακλέους ἦν ἐρώμενος καὶ συγκατειργάσατο τὸν Ἑλικώνιον λέοντα* conf. Schol. Hom. Il. II. 507. p. 81. b. 50. *ἡ Λεοντάρνη, ἡ ὑπὸ τὸν Ἑλικῶνα, ἀπὸ τοῦ αὐτόθι λέοντος.* Roules. l. d. p. 68. Quod reliquum est, collem Teumesum dixit Antimachus (Strab. p. 409. sive p. 440. *ἔστι τις ἠνεμόεις ὀλίγος λόφος* et quem cum eo composuit Valckenarius in Phoen. 1107. p. 388. sq., Palaephatus VIII. (4. p. 54.) *τὸν καλούμενον λόφον Τευμήσιον*, quibus accedit Ovidius Met. VII. 779. „Collis apex medii subiectis imminet arvis" (conf. Theognost. Canon. p. 13, 20. *Ὄθρυς λόφος*), montem ceteri ut Stephanus Byzantius p. 413, 2. et Hesychius p. 1376. *Τευμησσὸς ὄρος Βοιωτίας* et, ut ego arbitror, Plinius Nat. Hist. IV. 12. p. 56. „Montes (in Boeotia) extra praedictos Teumessos (in libris est Mycalessus, verum teste Eustathio in Il. II. 498. p. 266, 32. *ὄρος δὲ Μυκαλησσὸς ἐναντίον Σάμου*), Hadylius, Acontius", cuius montis materiam laudaverunt Statius XII. 52. „Montibus orbatis lucorum gloria, magnae Teumesi venere trabes" et Nonnus V. 60. p. 142, 25. *ἐποίπνυεν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ Γειτόμῳ γλωχῖνι τραμὼν ἑτερόχροα πέτρην Ἐργατίνης Βοιωτὸν ὑπὸ κλέτας, ἣν παρὰ λόχμῃ Τευμησοῦ δρυόεντος ἐμαιώσαντο κολῶναι.* Vicum Teumesum memorat Pausanias l. d. (qualis vicus fuit Tmolus Scalig. in Euseb. p. 183. b.), urbem (*ἄστυ*) Demosthenes in Bithyniacorum libro tertio ap. Steph. Byz. p. 413, 2. et Theognostus, quem subinde afferam, (*οἱ κατοικοῦντες Τευμήσιοι* Steph.); fluvium Hesychius p. 1376. *Τεύμης· ποταμὸς Θηβῶν.* Quae verba vitii manifesto comperta habeo. Neque de ea decedo sententia, si quis Hesychium recordatione Homerici versus Il. IV. 383. *Ἀσωπὸν δ' ἵκοντο βαθύσχοινον, λεχεποίην* in eam obtinere velit fraudem inductum esse, ut de fluvio dicta acciperet illa in hymn. in Apoll. posita v. 224. *Τευμησὸν λεχεποίην.* Restituendum autem censeo id, quod in Schol. Eurip. Phoen. 1100. Aug. p. 231. not. 6. extat *Τελμησσὸς ὄνομα· τόπος Βοιωτίας* et *Τ. τόπος δρεινός* (conf. Theognost. p. 137, 32. *Φίκειον, ὄνομα τόπου*). Neque enim quidquam ista vocabulorum permutatione accidit frequentius, velut apud Diodor. II. p. 151, 93. pro *τοὺς τόπους καθύγρους* tres libri exhibent *ποταμούς*, IV. p. 316, 43. *Σινώπη — ἀπηνέχθη πρὸς τοῦτον τὸν τόπον, οὗ νῦν ἔστιν — πόλις Σινώπη* tres *ποταμόν*, et apud Stephan. Byz. p. 423, 25. *Τρίνησσα τόπος Φρυγίας* Rehd. *ποταμός* et 27. *Τρίοδος τόπος* Rehd. *ποταμός*, et apud Suidam v. *Πλαταμών, ὄνομα ποταμοῦ* Kusteri liber *τόπου* p. 123. conf. Holsten. in Steph. Byz. p. 285. b. ad p. 371, 20. Schaefer. in Schol. Apoll. Rhod. I. 1165. p. 431. Boissonad. in Eunap. p. 271. sq. Wichers. in Theopomp. p. 208. *Ποταμός*, Bastius inquit ap. Boisson. l. d. p. 583., s'écrit *πο* [*πό* Rehd. Steph. Byz. v. *Ἄβαι. ποτ.* id p. 310, 26. conf. p. 305, 22. 455, 4.]; *τόπος* s'écrit *το*. Il est donc bien facile de faire une transposition et de confondre ces

deux mots". Itaque confusa multifariam animadvertere licet τόπος et πότος Wesseling. in Diodor. II. p. 154, 31. Iacobs. in Achill. Tat. p. 820., πότος et ποταμός Olear. ad Euseb. in Hierocl. 19. p. 445. Iacobs. in Philostr. Iun. 11. p. 649., πόντος et ποταμός Doxopat. in Aphthon. p. 517, 16. Iacobs. in Anth. Pal. p. 908. sq. τόπος et πόντος id. in Aelian. Hist. Anim. p. 641. Nec plus apud me, quam Hesychius, valet Theognostus Canon. p. 72, 32. Μυκαλησσὸς, Τευμησσὸς, Ταρτησσὸς ὀνόματα ποταμῶν· Λυρνησσὸς ὄνομα ποταμοῦ (scrib. τόπου), Ἑλβησσὸς ὄνομα ποταμοῦ (conf. II. 3. p. 129.), ubi rectissime Cramerus: „leg. πόλεων". „Nata haec scriptura, ut Schaeferi verbis utar ad Schol. Apoll. Rhod. IV. 1311. p. 323. positis, e compendio perperam expleto —. Πόλις et ποταμός confusa etiam in Stephano Byz. v. Διζηρός". add. Meinek. in Euphor. fr. 119. p. 166. Rutgers. ap. Staver. in Hygin. 1. p. 16. Stephan. Byz. p. 57, 27. Ἀμφ' Ἄξιον δύο μέρη λόγου ποταμός. Voss. πόλις. Schol. Lycophr. 1146. cod. Barber. ap. Bachmann. praef. p. XLII. not. Βοάγριος πόλις pro ποταμός. Unde factum est, ut in Appian. Mithrid. c. 75. ad Ῥύνδακον ποταμόν ad oram cod. Aug. notatum sit Ῥύνδακος πόλις, de quo expedire nequivit Schweighaeuserus p. 635. Sed commodem iam operam meam auctori Etymol. M. p. 342, 47. Ἔνιπεύς· ὄνομα ποταμοῦ· ἀπὸ τοῦ ἐνιπὴ ἡ ἀπειλή· καὶ γὰρ οὗτος ὁ τόπος ἄγριός ἐστι καὶ ἀπειλοῦντι ἔοικεν, scribendum est enim ποταμός, quod habet Choeroboscus de Orthogr. p. 199, 25. ad verbum consentiens, et Athenaeo II. p. 42. A. αἴτιον δὲ τὸ πολλοὺς κεραυνοὺς πίπτειν περὶ τὸν τόπον, ubi legendum videtur ποταμόν, et Pausaniae IX. 1, 2. p. 3., quem locum dudum mihi certum est deliberatumque supplemento ex Schol. Hom. Il. II. 505. p. 81, 30. Θῆβαι ἀπὸ Θήβης τῆς Ἀσωποῦ τοῦ ἐντοπίου ποταμοῦ et Eustath. p. 269, 44. repetito sarcire in hunc modum: οἱ δὲ Πλαταιεῖς τοεξαρχῆς εἰσὶν αὐτόχθονες· ὄνομα δέ σφισιν ἀπὸ Πλαταίας, ἣν θυγατέρα εἶναι τοῦ ἐντοπίου ποταμοῦ νομίζουσιν. Et accessionem quidem, quam voci τόπος adiunxi, excuso commemoratione L. Dindorfii in Diodor. XIX. p. 341, 72. Siebelisii Pausan. Vol. V. p. 220., Aristidis ὑπὲρ τῶν τετταρ. p. 246, 3. ubi unus liber ἀλλ' ἐνέκειντο, reliqui praebent ἔκειντο, Artemidori Reiff. p. 316. ἐμπλέκεσθαι et πλέκεσθαι, Himerii Orat. XXV. 4. p. 816. ἦκεν Ἄβαρις Ἀθήναζε τόξα ἔχων, φαρέτραν ἠμμένος, cui induxi in animum reddere, quod legitur apud Plutarchum (vit. Artaxerx. p. 1024. A. τὴν δὲ φαρέτραν ἐνημμένος) et alios ap. Wyttenbach. in Eunap. Aedes. p. 103. sq. et Wesseling. in Diodor. I. p. 15, 34. At de Plutarch. Caton. Min. IX. p. 53. Vol. V. εὔνοιαν ἐργασάμενος τοῖς ἀνδράσιν Sintenisium ad vit. Pericl. 6. p. 83. iudicio minus circumspecto pronunciasse arguit, quo non alter melior Plutarcheae orationis iudex, Wyttenbachius in Eunap. Proaeres. p. 297. Quem librum quoniam non attigit Sintenisius, addere licet Platonis illud, ad quod spectat Plutarchus cap. 8. τὸ ὑψηλόνουν καὶ πάντῃ τελεσιουργόν, uberrime explanatum ab Wyttenbachio p. 313. sq.

quamque in eodem capite Plutarchus de Archidamo iniecit mentionem, eam ab Eunapio vit. Magn. p. 103. his habitam esse: ὥςπερ οὖν οἱ παλαιοί φασιν Ἀρχίδαμον εἰ Περικλέους εἴη δυνατώτερος ἐρωτώμενον, ἀλλὰ κἂν καταβάλλω Περικλέα, φάναι, λέγων ἐκεῖνος ὅτι μὴ καταβέβληται, νενίκηκεν. Sed tempus est, ut ad Teumesum revertar, quo me purgem de eius scriptura nominis de qua Theognostus, a quo totum id genus, quod deinceps tractabimus, plenius descriptum est p. 72. — 74., haec Canon. p. 72, 32. Τὰ διὰ τοῦ ησσος ὀξύτονα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς διὰ τοῦ η καὶ δύο σσ γράφεται οἷον Μυκαλησσός· Τευμησσός· Ταρτησσός ὀνόματα πόλεων· Αυρνησσός ὄνομα τόπου, Ἐλβησσὸς ὄνομα ποταμοῦ· Ὀρδησσός, Μοδησσός, Σαλμυδησσός, τὸ Κέησος, Βρίλησος δι' ἑνὸς σ γραφόμενα βαρύνονται· τὸ Μαρπησσὸς παρώνυμον ἀπὸ τοῦ Μαρπήσσας, ὡς καὶ ἀπὸ τοῦ μέλισσα Μελισσός. Formae tamen Τευμησός contra alteram Τευμησσός in omnibus locis favi unice (Tzschuck. in Strab. IX. p. 463. T. III.) „quod multo proniores librarios inveneris ad geminandas tales litteras, quam ad tollendam alteram ex geminandis. Quo fit, ut ubi codices talem scripturae differentiam praebent, simplicior forma (quam Valckenarius ad Eurip. Phoen. p. 338 antiquiorem iudicavit), nisi aliae rationes dissuadeant, altera videatur longe esse probabilior". Verba haec sunt Bachmanni in Lycophr. 1286. p. 261. et 901. p 205. conf. in v. 854. p. 185. eandem sequuti sententiam, quam tenent, ut ad auctoritatem Valckenarii Hemsterhusiique in Lucian. Contempl. 10. Vol. III. p. 387. et Heynii in Iliad. II. 522. p. 306. aliquos aggregem, de Σαλμυδησός et Τάμασος Blomfieldus in Aesch. Prom. 751. p. 51. (et 505. p. 38.) et Wesselingius in Hierocl. Synecd. p. 706., de Ἁλικαρνησός Schaeferus Melett. Crit. p. 1., de Κνωσός (Oudendorp. in Hor. I. 15. p. 80. Lobeck. Ai. 698. p. 325.) et Μεσήνη (τῆς Σικελικῆς Μεσήνης Niceph. Greg. XVII. 6. p. 860, 22. Greg. Cor. in Hermog. p. 1252, 31. Io. Siceliot. lib. Paris. teste Walzio p. 372. conf. Walz. Arsen. p. 64. D'Orvill. Charit. p. 254. Bosch. Anth. Gr. IV. p. 177. sq. et 480. al.) Astius in Plat. Legg. I. 1. p. 10. sq., de Ἴασος Naek. Choeril. p. 42. Ἔρεσός Ebert. Diss. Sicul. T. I. p. 71. Plehn. Lesbiac. p. 20. not. 73. de Κασάνδρα (Malal. V. p. 133, 4. sed p. 106, 14. et 122, 5. Καϛσάνδρα uti ap. Appulei. de Orthogr. 13. p. 6. Sylburg. praef. ad Pausan. p. 921. Mai. et Reitz. Lucian. Vol. VIII. p. 479.) Boissonadius in Planud. Metam. p. 210. 465 et de Νάρκισσος et Παρνασός (Broukh. Propert. II. 23, 13. Heins. Ov. Met. I. 468. Cort. Lucan. V. 72. et III. 173. Eustath. Od. XIX. 466. p. 1872, 52. Heyn. in Apollod. I. 7, 9. p. 110. Bernhardy. in Dionys. Perieg. 439. p. 635. Καρνασὸς Choeroboſc. Orthogr. p. 219, 34.) idem Boissonadius in Nicet. p. 214. et Planud. Metam. p. 80., atque Blomfieldus in Aesch. Prom. 505. p. 38., quamquam apud Arcadium est p. 76, 24. τὸ Παρνασσὸς δύο σσ ἔχον ὀξύνεται conf. id. p. 77, 3. Ταρτησσὶς (Tzschuck. Mel. Vol. II. P. II. p. 453.), Αυρνησσὸς (Αὔρνησος Albert. Hesych. p. 511. not. 18.), Αυκαβησσός et apud Scho-

liastam Hom. II. XII 20. p. 335, 15. sive Eustathium p. 890, 5. τὸ Ἁλικαρνησσὸς δισσὸν ἔχει τὸ σ̄ Λυκαβησσὸς, Ταρτησσὸς, τὸ μέντοι Κάρησος ἓν ἔχει τὸ σ̄, unde emendandus est Theognost. p. 73, 2. Κέησος (Κερησσός Paus. IX. 14. 1. p. 51. Κορησσός Tzschuck. Strab. X. p. 486. T. IV. p. 325. et XIV. p. 634. T. V. p. 505. Coresus Prob. in Virg. Georg. I. 14. p. 357.). Quibus accedit Ἴλισός apud Bernhardyum in Dionys. 424. p. 631. et Boissonadium in Cratet. Epist. I. p. 224. et Arcadium p. 77, 16. Κηφισὸς (de quo vid. Schaefer. in Bos. Ellips. p. 467. Iacobs. Philostrat. p. 448. et Anth. Pal. p. 886. Heins. et Burmann. Ov. Met. III. 343. Cort. Lucan. III. 175.), Ἴλισσὸς, Κερδισός et Choeroboscum Orthogr. p. 220, 26. Ἴλισός, Ἄνισός (Ἀμνισός Meurs. Cret. I. 6. p. 17. sq. Ἀμνησσός Nonn. VIII. 115. p. 230, 14. Eustath. Od. XIX. 188. p. 1861, 37. Ἀμνισός Nonn. XIII. 251. p. 366, 7.), p. 228, 27. Ἕλισὸς, Κηφισός (Ἴλισός etiam p. 172, 14., sed p. 247, 22. Ἴλισσός) ut fallatur Buttmannus ap. Heindorf. in Fronton. Epist. I. 8, 21. p. 40. (Ἕλισσός, Ἱερισσός ap. Leon. Allat. in Georg. Acrop. p. 21. B. p. 250. ex. Bonn. et Boissonad. Anecd. I. p. 427. cod. Banduri ad Constant. Porphyr. Them. p. 10. 11.), dein Ναῖσος Labb. ad Olympiod. Exc. p. 576. et Cang. in Chron. Pasch. p. 378.; deinde Βρίλησός Strab. IX. p. 399. T. III. p. 381. lib. Paris. Mosc., Sext. Empiric. adv. Gramm. I. 257. p. 270. Alciphr. Epist. III. 23. p. 80. Theognost. p. 73, 2. Κερησὸς, Βρίλησος δι' ἑνὸς σ γραφόμενα, Καβησός Etym. M. p. 482, 25. Τυμνησός, Ἀγορησός Steph. Byz. 14, 24. Τυλησός Bachmann. Lycophr. 993. p. 210. Boeckh. Corp. Inscr. Vol. II. P. I. p. 17. nr. 1840. (Τυλησσόν Eustath. Il. II. 185. p. 295. extr.), Diobesos, Carbilesos Plin. IV. 18. p. 87., Περμησός Orph. Arg. 124. lib. Vind. et Aug. alt., Nicand. Theriac. 12. Crates in Boeotiacis ap. Schol. Hesiod. Theog. 5. p. 462, 18. Πέρμησὸς, ὃν καλοῦσιν οἱ ἐγχώριοι διὰ τὸ πρῶτον φανῆναι Πάρμησον (Parmissus Marcian. Capell. teste Oberlino ad Vib. Seq. p. 162.) conf. Muetzell. de Hesiod. I. 3. p. 33. sq., Ἁρπησσός Appian. B. Civ. IV. p. 1039. Ἅρπασος Etym. p. 147, 56. Herbesus Bochart. Chan. I. 27. p. 564. C. Oberlin. Vib. Seq. p. 127. sq., Titaresus id. p. 208. sq. Marpesus id. p. 236. sq. Broukhus. Tibull. II. 5, 67. p. 265. et Huschk. p. 381., Ἀσσησός Theopomp. fr. 166. p. 94. Ἀγησσός id. 245. p. 111. Ἀμφρυσός Tzschuck. Strab. T. III. p. 597. et Siebelis. Paus. X. 36, 1. p. 309. Βῆσα Eustath. Od. XIX. 435. p. 1871, 56. Ἴννησα Oberlin. Vib. p. 231. Τρίνησσα Theopomp. fr. 14. p. 59. Verum Ὀδησσός Wesseling. Anton. Itin. p. 228. Θυεσσός Gronov. Thes. Vol. I. tab. T. Διρφωσσός Tzetz. et Schol. Vind. Lycophr. 374. p. 91.); postremo, ne in infinitum abeam, Τερμησὸς, Τελμησὸς, Τευμησός, quae disceptationem cognitionemque habuerunt Bernhardyi ad Dionys. Perieg. 859. p. 762. et 337. p. 604. At vero ea nomina, in quibus tulerat dialectorum diversitas ut subiiceretur duplex τ, exitum habere in σσος obtinuit Muellerus Orchom. p. 480. Strabonis auctoritate interposita IX. p. 404. sive p. 405. (Eustath. Il. II. 400.

p. 266, 35.) ὁ Μυκαλησσὸς δὲ κώμη τῆς Ταναγρικῆς· — καλοῦσι δὲ Βοιωτικῶς Μυκαληττόν (Μυκαλησός Etym. M. p. 594, 2. Stat. Theb. IX. 281. VII. 272. cod. Scheftlar. Siebelis. in Pausan. IX. 19, 4. adnott. p. 62.), de qua Boeotorum pronunciatione exposuerunt Hemsterhusius in Lucian. Iudic. Voc. 8. Vol. I. p. 312. 310. et Boeckhius Corp. Inscr. P. V. 1, 12. p. 724. Addo Ἠητιός· κώμη Βοιωτίας Steph. Byz. p. 431, 4. Ἤητιος Pausan. IX. 24, 3. p. 84. Ἀρδηττός Bachmann. Anecd. I. p. 142, 12. Bernhardy. in Suid. p. 700. b. 7. Quo igitur valent aut quem praebent usum ista, quae multifariam in veterum scriptorum exemplaribus reperiuntur, Παρνησσός, Ἁλικάρνησσος? Namque Λυκαβηττὸς, Ὑμηττός, ut Hemsterhusii abutar verbis p. 313., constantissimus usus sanxit et ad ipsos Latinos transmisit: contra cedo mihi vel unum, qui scripserit Ἁλικαρναττόν aut Ἁλικαρνηττόν, Παρναττόν aut Παρνηττόν, quamquam hic in Phocide, ubi Dorice loquebantur, erat situs". Ex quo intelligitur in maximo errore versari Dobreum ad Aristoph. Ran. v. 1243., cui „omnia ista locorum nomina in ησσὸς Ionice, ηττὸς Attice, ασσὸς Dorice et Aeolice exivisse videntur". Quae restant de Teumeso nomine dicenda (videtur enim caussae et officio nostro satisfactum esse) commodum est ab Valckenario carptim assumere. „Τελμησόν hoc in loco, ait in Phoen. 1107. p. 388. sq., vulgarant Aldus et Hervagius, deinceps quam in Scholiis invenerant lectionem Τευμησόν, in contextum intulerunt —. Non in Euripidae dumtaxat sed et in aliis codicibus eadem est in hoc nomine scriptionis inconstantia —. Statius in Thebaide sibi constat in genuina scriptione Teumesus; plerumque tamen in editionibus Statii legitur perperam cum adspiratione Theumesus et Theumesius [add. „Themensia Tempe, Themensio monte" ap. Weber. praefat. ad Schol. Lucan. p. LXXVII.] —. Illud vix in animum induco, ut in alteram scripturam Τελμησόν, quam passim damnant viri docti, librarios quasi de compacto credam conspirasse; mihi potius diversa nominis pronunciatio videtur auctoribus ipsis imputanda: montem scilicet Boeotiae genuino nomine dictum puto Τευμησόν et Τευμησσόν, deinceps autem aliam etiam invaluisse nominis istius pronunciationem Τελμησόν et Τελμησσόν. Ut in nominibus hominum propriis, sic in eiusdem loci diversis adpellationibus multa pendent a dialectorum diversitate, litteras autem hoc in nomine commutatas υ et λ eandem saepius mutationem in aliis subiisse Hesychium tractantibus exploratissimum est. Nostro finitimum urbis Pisidiae [quam cum Teumeso miro errore confudit Welckerus de Cret. Col. p. 47.] nomen verum fuit Τερμησσός". Cuius sententiae modestiam Gesnerus in Orph. Argon. 121. p. 34. collaudavit, probabilitatem cum aliis agnovit Bernhardyus in Dionys. Perieg. p. 762. Etiam adiicio, a Scholiasta Hesiod. Theogon. 5. p. 463, 4. Teumesum vocari Termesum: Περμησοῖο· — ἐν δὲ τοῖς Ζηνοδοτείοις γράφεται Τερμησοῖο — κακῶς· ὁ γὰρ Τερμησὸς ὄρος ἐστὶ, καὶ οὐ ποταμός. „Saepe enim, Perizonius inquit ad Aelian. Var. Hist. II. 33. p. 115.,

litterae λ et ρ inter se permutantur. Sic apud Stephanum Τέλμερα et Τέρμερα; sic clibanus a κρίβανος: φραγέλλιον ex latino flagellum". Conf. Schweighaeus. Emendd. in Suid. p. 28. Boissonad. in Planud. Metam. p. 95. 395. 512. Herbesos et Helbesus Oberl. Vib. Seq. p. 127. sq. et Theognost. supra dict. p. 403.

COROLLARIUM XV.

[II. 5. p. 159. p. 160.] De Valerii Flacci versu I. 364. „Qui tenet undisonam Psamathen semperque patentem Taenaron Euphemus" Harlesium Thebanam Psamathen hic dici opinatum turpiter errasse argumento est Pausanias III. 25, 4. p. 129. Vol. II. Τευθρώνης δὲ ἀπέχει πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους — ἄκρα Ταίναρον, καὶ λιμένες ὅ τε Ἀχίλλειός ἐστι καὶ Ψαμαθοῦς. Strab. VIII. p. 363. μετὰ δὲ Ταίναρον πλέοντι ἐπὶ τὴν Ὄνου γνάθον καὶ Μαλεὰς Ἀμαθοῦς ἔστι πόλις conf. Tzschuck. (T. III. p. 182.). Meurs. Misc. Lacon. IV. 1. p. 249. sq. Ceterum idem nomen fuit Argivo fonti, cuius mentionem fecit Plinius Nat. Hist. IV. 9. p. 35. „Fontes — Amymone, Psamathe", et Nicomediae suburbio ἐν Ψαμαθίᾳ· προάστειον δὲ τοῦτο τῆς Νικομηδείας ἐστί Socrat. Hist. Eccles. I. 27. p. 53. B. atque Africae insulae Scylac. Peripl. p. 119. Ψαμαθὸς νῆσος, πόλις καὶ λιμὴν καὶ κόλπος.

Iam reddam, quod supra p. 160. in hunc locum reieci. Χώραν enim cum ab aliis tum maxime a scriptoribus posterioris aetatis pro πόλις, quo cum vocabulo multis locis reperitur coniunctum, ut apud Nicephor. Gregor. XVI. 3. p. 810, 17. et alios ap. Boissonad. Anecdot. I. p. 256. et IV. p. 297., usurpatum commonstravit Boissonadius in Herodian. p. 124. et Anecdot. IV. p. 402. Ἐν Ἀδλίδι χώρᾳ οὕτω λεγομένῃ Malal. V. p. 98, 6. Δωδώνη χώρα lex. Boiss. IV. p. 372. χῶρός τις Ἀτραμύτιον κεκλημένος Niceph. Greg. VI. 1. p. 162, 20. Idem declarat et frequentius χωρίον, de quo exposuit Cangius in Chronic. Pasch. p. 441. Strab. X. p. 451. Vol. IV. p. 58. Ἀκαρνάνων χωρίον Ἄκτιον. Pausan. I. supra allat. Τευμησὸς χωρίον. Procop. de bell. Gotth. IV. 22. p. 577, 4. Ἄγχισος χωρίον. Laurent. Lyd. de magistr. III. 28. p. 198. Ἀάραν τὴν πόλιν. Procop. de aedific. II. p. 29. B. κώμην Ἀάρας ὄνομα. Etymol. M. p. 248, 20. χωρίον. „Est enim χωρίον apud Graecos medii aevi recentesque vicus, pagus" Has. in Nicephor. Phoc. de velit. bell. p. 514.

COROLLARIUM XVI.

[II. 5. p. 166.] Cum Amphiaraus raperetur, coeli tempestatem ingruisse cum magno fragore tonitribusque Pindarus (Schol. p. 132. κεραυνωθεὶς Ἀμφιάραος κατέδυ) et Apollodorus III. 6, 8. p. 213. Ζεὺς κεραυνὸν βαλὼν τὴν γῆν διέστησεν, terram horribili motu conquassatam Statius scribit Theb. VII. 794. 816. „Iamque recessurae paullatim horrescere terrae Summaque terga quati —; inferno mugit iam murmure campus —, iam frondea nutant Culmina, iam muri ripisque Ismenos apertis Effugit, — ecce alte praeceps humus ore profundo Dissilit inque vicem timuerunt sidera et umbrae. Illum ingens haurit specus et transire parantes Mergit equos, non arma manu, non frena remisit: Sicut erat, rectos defert in Tartara currus", positis tamen lauris „quas Erebo deferre nefas" v. 784., quamquam aliter de ea re est apud Philostrat. Imagg. I. 27. p. 802. τὸν Ἀμφιάραον φεύγοντα κατὰ τῆς γῆς αὐτοῖς στέμμασι καὶ αὐτῇ δάφνῃ. De illo specu quae declamatorio genere persequutus est Nicephorus Basilaca Ethop. VII. 12. p. 497, 28. afferam vitium, quod inest, detracturus: γῆ δὲ τὸ στόμα περιεβόθρευε καὶ πλατὺν ὑπέχαινε φάρυγγα, οὐχ ἵνα πολυδιψείῳ (scrib. πολυδιψίῳ) πόλει πηγή τις ἀναβροιβδήσῃ (leg. ἀναβροιβδήσει) — ἀλλ' ἵνα στρατιώτης αὐτοῖς ὅπλοις καταποθήσεται —. ὦ πονηρᾶς ταύτης αὔλακος, ἣν οὐ γηπόνος ἐπήσκησεν, οὐκ ἐπόλευε (scrib. ἐπόλευσε conf. Iacobs. in Anthol. Pal. p. 624. et Achill. Tat. p. 447. 543. 620. atque Walz. in Sever. Ethop. p. 546.) βοῦς, οὐ περικυλάκισιν ἄροτρον. Voci enim, quam Walzius coniectavit περιελάκισεν, plurimum praestare credo eam, quam in lexicis adscribi volo repetitam ex Manass. Chronic. 4034. p. 173. καὶ ταῖς βουσὶ πολεύσωσι πάσας τὰς λεωφόρους καὶ περιαυλακίσωσιν αὐτῶν τὰς πεδιάδας. Ceterum Statium haud poenituit eorum sententiae esse, qui aurigam Amphiarai Batonem illius periculi expertem fuisse prodiderunt, ut Polybius fragm. T. V. p. 61. ap. Stephan Byz. p. 81, 6. Ἄρπυια πόλις ἐν Ἰλλυρίᾳ παρ' Ἐγχελέαις· εἰς ἣν Βάτων ὁ Ἀμφιαράου ἡνίοχος μετὰ τὸν ἀφανισμὸν αὐτοῦ ἀπῴκησε. Id plerique contra putarunt, uti Pausanias (nam perperam existimavit Ebertus Diss. Sic. T. I. p. 93. Batonis nomen ab uno Stephano consignatum) II. 23, 2. p. 302. ἦν δὲ ὁ Βάτων γένους Ἀμφιαράῳ τοῦ αὐτοῦ τῶν Μελαμποδιδῶν καὶ ἐς μάχην ἐξιόντι ἡνιόχει τοὺς ἵππους· γενομένης δὲ τῆς τροπῆς ἀπὸ τοῦ Θηβαίων τείχους χάσμα γῆς Ἀμφιάραον καὶ τὸ ἅρμα ὑποδεξάμενον ἠφάνισεν ὁμοῦ καὶ τοῦτον τὸν Βάτωνα et X. 11, 2. p. 207. et V. 17, 4. p. 385. Vol. II. et Apollodorus III. 6, 8. p. 213. ὁ δὲ σὺν τῷ ἅρματι καὶ τῷ ἡνιόχῳ Βάτωνι, ὡς δὲ ἔνιοι Ἐλατιωνῷ (ἐλάττω,

ἐλαττόνων) ἐκρύφθη et Scholiasta Vrat. Pind. Olymp. VI. 21. p. 132. ὁ δὲ ἡνίοχος αὐτοῦ Βάτων ἐκαλεῖτο ἢ Σχοίνικος συγκαταποθεὶς αὐτῷ. Nomen Schoenicus contestatum est ab Hesychio p. 1332. Σχοίνικός· ὁ Ἀμφιαράου ἡνίοχος; de tertio vero quo iudicandi copiam faciam, dicam quid varient Pausaniae libri in libr. X. 9, 3. p. 202. Ἕλατος al. teste Siebelisio Vol. V. p. 219. Ἔλαττος et X. 26, 1. p. 287. Ἔλασσος Mosq. Ἐλάσσονος. Sed praeterquam quod Strabo auctor est IX. p. 404. sive p. 407. ἐκπεσόντος ἐκ τοῦ ἅρματος ἐν τῇ μάχῃ τοῦ Ἀμφιαράου κατὰ τὸν τόπον, οὗ νῦν ἔστι τὸ ἱερὸν αὐτοῦ, τὸ ἅρμα ἔρημον ἐνεχθῆναι περὶ τὸν ὁμώνυμον τόπον, de quo infra expediam quid sentiam, fama est de curru una absumpto, ex quo locus in templi formam redactus (Valer. Maxim. VIII. 15. ext. 3. p. 313. Cicer. de Divin. I. 40. Aristid. Rhodiac. p. 555, 3. Ἀμφιάραος δὺς κατὰ τῆς γῆς ὁμοῦ τῷ ἅρματι σεμνὸς ἥρως ᾄδεται καὶ ὁ δεξάμενος τόπος τέμενος εἶναι δύναται τὸ λοιπὸν αὐτῷ. Philostr. Her. II. 8. p. 680. Ἀμφιάρεων λέγεται ἡ γῆ ἐν σοφῷ ἀδύτῳ ἔχειν) nomen cepit, quemadmodum apud Syros vocabatur Harma Γιγάντων Burmann. de Iov. Fulgur. XI. p. 307. et apud Boeotos Πῶλοι Πυραίχμου Plutarch. Parallel. VII. p. 416. Vol. VIII. ὃν (Πυραίχμην) Ἡρακλῆς — πώλοις προσδήσας καὶ εἰς δύο μέρη διελὼν τὸν Πυραίχμην ἄταφον ἔρριψεν· ὁ δὲ τόπος προσαγορεύεται Πῶλοι Πυραίχμου. Quem locum Lactantius, ut praedixi p. 164., Ampharma appellat p. 364. C. „Civitas enim in illo loco post est condita, in quo hiatus terrae Amphiaraum recepit, quae Amphiarma vocatur, ut Homerus ait, quod illic currus, quem Graeci ἅρμα vocant, deciderit: in qua etiam oraculum est, quod Amphiaraon vocatur" („Ampharma vocatur, qua etiam oraculum est" cod. Scheftl.). Quod vocabulum ambigas utrum ad similitudinem revoces nominum Ἀμφ' Ἀξιὸν δύο μέρη λόγου πόλις Stephan. Byz. p. 57, 27. conf. I. 2. p. 15. et Lobeck. Paralip. Diss. V. 12. p. 383. et Ἐμπύθιον Cang. in Nicephor. Greg. XIV. 5. p. 708, 11. nott. p. 1274. et Inarime Glarean. in Liv. VIII. 22, 6. Salmas. Exerc. Plin. p. 68. b. A. Bochart. Chan. I. 33. p. 655. B. an conflatum dicas ex Ἀμφιαράου ἅρμα, quod extat apud Scholiastam Aristid. Panath. p. 188, 32. πέμψας εἰς τὸ Ἀμφιαράου Ἅρμα vel ex Ἄμφιος ἅρμα, siquidem nonnulli posuerant pro integro nomine deminutum, ut Aeschylus ap. Herodian. περὶ παθῶν in Etymol. M. p. 93, 50. Ἄμφις) τοῦτο οὐ συγκοπὴ, ἀλλὰ μετασχηματισμός. ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἀμφιάραος Ἄμφις ὡς παρὰ Αἰσχύλῳ· (fragm. 350.) ὥσπερ ἀστράγαλος, ἄστρις· καὶ Ἰφιάνασσα, Ἴφις· καὶ Θρασυκλῆς, Θράσυλλος et p. 159, 31. ἄστριας· — ὡς γὰρ ὁ παρθένιος πάρθις καὶ ὁ Χαλδαῖος Χάλδις καὶ ὁ λάσταυρος λάστρις καὶ Ἀμφιάραος Ἄμφις, οὕτω καὶ ὁ ἀστράγαλος ἄστρις. Atque illam quidem sententiam ut sequar animus ita inclinat, ut tamen non confidenter obsistam, si quis sub Munckeri in Hygin. fab. LXXIII. p. 125. exemplo subesse pronunciet in hoc errorem eius generis, de quo esse credam „Epicolono" illud non suspectum Davisio in Cic. de Nat. Deor. III. 18.

apud eundem Lactantium p. 529. A. in Theb. XII. 510. „Oedipus expulsus Creontis imperio confugit Epicolono, in quo lucus erat Furiis consecratus". Namque dixerat Homerus *οἵ τ' ἀμφ' Ἅρμ' ἐνέμοντο καὶ Ἐλλέσιον καὶ Ἐρύθρας.* Sunt vero, qui ab Adrasti curru ibi diffracto nomen oppido factum perhibeant testante Strabone p. 407. Tz. *περὶ δὲ τοῦ Ἅρματος — τοῦ Ἀδράστου συντριβῆναι τὸ ἅρμα φεύγοντός φασιν ἐνταῦθα, τὸν δὲ διὰ τοῦ Ἀρείονος σωθῆναι.* Schol. Hom. Iliad. II. 499. p. 81. a. 40. *Ἅρμα — ὅτι ἐκεῖ κατεάγη τὸ ἅρμα τοῦ Ἀδράστου, οἱ δὲ τὸ Ἀμφιαράου;* conditionem enim *κατεπόθη* pro *κατεπάγη*, quod libris proditum est, rescribendi male propositam ab Meinekio in Euphor. p. 139. esse docet Eustathius p. 266, 37. *ἐκλήθη δέ φασιν οὕτως ἢ διότι ἐκεῖ κατεάγη τὸ τοῦ Ἀδράστου ἅρμα ἢ ἀπὸ τοῦ ἅρματος Ἀμφιαράου καταφυγόντος ἐκεῖ καὶ μὴ ἐκδοθέντος τοῖς διώκουσιν*, quae repetita sunt ex auctoritate Stephani Byzantii p. 79, 10. *ἐκλήθη ἀπὸ Ἀμφιαράου τοῦ ἅρματος· ἐνταῦθα γὰρ καταφυγεῖν φασὶ μετὰ τοῦ ἅρματος καὶ οὐκ ἐκδοθῆναι τοῖς διώκουσιν ὑπὸ τῶν κατοικούντων*, vel si altius rem inspicis, a Philochoro ap. Strab. l. d. fr. p. 34. *οἱ δὲ — (Ἄδραστον) διὰ τοῦ Ἀρείονος σωθῆναι, Φιλόχορος δ' ὑπὸ τῶν κωμητῶν σωθῆναί φησιν αὐτόν.* De Libanii loco, quem cum Scholiasta Homeri Iacobsius in Philostr. p. 368. composuit, *διηγημ. περὶ Καπαν.* Vol. IV. p. 1100, 2. *τὸν δὲ Ἄδραστον ἵπποις αὐτοῖς διαστᾶσα ἡ γῆ δέχεται*, aperte definiteque iudicare non permitto mihi propterea, quod exemplum eius libri nunc non in manibus est, sed tamen ex eo, quod ex eiusdem Libanii narratione de Adrastea p. 1100, 10. mihi exscripta erant haec: *Ἄδραστος — μόνος τῶν ἑπτὰ λοχαγῶν ἀπεσώθη*, scrupulus mihi iniectus est et quaedam dubitatio, an nominis Adrasti vici recte queat substitui vox *ἄθραυστον* (*τὸν δὲ ἄθραυστον* vel *τὸν δὲ Ἀμφιάραον ἄθραυστον*), quae quid sit Pindarus declarat Nem. IX. 61. *Ζεὺς — κρύψεν δ' ἅμ' ἵπποις Λουρὶ Περικλυμένου πρὶν νῶτα τυπέντα μαχατὰν Θυμὸν αἰσχυνθῆμεν* vel Apollodorus III. 6, 8. p. 213. *πρὶν ὑπὸ Περικλυμένου τὰ νῶτα τρωθῇ.* Itaque hoc videtur satis manifestum esse et quod differt Amphiarai inter et Adrasti sortem neglectum esse a Scholiasta Homeri et si quis praeter eum Adrastum terrae hiatu perisse narravit, et famam quandam de Adrasti curru exisse, quem omnium unum ex Thebano agro reverti in fatis fuerat Schol. Aeschyl. Sept. c. Theb. 50. p. 143. *ὁ Ἀμφιάραος προεῖπεν αὐτὸν μόνον τὸν Ἄδραστον καὶ τὸ αὐτοῦ ἅρμα ὑποστρέψειν ἐκ Θηβῶν.* Praedicatione autem Adrasti curru excussi et ab Harmatensibus servati ego arbitror (nec vereor, ne coniectura aberrem) famam vico Harmati apud montem Parnethem sito quaesitum fuisse ab Atticis potissimum hominibus, apud quos et equos Adrastus crederetur de fuga sustinuisse Anecd. Bekk. p. 208, 3. sive Etym. M. p. 474, 33. Anecd. Bachmann. I. p. 38, 13. Pausan. I. 30, 4. p. 137. et solatium magnum quoddam rerum adversarum habuisse, de quo vid. Isocrat. Panathen. p. 236, 35. Nicephor. Ethop. VII. 12. p. 499, 1. alii ap. Urlichs. in Achaei fragm.

p. 10. Mentionem eius vici fecerunt Stephanus Byzantius p. 79, 14. ἔστι καὶ τῆς Ἀττικῆς Ἅρμα περὶ τὴν Φυλὴν καλουμένην. Glossar. bibl. Barocc. ap. Gronov. in Steph. Byz. p. 516. ex. Lips. Ἅρμα· δύο τὸ ὄχημα δηλαδὴ καὶ τοὺς ἵππους καὶ πόλιν Βοιωτίας, καὶ τόπος ἐν Ἀθήναις et qui proverbium de iis, quae sero fiunt, dici solitum δι' Ἅρματος ἀστράπτει aut enarrarunt ut Strabo, cui contra Eustathium in Il. p. 266, 40. τὸ δὲ παροιμιῶδες τὸ ὁπόι' ἂν ἀστράψῃ δι' Ἅρματος, ἤγουν ὀψέ ποτε καὶ διὰ χρόνου ἀδήλου, τοῦ Ἀττικοῦ Ἅρματος μέμνηται ἢ μᾶλλον τοῦ Βοιωτικοῦ omnino favendum est, IX. p. 404. p. 405. Tz. τοῦ Ἅρματος τοῦ κατὰ τὴν Ἀττικὴν ὅ ἐστι περὶ Φυλὴν δῆμον τῆς Ἀττικῆς ὅμορον τῇ Τανάγρᾳ. Ἐνταῦθα δὲ ἡ παροιμία τὴν ἀρχὴν ἔσχεν ἡ λέγουσα· ὁπότε δι' Ἅρματος ἀστράψῃ· ἀστραπήν τινα σημειουμένων κατὰ χρησμὸν τῶν λεγομένων Πυθαϊστῶν βλεπόντων ὡς ἐπὶ τὸ Ἅρμα καὶ τότε πεμπόντων τὴν θυσίαν εἰς Δελφοὺς ὅταν ἀστράψαντα ἴδωσιν· ἐτήρουν δ' ἐπὶ τρεῖς μῆνας· καθ' ἕκαστον μῆνα ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας καὶ νύκτας ἀπὸ τῆς ἐσχάρας τοῦ Ἀστραπαίου Διός· ἔστι δ' αὕτη ἐν τῷ τείχει μεταξὺ τοῦ Πυθίου καὶ τοῦ Ὀλυμπίου aut breviter perstrinxerunt ut Lex. Rhet. Ms. ap. Ruhnk. Auctar. Emendd. ad Hesych. T. I. p. 586. Ἀστραπὴ δι' Ἅρματος· τόπος Ἀθήνησιν ἐν τῇ Πάρνηθι, ὅπου Διὸς ἀστραπαίου ἐστὶ βωμός, de quo conf. Pausan. I. 32, 2. p. 142. et Suidas v. Ἅρμα p. 742. b. 13. Ἅρμα τόπος τῆς Ἀττικῆς. Καὶ παροιμία Ὅταν δι' Ἅρματος ἀστράψῃ· ἐπὶ τῶν χρονίως γινομένων et Hesychius p. 964. Δι' Ἅρματος· τόπος ἐν Πάρνηθι τῆς Ἀττικῆς et p. 586. ἀστραπὴ δι' Ἅρματος· Ἀθηναῖοι et ibidem ἀστράπτει δι' Ἅρματος· Ἀθηναῖοι, ὁπότε δι' Ἅρματος αὐτοῖς ἀστράψειεν ἔπεμπον εἰς Δελφοὺς θεωροὺς τοὺς λεγομένους Πυθιαστάς et ibid. ἀστράψῃ διὰ πυκνός· ἀντὶ τοῦ δι' Ἅρματος. Quod proverbium nondum omnibus item cognitum, ut Abreschio Misc. Obss. Vol. V. T. III. p. 89., illustrem exemplis Libanii Epist. MCCLXX. p. 597. σοὶ τὴν δι' Ἅρματος γράφω et DXXII. p. 257. ἡμεῖς δέ σοι νῦν τὴν δι' Ἅρματος ἐπιστέλλομεν et Aristidis περὶ τοῦ παραφθ. Vol. II. p. 391, 17. λέγω γὰρ οὖν ὡς ἐπειδὰν περιέλθῃ τὸ τοῦ θεοῦ φῶς καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο ἀστράψῃ δι' ἅρματος, quae bellissime Reiskius sic convertit „refulgeat per currum" vel „a curru". In quod proverbium non dubium est quin respiciat Nonni oratio XIII. 69. p. 354, 23. πέδον Ἅρματος ὀψιγόνοιο φερώμενον Ἀμφιαράου. Sed ne ipse ad id, quod propositum est, post Harmatensem ignem revertar, Harmatis Boeotici fama obscurari coepta est, ex quo Oropum Amphiarai oraculum translatum fuit Strab. p. 404. Tz. ἐκ Κνωπίας δὲ τῆς Θηβαϊκῆς μεθιδρυμένον δεῦρο τὸ Ἀμφιάρειον. Quae quidem templi translatio quum res sit non dico novi inauditique sed rari exempli, reminisci attinet id, quod memoriae prodidit Stephanus Byzantius p. 164, 8. Δωδώνη· Κινέας δέ φησι πόλιν ἐν Θεσσαλίᾳ εἶναι καὶ Φηγὸν καὶ τὸ τοῦ Διὸς μαντεῖον εἰς Ἤπειρον μετενεχθῆναι et quod Spartianus scripsit vit. Hadrian. XIX. p. 181. „fecit et sui nominis pontem et sepulcrum iuxta Tiberim et eadem

Bonae Deae transtulit", ubi Casaubonus haec: „hic per aedis translationem intelligimus antiqui Bonae Deae simulacri in alium locum translationem et dedicationem cum aedis novae exstructione". At subinde ut collocatum apud Oropiorum urbem oraculum erat, rumorem extitisse, quo apud Oropum terrae hiatu raptus Amphiaraus evanuisse ferretur, testificor Sophoclem (Amphiar. fr. IV.), ni Strabo fallit, IX. p. 399. T. III. p. 379. *εἶτα Ὠρωπὶς ἡ τῶν Ὠρωπίων· ἐνταῦθα δέ που καὶ τὸ Ἀμφιαραίειόν ἐστι τετιμημένον ποτὲ μαντεῖον, ὅπου φυγόντα τὸν Ἀμφιάρεων, ὥς φησι Σοφοκλῆς, Ἐδέξατο ῥαγεῖσα Θηβαία κόνις Αὐτοῖσιν ὅπλοις καὶ τετρωρίστῳ δίφρῳ. Ὠρωπὸς δ' ἐν ἀμφισβητησίμῳ γεγένηται πολλάκις· ἵδρυται γὰρ ἐν μεθορίῳ τῆς τε Ἀττικῆς καὶ τῆς Βοιωτίας*, Scholiastam Pindar. Olymp. VI. 18. p. 132. *ὃν διαστᾶσα ἡ γῆ ἐδέξατο ἅμα τῷ ἅρματι ἐν Ὠρωπῷ τῆς Βοιωτίας* et 22. *σχισθεῖσα (γῆ) ἐν τῷ Ὠρωπῷ τῆς Βοιωτίας, ἔνθα καὶ μαντεῖον αὐτοῦ ἐστιν* et 23. p. 133. *κατεπόθη σὺν ταῖς ἵπποις ἐν Ὠρωπῷ*, Philostratum vit. Apoll. II. 37. p. 89. sq. *τὸν τοῦ Οἰκλέους — ἐπεσπάσατο ἡ γῆ ζῶντα· οὗτος μαντευόμενος ἐν τῇ Ἀττικῇ νῦν ὀνείρατα ἐπάγει τοῖς χρωμένοις* et Imagg. I. 27. p. 802. *ἡ γῆ λέγεται αὐτῷ διασχεῖν, ὡς μαντεύοιτο ἐν τῇ Ἀττικῇ —· γράφει δὲ καὶ τὸν Ὠρωπὸν νεανίαν*, Euphorionem fragm. LXIX. p. 138. *Ὠρωπός τε καὶ Ἀμφιάρεια λοετρά*, ad quae spectat Stephanus Byz. v. *Ἅρμα* et Meinekio neglectus Eustathius in Il. p. 266, 39. *ἐκαλεῖτο δὲ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ καὶ λουτρὰ Ἀμφιαράου.* Quod lavacrum fontem fatidicum esse eum, qui Oropio delubro suberat (*ἔστι δὲ Ὠρωπίοις πηγὴ πλησίον τοῦ ναοῦ, ἣν Ἀμφιαράου καλοῦσιν* Pausan. I. 34, 3. p. 152.) Iacobsius ostendit ad Arat. Epigr. I. Vol. I. P. II. Anth. Gr. p. 169. sq. et Meinekius p. 138. „Ceterum fontem, ad quem in Euphor. fragm. 19. veloces equi Amphiaraum ferunt, hunc ipsum Oropium esse et *Φυγάδειαν* ab illius fuga cognominari nullus dubito". Licuit enim verbis Welckeri in Philostr. p. 367. uti, in cuius sententiam discessionem facere nihil ambigo, quamvis futuros esse haud ignorem, qui apud Euphorionem fr. XIX. p. 71. *Τὸν μὲν ἄρ' ἐκ φλοίσβου Ἀσβώτιοι ὦκα φέροντες Ὑστάτιον ῥώσαντο κονισαλέῃσιν ἐθείραις Ἵπποι καλὰ νάουσαν ἐπορνύμενοι Φυγάδειαν* sufficiendum contendant esse *Φυσάδειαν* cum recordatione Callimachi adducti h. in lavacr. Pallad. 47. *σάμερον αἱ δῶλαι τὰς κάλπιδας ἢ 'ς Φυσάδειαν Ἢ ἐς Ἀμυμώνην οἴσετε τὰν Δαναῶ*, tum auctoritate permoti Scholiastae Pindar. Vrat. Olymp. VI. 21. p. 132. *κατεπόθη δὲ Ἀμφιάραος οἱ μὲν περὶ Ὠρωπὸν, οἱ δὲ περὶ Κλεωνάς.* Atque hunc quidem eo magis miror praeteritum esse a Meinekio, quod is *Φυγάδειαν* repudiare se confessus est his p. 73. „Retinendum igitur [non rescribendum cum Ruhnkenio *Φιγαλείαν*] in Callimachi loco *Φυσάδεια* idemque Euphorioni restituendum. Quaeritur autem, ex quo proelio poeta Amphiaraum fuga servari faciat; sin ex Thebano, luculento locus est documento, quantum Euphorio in fabulis pro arbitrio vel fingendis vel mutandis licere sibi putaverit". Nec ego quidem non exploratum

habeo in reliquis ingenii virtutibus Euphorionem novarum rerum fuisse peculiariter studiosum, sed ut suis finibus terminisque latioribus sane se contineret. Veluti plerisque omnibus permirum illud accidit, quod Athenis convenisse Graecos de exscindenda Troia coniuratos auctores sunt Dares Phrygius XV. p. 159, 8. et 23. XVIII. p. 161, 19. XIV. p. 158, 15. et Iosephus Iscanus IV. 208. conf. Dresem. in libr. III. 422. Quod equidem arbitror exortum esse ab Euphorione, qui Iphigeniam in Atticae vico Braurone mactatam ab Agamemnone vulgaverat, profectus tamen, ut Meinekius exquisivit fragm. LXXXI. p. 147., ab obscurioris cuiusdam famae vestigiis. Hoc igitur est quod tolerabiliter feramus; verum omnes licet latebras suspicionum peragres, ecqua datur excusatione illam temeritatem tegere, qua in Argivis terrae discessionem factam idem ille nunciat, qui et oraculum Amphiarai fontibus amoenum Oropi fuisse cum ceteris consentit fragm. LXIX. et raptum etiam vatem apud Oropum prodidit? Etenim vestigium aliquod, quo hoc significetur, inesse arbitror in Scholiastae Pindar. p. 132. verbis his: *κατεπόθη δὲ Ἀμφιάραος οἱ μὲν περὶ Ὠρωπὸν, οἱ δὲ περὶ Κλεωνάς· τοὺς δὲ ἵππους αὐτοῦ φησιν Ἀντίμαχος εἶναι ἀσυστάτους* (quod a Meinekio in Euphor. p. 72. in vitii suspicionem adductum magna me consilii etiamnum affectum tenet inopia, ut quamvis multa saepe opinato mihi satis sit utcunque afferre primum Statii hos versus: „rapidum Danaeius augur Ascheton increpitans meritumque vocabula Cygnum" VI. 463. et „Ascheton increpitansque levem Cygnumque nivalem" 524. ubi conf. Gronov., deinde Mythographum II. fab. 119. p. 115, 22 „equum autem, a Neptuno progenitum, alii Scitium (al. Scithium, Scinthium, Sitium, Syrenem), alii Chironem (al. schironem, sironem, senonem), alii Arionem, quem Adrastus in Thebano proelio habuit, dicunt fuisse nominatum" et Lactant. in Stat. Theb. IV. 42. p. 164. B. „in Thessalia terram tridente percussit subitoque — solo prosilierunt duo equi, Scyphos et Arion" conf. Anecd. Cram. IV. p. 257, 9. *Κενταύριοί τινες καλοῦνται ἐν Θετταλίᾳ, ὧν ἡ ῥάχις μετρίως κεκοίλωται εἰς ἀσφαλῆ καθέδραν τοῦ ἱππέως*) sed Scholiasta Pindari *κατεπόθη — οἱ μὲν περὶ Ὠρωπὸν, οἱ δὲ περὶ Κλεωνάς· τοὺς δὲ ἵππους αὐτοῦ φησιν Ἀντίμαχος εἶναι ἀσυστάτους, οἱ δὲ Θεσσαλοὺς, ὀνόματα δὲ αὐτῶν Θόας καὶ Λίας* videtur Amphiaraum indicare apud Oropios absumptum, quoniam mentio de equis ex Thessalia oriundis illata vix dubium est quin pertineat ad Euphorionis fragm. XIX. *Ἀσβώτιοι ὦκα φέροντες ἵπποι.* Quod si iudicamur argumentati esse probabiliter, illud habemus consectarium, antiquitus in eo loco scriptum fuisse non Cleonas, verum Cnopiam, nomen ad litterarum ductus haud multum absimile (vid. II. 5. p. 161.). Qui enim id egit et laboravit, ut discrepantes de Amphiarai interitu scriptorum complecteretur proponeretque narrationes, qui fieri potuit, ut eam silentio praetermitteret famam, qua non altera illustrior fuit et pervagatior? Euphorionem igitur haud poenituit

eorum opinionis esse, qui apud Oropum Amphiaraum dicerent in altissimum terrae hiatum descendisse, quos cum alterius sententiae auctoribus reconciliasse et composuisse ii videntur scriptores, ad quos Strabo se applicavit IX. p. 404. p. 407. Tz. *περὶ δὲ τοῦ Ἅρματος τοῦ Βοιωτικοῦ οἱ μέν φασιν ἐκπεσόντος ἐκ τοῦ ἅρματος (ἐν τῇ μάχῃ) τοῦ Ἀμφιαράου κατὰ τὸν τόπον, οἷ νῦν ἐστι τὸ ἱερὸν αὐτοῦ, τὸ ἅρμα ἔρημον ἐνεχθῆναι περὶ τὸν ὁμώνυμον τόπον.* Coeptus est autem, ut dixi, Amphiaraus Oropi occidisse narrari, ex quo Cnopum sive Harma, (ut alia aetate Hyriam Strab. p. 410. Tz. *Ὑριὰ δὲ τῆς Ταναγραίας νῦν ἐστι, πρότερον δὲ τῆς Θηβαΐδος*) Tanagraei in possessione habuerunt. Atqui longe aliud quiddam reperio cogitatione informatum a Dissenio. Is enim „Ad Thebas, inquit comm. in Pind. Pyth. VIII. 39. p. 288., antiquissimum fuit Amphiaraium, Oropium vero serius conditum; quod si scriptores fere solum memorant, ut ait Meinekius ad Euphor. p. 139., non mirandum est, quum diu florere pergeret Thebano cessante, eaque caussa videtur narrationis Thebanum oraculum Oropum translatum ferentis". Cuius opinationis vanitatem manifestam facere licet eo, quod si Cnopi oraculum per omne tempus permansisset integrum atque stabile, Cnopi non Thebis oportuit repositas esse Croesi opes, de quibus iam prope est ut verba faciamus. Quare expediam, quid sentiam ipse. Suasi autem mihimet ego aliquanto ante Persarum tempora a Tanagraeis Cnopiam bello occupatam sacraque Amphiarai Oropum translata esse; certe antiquiore hoc accidisse aetate et ex eo emergit, quod Oropii primi Amphiaraum deum habuisse dicuntur (*θεὸν δὲ Ἀμφιάραον πρώτοις Ὠρωπίοις κατέστη νομίζειν· ὕστερον δὲ καὶ οἱ πάντες Ἕλληνες ἤγηνται* Pausan. I. 34, 2. p. 151.) vana praedicatione, ut palam est, et quod inter Tanagrica oppida fere numeratum est Harma. Pausan. IX. 19, 5. p. 69. sq. *νέμονται δὲ Ταναγραῖοι ταύτην τε χώραν καὶ ὅση περὶ Μυκαλησσόν ἐστι καὶ Ἅρμα.* Steph. Byz. p. 79, 10. *Ἅρμα πόλις Βοιωτίας* (conf. Etym. M. p. 145, 5. *ὄνομα πόλεως ἐν Βοιωτίᾳ.* Steph. p. 363, 1. *Ῥῆγμα πόλις ὡς Ἅρμα*) *τῆς Ταναγρικῆς.* Quam amissionem Thebani ita videntur solati esse; ut quem circa Ismeni os apud Harma obisse ex vero affirmarent Tanagraei, Amphiaraum Thebani comminiscerentur circa Ismeni caput apud Potnias intercidisse. Atque ea opinor de caussa lege sancitum fuisse, ne in Amphiarai templo Thebanis hominibus excubare umquam liceret. Quamquam Herodotus eius rei aliam affert rationem VIII. 134. *Θηβαίων δὲ οὐδενὶ ἔξεστι μαντεύεσθαι αὐτόθι διὰ τόδε· ἐκέλευσέ σφεας ὁ Ἀμφιάρεως διὰ χρηστηρίων μαντευόμενος ὁκότερα βούλονται ἑλέσθαι τουτέων, ἑωυτῷ ἢ ἅτε μάντι χρέεσθαι ἢ ἅτε συμμάχῳ, τοῦ ἑτέρου ἀπεχομένους· οἱ δὲ συμμαχόν μιν εἵλοντο εἶναι· διὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἔξεστι Θηβαίων οὐδενὶ αὐτόθι ἐγκατακοιμηθῆναι*, quem locum non praeteriit Lobeckius Aglaoph. p. 272. Quae quum ita habeant, explorate videor iudicare Varronem aut errorem commisisse aut certe minus considerate loquutum esse apud Serv. in Aen. VIII. 275. p. 467.

„Varro dicit deos alios esse, qui ab initio certi et sempiterni sunt, alios, qui immortales ex hominibus facti sunt et de his ipsis alios esse privatos, alios communes; privatos, quos una quaeque gens colit, ut nos Faunum, Thebani Amphiaraum, Lacedaemonii Tyndareum; communes, quas universi, ut Castorem, Pollucem, Herculem". Porro autem perspicuum ad intelligendum indidem fit illud, quod dona Amphiarao dedicata a Croeso, a quo Oropi consultum oraculum prave autumat Weickerus in Philostrat. p. 366., Herodotus scribit se vidisse in Ismenii Apollinis templo deposita et asservata I. 52. *τῷ δὲ Ἀμφιάρεῳ πυθόμενος αὐτοῦ τήν τε ἀρετὴν καὶ τὴν πάθην ἀνέθηκε σάκος τε χρύσεον πᾶν, ὁμοίως καὶ αἰχμὴν στερεὴν πᾶσαν χρυσέην, τὸ ξυστὸν τῇσι λόγχῃσι ἐὸν ὁμοίως χρύσεον· τὰ ἔτι καὶ ἀμφότερα ἐς ἐμὲ ἦν κείμενα ἐν Θήβῃσι καὶ Θηβαίων ἐν τῷ νηῷ τοῦ Ἰσμηνίου Ἀπόλλωνος.* Nimirum domesticum aliquod quam hostium templum maluerant Thebani illis divitiis decorum esse atque opulentum easque quum tristem haberent belli exitum occupaverant transferre Thebas. Nam quid Barthium commemorem, qui Ismenii Apollinis et Amphiarai unum et idem fanum fuisse coniectura perspexit Animadvv. ad Stat. Theb. I. 399. T. II. p. 137.? quem satis redarguit et refellit vel Baylius Dict. Hist. et Crit. T. I. p. 195. E. Denique, ne quid praetermisisse videamur, Thebis Amphiarai delubrum extitisse Muellerus et qui cum eo conspirarunt Boeckhius Explic. Pindar. Pyth. VIII. p. 314. et Corp. Inscr. nr. 1570. p. 751. et Dissenius comm. in Pindar. p. 288. graviter defendunt, Herodoti praesidio freti et innixi. Invadendum est igitur in eius caussae arcem positam in libr. VIII. 134. *καὶ δὴ καὶ ἐς Θήβας πρῶτα ὡς ἀπίκετο τοῦτο μὲν τῷ Ἰσμηνίῳ Ἀπόλλωνι ἐχρήσατο —. τοῦτο δὲ ξεῖνόν τινα καὶ οὐ Θηβαῖον χρήμασι πείσας κατεκοίμησε ἐς Ἀμφιάρεω.* Quae invalidissima est ut nulla unquam. Quid enim? nonne hic quoque subest hominum doctorum intelligentiae ignoratus ille loquendi usus, quem nunc quidem mihi abunde est commonstrare luculentissimo uno Xenophontis exemplo Hist. Graec. V. 2, 25. *ὁ δὲ Φοιβίδας ἐπεὶ ἠθροίσθησαν αὐτῷ οἱ ὑπολειφθέντες τοῦ Εὐδαμίδου λαβὼν αὐτοὺς ἐπορεύετο. Ὡς δ' ἐγένοντο ἐν ταῖς Θήβαις ἐστρατοπεδεύσαντο μὲν ἔξω τῆς πόλεως περὶ τὸ γυμνάσιον?* Conf. Malal. II. p. 49, 9. *λοιπὸν ἐκλήθη ἡ αὐτὴ χώρα Θῆβαι.* Wyttenbach. in Eunáp. Aedes. p. 147. sqq. et quae supra dicta sunt II. 1. p. 102. 5. p. 168. Namque per hercle rem mirandam, quid dico miram? immo prorsus incredibilem narrat, si quis in urbe extitisse narrat oraculum, quo cives adire publica constitutione vetiti essent. Quare si quid omnipo, hoc certe iudicio facio, quod egregie laudo Alexandrum ab Alexandro, qui Herodoti narrationem ad Oropum pertinere censuit Gen. Dier. libr. VI. 2. T. II. p. 409. Nec Plutarchus non dicit Oropium oraculum vit. Aristid. c. XIX. Vol. II. p. 369. *ὥςπερ αὐτῷ (Μαρδονίῳ) προεσήμανε τὸ ἐν Ἀμφιάρεω μαντεῖον· ἔπεμψε γὰρ ἄνδρα Λυδὸν ἐνταῦθα, Κᾶρα δὲ ἕτερον εἰς Τροφωνίου ὁ Μαρδόνιος· — ὁ δὲ Λυδὸς ἐν τῷ σηκῷ τοῦ*

Ἀμφιάρεω κατευνασθεὶς ἔδοξεν ὑπηρέτην τινὰ τοῦ θεοῦ παραστῆναι· et de defect. oracul. V. p. 306. Vol. IX. ὁ δὲ πεμφθεὶς εἰς Ἀμφιάρεω Λυδὸς ἔδοξε κατὰ τοὺς ὕπνους ὑπηρέτην τοῦ θεοῦ φανέντα πρῶτον μὲν ἀπὸ φωνῆς ἐκβάλλειν αὐτόν, siquidem quicunque sacrum aliquod simpliciter commemorat non apposito signo quopiam, eum haud dubio argumento sumunt cum omnes tum Boeckhius Corp. Inscr. nr. 1515. p. 703. b. 704. b. loqui de eo, quod constet fuisse celeberrimum. Sed ut nulla relinquatur dubitatio quid in hac re verum sincerumque sit, in lucem proferam Scholiastae Aristid. Panath. p. 188, 32. locum: Μαρδόνιος πέμψας εἰς πολλὰ μαντεῖα καὶ εἰς τὸ Ἀμφιαράου Ἅρμα καὶ εἰς τὴν Λεβάδειαν πόλιν τῆς Βοιωτίας, ἔνθα ἦν τὸ ἱερὸν Τροφωνίου βουλόμενος μαθεῖν πῶς ἂν προλάβοι τὴν Ἑλλάδα. Postremo quam Thebani dissipaverant famam sequutus videtur esse Statius Theb. VI. 382. „Iam Thebae iuxta et tenebrosa vorago" et XII. 42. „Aut deserta vagi Danaum tentoria lustrant — aut (quae post bella voluptas) Quaerunt dispersi, iaceat quo pulvere Tydeus, An rapti pateat specus auguris" et, nisi me ratio fallit, Seneca Phoeniss. 70. „Hic alta rupes arduo surgit iugo Spectatque longe spatia subiecti maris —, Hic scissa tellus faucibus ruptis hiat".

COROLLARIUM XVII.

[II. 5. p. 167.] Utcunque Strabonis locus IX. p. 412. T. III. p. 462. sq. mutilatus videbitur, sat perspicuo tamen documento eorum est, quae de situ Aonii campi proposui. Locus autem sic legitur: Γλίσαντα δὲ λέγει κατοικίαν ἐν τῷ Ὑπάτῳ ὄρει, ὅ ἐστιν ἐν τῇ Θηβαϊκῇ πλησίον Τευμησοῦ καὶ τῆς Καδμείας· γεώλοφα καλεῖται δρι..... πίπτει (πτει libri Vatic. Paris. Mosc.) τὸ Ἀόνιον καλούμενον πεδίον, ὃ διατείνει .... ἀπὸ τοῦ Ὑπάτου ὄρους. De restituenda voce Ἀόνιον enim Theilio valde assentior cum Muellero Orchom. p. 131. not. 2. Krusioque Hellad. p. 443. not. 249., et hoc amplius censeo (in re ancipiti ac prope desperata quid ego ni incipiam aliquid audacius?) laceras partes sic resarciendas haud incommode: πλησίον Τευμησοῦ· καὶ τῆς Καδμείας γεωλοφία Ὄφεως καλεῖται δείρη ἐνταῦθα, ἣ συνάπτει (quod quidem cum συμπίπτειν confusum memini apud Artemidorum II. 41. p. 225.) τὸ Ἀόνιον καλούμενον πεδίον. Quorum longum est exponere rationes, quas e Pausaniae libro IX. 19, 2. p. 67. assequetur, qui cum horum, quae superaverunt, inconcinnitatem, tum satis perpenderit eius opinionis perversitatem, qua qui-

dam arbitrati sunt (II. 5. p. 155. conf. I. 1. p. 17.) Cadmeam hic Thebarum arcem a Strabone dici, nimirum illam ab Hypato paullo propiorem quam Messapius mons fuit Mueller. Orchom. p. 24. not. 2. Blomfield. Aesch. Agam. 284. p. 32. Sed Pausaniae aequius est verba transcribere: *κατὰ δὲ τὴν ἐς Γλίσαντα εὐθεῖαν ἐκ Θηβῶν λίθοις χωρίον περιεχόμενον λογάσιν Ὄφεως καλοῦσιν οἱ Θηβαῖοι κεφαλήν, τὸν ὄφιν τοῦτον, ὅστις δὴ ἦν, ἀνασχεῖν ἐνταῦθα ἐκ τοῦ φωλεοῦ λέγοντες τὴν κεφαλήν, Τειρεσίαν δὲ ἐπιτυχόντα ἀποκόψαι μαχαίρᾳ· τὸ μὲν δὴ χωρίον τοῦτο ἐπὶ λόγῳ καλεῖται τοιῷδε.* Ille vero serpens, quantum animi mei coniectura colligere possum, fuit is, quo percusso Tiresias pristinam naturam recepit, in muliebrem figuram habitumque postquam transformatus fuerat ob serpentium veneres in Cithaerone disturbatas v. Rodles. in Ptolem. Hephaest. Nov. Histt. I. p. 55. Itaque Thebanorum fama ita variavit, ut et in uno eodemque loco, sive is Cyllenius mons fuit (Mythogr. II. fab. 84. p. 104, 2.) seu Cithaeron (Eustath. in Od. X. 492. p. 1665, 43.) vid. Spanhem. in Callimach. h. in Pall. 82. p. 605. Muncker. in Hygin. fab. LXXV. p. 126., bis serpentes a Tiresia offensos negarent, id quod Hyginus confirmat l. d. p. 127. et Lactantius in Stat. Theb. II. 95. p. 71. A. et Mythographus l. d., et percussos an interfectos (Muncker. l. d. p. 127.) dicerent non baculo, quo usum Ovidius et Hyginus ap. Verheyk. in Anton. Liber. XVII. p. 81. et Fulgentius II. 8. p. 77. Tiresiam scribunt (conf. Barth. in Stat. Theb. IV. 582. et Spanhem. l. d. 127. p. 639.), sed secespita id est cultro, quem haruspicem Apollini deditum gerere dicunt, qualis fuit Delphicus culter commemoratus a poeta nescio quo apud Aeneam Sophistam Epist. ad Dionys. p. 426. *Ἀπόλλων — ταύτης ἐρᾷ μᾶλλον ἢ τοῦ Παρνασσοῦ· οὐ γὰρ παραπλήσιον αὐτῷ· δοκεῖ μάχαιρα Δελφῶν καὶ τὸ κάλλος παιδικῶν οὐδὲ πέτρα Δελφῶν καὶ τῆς δάφνης τὸ ἄλσος* et ab Hesychio I. p. 912. *Δελφικὴ μάχαιρα* et Alexandro ab Alexandr. Gen. Dier. IV. 17. T. I. p. 1107. Nisi potius his intendendum putas Eustathii verbis l. d. p. 1665, 60. *μεταβαλεῖν αὐτὸν εἰς γυναῖκα χερνῆτιν γραῖαν.* Ceterum, id quod plurimum discrepat cum Ovidio Met. III. 326. „Deque viro factus (mirabile) femina, septem Egerat auctumnos; octavo rursus eosdem (angues) vidit", septies mutatum Tiresiam narrat Ptolemaeus Heph. I. p. 306. *Τειρεσίας ἑπτάκις μετεμορφώθη* atque deinceps adeo apud inferos punitum Epiphanius Ancor. 86. p. 90. C. *ἀλλὰ καὶ Σίσυφον καὶ τὸν Τάνταλον καὶ Τειρεσίαν ἅμα τούτῳ κατατεταρταρῶσθαι καὶ δοῦναι δίκην ἐκεῖσε τὸν μὲν διὰ πέτρας, τὸν δὲ ὑπὸ τρόχον καὶ ἄλλους ἄλλως τετιμωρῆσθαι καὶ ἔτι ὑπάρχειν ἐν τιμωρίᾳ.* Hic etiam profiteor, quoniam sic occasio tulit, Antonini Liberalis XVII. p. 81. verba *ἐκ δὲ γυναικὸς αὖτις ἀνὴρ ἐγένετο διὰ τὸ δράκοντα πολλάκις* me sic redintegrasse: *διὰ τὸ τοὺς* (vid. Iacobs. in Achill. Tat. p. 398. et quos laudat Walzius in Arsen. p. 155. sq. et Rhet. Gr. Vol. VIII. p. 88.) *δράκοντας πάλιν αἰκίσαι* idque fecisse videri criticae arti longe convenientius, quam Munckerum huius scripturae auctorem

διὰ τὸ τοὺς αὐτοὺς δράκοντας πάλιν πατάξαι. Haec autem de Tiresia, ut opinionibus et monumentis litterarum variant, proponenda erant, quo hoc persuaderem nomen Ὄφεως Κεφαλή sive Δειρή (nam parum refert, utrum malis conf. Apoll. Rhod. IV. 127. περιμήκεα τείνατο δειρήν — ὄφις) explanatum esse ab Callimacho eo versu, quem libro ms. Orionis Thebani sic proditum οἱ δ' ὥστ' ἐξ ὀχεῆς σοφίσαι ὅλως αὐχέν' ἀναυχήν in hanc reformavit speciem Ruhnkenius: ὅς (quod de loco controversiam cum οἱ cum alibi tum habet in Orph. Argonaut. 1029.) δ' ὡς ἐξ ὀχεῆς ὄφις αἰόλος αὐχέν' ἀνασχών auctar. fragm. CCCCXXXVIII. p. 574. „In quibus ultimum, quod Valckenario quidem in Theocrit. Adoniaz. p. 255. A. ad comparationem paene necessarium videbatur", non amplius dubium est quin recte in ἀνέσχεν mutatum sit ab Toupio Emendd. in Suid. P. III. p. 481. falso tamen in eo, quod „sermonem esse existimavit de Hercule et Iolao circa Hydram occupatis". Nec minus spero iudicium valere meum, quo illum versum sumptum statuo ex Originibus et ex eo loco, ad quem spectat Phlegon de Mirabb. IV. fragm. CCCCXV. p. 566. ἱστορεῖ δὲ Ἡσίοδος καὶ Δικαίαρχος καὶ Κλείταρχος καὶ Καλλίμαχος καὶ ἄλλοι τινὲς περὶ Τειρεσίου τάδε. Quibus per vocis ὀχή sive χειά opportunitatem subiiciam Cocondrii verba περὶ τροπῶν p. 301. Anecd. Boiss. III. παραβολή ἐστι πράγματος πρὸς τὸ πρᾶγμα παράθεσις κατά τινας ἀναλόγους ὁμοιότητας οἷον ὡς ἔδρακον ἐπεὶ χερειότερος ἀνδραμένης, quae intacta reliquerunt Boissonadius et Walzius Rhet. Gr. Vol. VIII. p. 793. sq. sic reconcinnanda: ὥστε δράκων ἐπὶ χείῃ ὀρέστερος ἄνδρα μένησιν. Est enim is Homeri versus Il. XXII. 93., de quo a Valckenario quaesitum est in Adoniaz. Theocr. p. 253. B. sq. Ceterum ne velut serpentis sinuosis flexibus oratio longius a Strabone dilabatur, emendandi viam aliis probare cupio restitutamque sententiam, singula verba minime, praeter Ἀόνιον, cui Ἰόνιον vel Ὄνιον (Mosc.) ita supposuerunt librarii, quemadmodum „Aonlis oris" ap. Ovid. Metam. XIII. 682. fragm. Boxh. „Oniis", complures „Ioniis" atque „Aoniis Thebis", „Ionias" Tiraquellus ad Alexandr. ab Alexandr. Gen. Dier. VI. 2. p. 412. Vol. II. not. 6. conf. Delr. ad Senec. Herc. Fur. 1161., denique Ἴνιος ap. Phavorin. v. Ῥοιώ positum est pro Ἄνιος ap. Sturz. Pherecyd. fr. LXXIV. p. 259. At de Callimachi versu ἀρότας κύματος Ἀονίου („Aoniis undis" Ovid. Met. XII. 24.) fragm. CCCCXXXVI. p. 573., qui videri queat vicariam illam vocem recipere velle, moneo, ne quid agatur a quopiam calidius, Aonii foetus (v. Iacobs. Anthol. Gr. Vol. I. P. II. p. 60. et 407. Schaefer. in Gregor. Corinth. p. 677.) parentem (Eurip. Troad. 135. τὸν πεντήκοντ' ἀροτῆρα τέκνων Πρίαμον et Epigr. ἀδεσπ. DCCXXXVIII. Anth. Gr. T. IV. p. 280. εὐτεκνίης ἀροτῆρα conf. Valcken. in Phoen. 18. p. 10. et Schol. Pindar. Olymp. II. 65. p. 69. Valckenarii tempore nondum vulgatum: μὴ σπεῖρε παίδων ἄλοχα δαιμόνων βίᾳ) dici Laium. Et de Laio quidem mentionem Callimachus intulerat, ut puto, in libido. Nonnum

etiam commemorem libr. II. 679. p. 80, 33. *Οὐρανίοιο δράκοντος ἐναντίον ὄμμα τιτήνας.* „Corrigendum, Valckenarius inquit ad Phoen. Eurip. 645. p. 247., *Ἀονίοιο δράκοντος.* Scriptum fuerat *ονιοιο·* librarius legit *Οὐνῖοιο·* hoc erat vocis *Οὐρανίοιο* compendium, unde facillima transformatione serpens Aonius (Apollon. Rhod. III. 1177.) in coelestem transiit". Quod quum animo meo perpendissem, suspicio me aliquando (I. 2. p. 20.) tetigerat ab Stephano Byzantio p. 232, 3. Calydnum non Coeli, sed Aonis filium scriptum fuisse; quid, quod etiam de Eurip. Phoen. 1728. *ὅδ' εἰμὶ μοῦσαν ὃς ἐπὶ καλ — λίνικον οὐράνιον ἔβαν Παρθένου κόρας Αἴνιγμ' ἀσύνετον εὑρών* ausus eram similia opinari? Omnino autem dici vix potest (licet enim hic adducere et pertractare aliquot locos corruptos inter paucos mirabili genere) dici igitur nequit, quot, quanta, quam incredibilia ex more vocem *οὐράνιος* nota breviore comprehendendi manaverint vitia. Velut factum inde est, ut in locum vocabuli *ὡραῖος*, quod fere confusum esse cum *οὐραῖος* animadverterunt Creuzerus fragm. Histt. p. 125. et Iacobsius in Aelian. Hist. Anim. p. 250., succederet *οὐράνιος* apud Strabonem III. p. 147. T. III. p. 393. *ἐν ὡραίῳ σχήματι εἴρηκε περὶ τούτων* v. Friedemann. p. 625. Sed nihil frequentius usu venit, quam ut *οὐρανός* sic scriptum *ουνος* (ut in Schol. Vatic. Eurip. Rhes. 346. *οὐνῖας* id est Uraniae, et Vatic. Achill. Tat. V. 2. p. 104, 13., cod. Clark. 15. fol. 5. Gaisf. p. 58.) *ὀυνόν* vicem praestaret vocis *ἄνθρωπος* concipi solitae hoc signo *ανος*, quod videre est apud Fischerum Animadvv. in Weller. p. 91. sq. Schaeferum in Aristoph. Plut. p. 593. Gerard. Horreum ap. Wagner. in Alciphr. II. 4. p. 338. sq. Albertium in Hesych. Vol. I. p. 812. not. 19. Popmam in Varron. fr. p. 399. Iacobsium in Athen. p. 32. sq. et Achill. Tat. p. 926. et Aelian. Hist. An. p. 552. Testes sunt eius confusionis Worthius in Tatian. LX. p. 131. sq. Valckenarius ad L. Q. N. F. p. 366., Bernardus et Reiskius a Schaefero commemorati ad Dionys. de Comp. Verb. p. 173. Frommelius in Schol. Aristid. p. 163. conf. Cramer. Anecd. I. p. 140, 5. Quae quum ita sint, in Aeliani loco Hist. Anim. IV. 34. p. 85, 7. *κύει δὲ ἀνὰ μηνῶν δύο*, cuius difficultas Iacobsio p. 153. has extorsit coniecturas: *κύει δὲ λέαινα* vel *δὲ ἄρα*, equidem haud ambigo istam tamquam litterarum compagem in hunc modum laxare: *κύει δὲ ὡραῖα μηνῶν δύο.* Quicum concinit latina eius loci interpretatio: „foetus ei intra duos menses perficitur". De qua quidem emendatione liberum sit unicuique iudicium; sed firmissimus sum pro veritate eius, quam nunc proferam de eiusdem Aeliani loco XII. 34. p. 281, 23., cuius restitutio omissa iam ex omnium cura doctorum hominum videtur. Est autem hic: *Τενέδιοι δὲ τῷ πάλαι ἂν ἀρίστην Διονύσῳ ἔτρεφον κύουσαν βοῦν, τεκοῦσαν δὲ ἄρα αὐτὴν οἷα δήπου λεχὼ θεραπεύουσι.* Quibus quam Kuhnius adhibuit correctionem: *τὸ παλαιὸν*, eam tenere video Ludovicum de Hemmer de Republ. Tenediorum c. VI. p. 104. sq. locum sic interpretatum; „Tenedii olim praestantissimam gravidam vaccam alunt", sed abnuerunt

Reiskius p. 692. quaedam excidisse ratus et cum Schneidero Iacobsius, cui „videtur latere in syllabis πάλαι ἄν cognomen dei aut festi alicuius nomen, quod indagari vix possit nisi fonte, unde narratio fluxit, reperto. Sacrificii rationem attigit Lobeckius in Aglaoph. T. I. p. 676." Neque Iacobsius loci conditionem non ex veritate aestimavit. Primum enim persaepe accidisse, ut iota, quod adscribendum erat, in ν converteretur, ne Boissonadium testificer in Cratet. Epist. V. p. 240. et Marin. vit. Procl. p. 75. et Eunap. p. 527. et Planud. Metam. p. 91. et Anecd. I. p. 392. sq. et IV. p. 428. et Schaeferum Melett. Crit. p. 109., Aeliani liber commonstrat omnium maxime Monacensis, qui hoc in loco pro τῷ πάλαι tenet τῶν πάλαι et XV. 9. p. 339, 11. pro πηδᾷ πηδᾷν et IX. 39. p. 210, 4. pro ὀρόβῳ ὀρόβων et in XV. 28. p. 351, 10. cum aliis recte τὴν ἰδέαν, pro quo in Vaticano est τῇ ἰδίᾳ. Quemadmodum igitur illud τῶν in unum Monacensem irrepsit, ita vitium, quo ἀρίστην pro ἀρίστῃ exaratum est, ad libros pertinuit omnino omnes. Nam faciam brevi; non confirmo modo, sed etiam persuadeo, pristinum scribendi genus fuisse hocce: Τενέδιοι δὲ τῷ πάλαι ἀνθρωποῤῥαίστῃ Διονύσῳ ἔτρεφον (de quo verbo alio dicam loco) κύουσαν βοῦν. Quo nomine unam de suis fabulis Strattis inscripsit vid. Meinek. Quaestt. Scenic. II. p. 65., cui similia sunt θυμοραϊστής Eustath. Il. XVIII. 220. p. 1039, 64. λυκοῤῥαίστης Diodor. Zon. Epigr. II. 4, 2. Anth. Gr. II. p. 68. τεκνοραίστης Lycophr. 38. πολιῤῥαίστης id. 210. ἰλιοραίστης, μητροραίστης ap. Valcken. Diatr. in Euripid. fragm. XII. p. 136. κυνοραίστης Lobeck. Paralip. P. II. Diss. VI. p. 448. not. Sed fefellit doctos id nomen condensa, qua dixi, comprehensione sic arctatum, ut apud Philostratum Imagg. II. 34. p. 104, 5. cod. Flor. ἀναξυμβαλεῖν (id est ἀνθρώπῳ) ξυμβαλεῖν et Aelian. Var. Histt. II. 23. p. 112. ἀναμόρφους (ἀνθρωπομόρφους). Iam vero intendatur consideratio in ea, quae a Porphyrio narrata sunt de Abstin. II. 55. p. 200. sq. et inde transcripta ab Eusebio Praep. Evang. IV. 16. p. 155. D. et Cyrillo c. Iulian. IV. p. 129. A. ἔθυον δὲ καὶ ἐν Χίῳ τῷ ὠμαδίῳ Διονύσῳ ἄνθρωπον διασπῶντες καὶ ἐν Τενέδῳ, ὥς φησιν ὁ Εὔελπις ὁ Καρύστιος. Ergo Aelianus hoc memoriae prodidit: Tenedios postquam antiquitus traditum homines immolandi ritum censuerint, abolendum vaccam Baccho alere instituisse, παραμυθίας τῆς παλαιᾶς ποιουμένους ἀνθρωποθυσίας (τῆς πάλαι ἀνθρωποθυσίας Plutarch. de Def. Orac. XIII. p. 321. Vol. IX.), ut Theodoreti verbis utar Graec. Affect. Cur. X. p. 953. Sed mittam nunc de Aeliano. Longinquae enim memoriae recordatione admoneor de Theocriti versu, quem fere in comploratis habent, hoc (XV. 50.): οἷα πρὶν ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες ἔπαισδον, Ἀλλάλοις ὁμαλοὶ κακὰ παίγνια, πάντες ἐρειοί (ἐρίοι, ἐριοί). Quod vocabulum quum permulti reformare integritatique reddere suae studuerint, plerique tamen omnes in hanc partem peccaverunt, quod non diligentiore rimati sunt contemplatione sed quasi praetereuntes strictim adspexerunt, quae veteris scripturae extant vesti-

gia in libris Vaticano et Parisino, quorum ille in margine adscriptum interpretationis caussa tenet σκοτεινοί, hic μεγαλοπρεπεῖς, ἔνδοξοι. Neque enim quod vehementer haec inter se repugnant, iccirco putabis alterutrum ad vocem pertinere veritati longe dissimilem, quippe maiore quodam vitio iam tum contaminatae. Quin immo tale quiddam inveniri consentaneum est, quale est ἀχανής a Piersono in Moer. p. 59. aliaque plurima ab Valckenario in Adoniaz. p. 213. sqq. explicata. Quod quum haud fallaci iudicio statuisse mihi videar, non dubito equidem tertiam decimam (πάντες ἔριθοι Hermann. Opusc. Vol. V. p. 104., quum a coniectando hic abstinuerit Bergkius Comm. de Com. Att. p. 262.), si recte summam feci, coniecturam expromere hanc: κακὰ παίγνια, πάντες ἄωροι (ἀοιροι Hesych. I. p. 418.). Id enim vocabulum ad utramque interpretationem apte convenire testificor primum Suidam I. p. 516, 12. ἀωρίᾳ· — σημαίνει δὲ καὶ τὴν σκοτίαν et Hesychium p. 669. ἀωρία· σκοτία· μεσονύκτιον· ἄπρακτος ὥρα, ubi conf. Albert. not. 2. et eund. ἄωρον — ἄκαιρον et Etym. Magn. p. 117, 13. τὸν ἀώριον γινόμενον τῆς νυκτός et Συναγ. λεξ. χρησ. 476, 11. λέγουσι δὲ ἀώριον τῶν νυκτῶν καὶ ἀώριον νύκτωρ, deinde quo extitisse grammaticos patescat, quibus in ea voce non privativum, quod dicunt, sed intensivum α inesse videretur, Eustathium in Odyss. XII. 89. p. 1715, 23. ἀώρους — ὧν πολλὴ φροντὶς κατ' ἐπίτασιν τοῦ α (Etym. l. d. οὐδεμιᾶς φροντίδος ἄξιοι). Hesych. p. 668. ἀωρεῖν· ὀλιγωρεῖν· ἀπειθεῖν· φυλάσσειν et p. 669. sive Eustath. l. d. 28. ἄωροι — οἱ μὴ δυνάμενοι ὀρούειν (Etym. Magn. l. d. τοὺς ἄγαν ὀρούοντας). Unde plane intelligitur, qui factum sit, ut Hesychius, qui voci ἄωρον p. 669. notionem deformitatis subiecit: ἀπρεπές· ἄχαρι (Συναγ. λεξ. χρησ. p. 476, 8. ἀχαρές) — ἄμορφον omnino adversantem experiretur Scholiastam Theocr. cod. Paris. Eustath. l. d. 27. εἰσὶ δὲ οἳ τὸ ἄωροι ταὐτὸν εἶπον εἶναι τῷ ἀόριστοι διὰ μέγεθος, ἤγουν μεγάλοι. Itaque Theocritus hominum ingeniis ad fallendum ac rapiendum paratis quandam similitudinem iudicavit esse cum Scylla, de qua apud Homerum est Od. XII. 89. τῆς ἤτοι πόδες εἰσὶ δυώδεκα πάντες ἄωροι, de quo commemoravit Casaubonus ad Strab. I. p. 19. Meinekius Philem. fr. LI. a. p. 415. Sed videor mihi quosdam Aeliani memores audire succlamantes: Quin tu desine parturire adversus locos graviter affectos et subinde abortus facere. Quare rem extra omnem aleam positam adiiciam, ad Theocriti locum spectare auctorem περὶ ποσοτ. p. 316, 20. αἰγυπτιάζειν τὸ πανοῦργα καὶ ὑποῦλα καὶ δόλια πράττειν· Αἰγυπτογενής· Αἰγυπτιστί. conf. Burmann. in Propert. p. 592. Schol. Aristid. p. 210. From. Arsen. ap. Matth. Eurip. Vol. IV. p. XI. et ad eiusdem idyllii versum 40. Theodorum Hyrtacenum Epist. 28. Notit. et Electt. Mss. Reg. T. V. p. 743. μορμὼ δάκνει· φησὶν ἡ παροιμία. Ἐγὼ δὲ μικρὸν ὑπαλλάξας φαίην ἄν· Ἵππος δάκνει· καί τοι βοῦ μὲν φύσις κερατίζειν, ἵππῳ δὲ λακτίζειν, ὥσπερ ἄρα μορμοὶ δάκνειν et Scholiastam Aristid. Panath. p. 42, 20. φησὶ δὲ καὶ Θεόκριτος· Μορμὼ

δάκνει et 33. καὶ ὁ Θεόκριτος Μορμὼ δάκνε με conf. Schol. Theocrit. p. 961. ἡ μορμὼ ἵππος δάκνει. Unde colligi videtur pristinum scribendi genus hoc fuisse: Μορμὼ δάκνει ἵππος id est ἵππως.

COROLLARIUM XVIII.

[II. 5. p. 157.] Adiiciam hic supplementum iis, quae supra Corollar. VI. p. 371. posui de Iove, qui fertur „ut alias caperet, propriam variasse figuram: Nunc serpens, nunc taurus erat, nunc cygnus et arctos". Sic enim in Antonii carmine adv. gentes 59., quam secundum Muratorium p. 655. C. ex. Galland. „aurum" legere praestat auctore Gregor. Nazianz. LXI. carm. 95. p. 142. B. Ἄθρει δὴ πρώτιστον ὅσ' ἔπλετο μαργοσύνῃσι Ταῦρος, κύκνος, χρυσὸς, ὄφις, πόσις, ἄρκτος, ἅπαντα ὅσσα μιν ὠκὺς ἄνωγεν Ἔρως, et XVIII. 838. p. 217. C. πῶς πάντα ποιοῦσ' αἱ γυναῖκες τὸν Δία, Ταῦρόν, κεραυνὸν, κύκνον, ἄνδρα, θηρίον, χρυσὸν, δράκοντα. In urso autem Iupiter luserat Amaltheam Phoci filiam, si auctoritas habenda est Clement. Homil. V. 13. p. 672. A. Ἀμαλθαῖς (leg. Ἀμαλθείᾳ) δὲ τῇ Φώκου ὁμοιωθεὶς ἄρκτῳ συνευνάζεται et Recognitt. S. Clement. X. 22. p. 318. C. „Mantheam Phoci (stuprat) mutatus in ursum, ex qua nascitur Arctos". Dicam etiam de Scholiasta in Greg. Naz. p. 35. Gaisf., qui quum vituperio dignus videatur et maximae indiligentiae crimine, caussam tamen, si corrigatur, dat proferendi quaedam memorabilia. Eius igitur verba ταῦρος δὲ ὁ Ζεὺς διὰ τὴν Εὐρώπην· κύκνος διὰ τὴν Λήδαν· ἀνὴρ διὰ τὴν Σεμέλην· θηρίον καὶ δράκων διὰ τὴν Ὀλυμπιάδα· χρυσὸς διὰ τὴν Δανάην· κεραυνὸς διὰ τὴν ἥραν· ἀετὸς διὰ πασιφαην καὶ γανυμήδην pono posse an velle sanari hac arte: κεραυνὸς διὰ τὴν (Αἴγιναν· ὑετὸς δὲ διὰ τὴν Ἰμαλίαν· κόκκυξ δὲ διὰ τὴν Ἥραν. Neque enim integritati satisfacere videtur, si quis substituere velit aut Πύῤῥαν (Ἱρά pro Πύῤῥα scriptum est in Schol. Clement. Alexandr. p. 108. et pro Ἥρα Ἱερά apud Mai. in Iul. Valer. I. 31. p. 40.), de qua Recognitt. Clement. X. 21. p. 318. A. „Pyrrham Erimethei (leg. Epimethei) vitiat Iupiter" aut nomen saepius cum Ἥρα confusum (ut in Tzetz. Chil. ap. Davis. in Cic. Tusc. Disp. I. 47. et in Luciani loco, qui est apud Hemsterh. in Deor. Dial. XIX. 1. Vol. II. p. 299.) Ῥέαν, quam deam Iovis coniugio frui his docet Columella X. 204. „Maximus ipse deus posite iam fulmine fallax Acrisioneos veteres imitatur amores Inque sinus matris violento defluit imbre". Alii, ut hoc leviter attingam, agricolae nescio cuius amore incensam fuisse eam dicunt, ut Philostratus Epist. 39. p. 930. et Hemsterhusius in Lucian. Vol. II. p. 299.,

de quo amore nescio an Tatianus meminerit his: *δένδρον ἡ Ῥία γίνεται* XVI. p. 39. Add. Tertullian. Apolog. XV. „Cybele pastorem suspirat", ubi vid. Havercampius p. 149. sq. Ad Iunonem autem cuculi indutum specie Iovem advolasse prodiderunt Pausanias II. 17, 4. p. 274. Aristoteles ap. Schol. Theocrit. XV. 64. p. 962. sq. auctor de fluviis XVIII. 1. et 10. p. 460. 462. conf. Sabin. Epist. III. 41. Rursus si quis Wernsdorfii Epimetr. ad Pervigil. Vener. p. 538. T. III. argumentatione confisus rescribi optet *διὰ τὴν Ἥραν ὑετός, ἀετὸς δὲ διὰ Πασιφάην*, quod vocabulum cum *ἀετός* confusum memini apud Lydum de Ostent. 69. p. 248. C., is valde vereor ne in nimiam accingatur audaciam. Restat, ut de Aegina caussam dicam, quam non aquilae Iovi (ut Lactantius in Stat. Theb. VII. 424. p. 334. B. Recognitt. S. Clement. X. 22. p. 318. C. et Clem. Homil. V. 13. p. 672. A. *Αἰγίνῃ τῇ Ἀσωποῦ πλησιάζει γενόμενος ἀετός*. Nonnus XXIV. 78. p. 624, 20. *Αἰγίνης χάριν εὐνῆς Αἰετὸς ἠώρητο τὸ δεύτερον ὑψιπετὴς Ζεύς* et XXXIX. 168. p. 1002, 3. XXIII. 288. p. 618, 7. *ἅρπαγα νόθον ὄρνιν* VII. 211. p. 214, 4. XIII. 203. p. 362, 23. XVI. 58. p. 440, 31. XXXIII. 282. p. 836, 23. *αἰετὸν Αἰγίνης τανυσίπτερον εἶδεν ἀκοίτην* et 121. p. 826, 12. *καὶ πάλιν οἰστρηθέντα γαμοκλόπον ὄρνιν ἐρώτων Αἰετὸν ἤ τινα ταῦρον ἁλὸς πλωτῆρα τελέσσω*), sed igni succubuisse narrat Ovidius vid. Ciofan. in Metam. VII. 616., de quo loco perverse quaedam effutivit Hagenius de Asop. lib. p. 21. Rursus quum periculum esset ne ab Aeginae patre in ipsa deprehenderetur compressione Iovem in lapidem vertisse auctor est Schol. Hom. Il. I. 180. p. 18. b. 20. *μέλλων δὲ ὁ Ζεὺς ἐπ' αὐτοφώρῳ καταλαμβάνεσθαι τὴν μὲν Αἴγιναν μετεμόρφωσεν εἰς ὁμώνυμον νῆσον· αὐτὸς δὲ μετεβλήθη εἰς λίθον*, unde interpretetur, si forte quis velit, igneum Iovem esse gemmeum. Reliqui non Aeginam igneum Iovem expertam, sed fulmine ictum perhibent Asopum, uti quos Rittershusius dixit in Oppian. Cyneg. I. 25. p. 6. et Heynius in Apollod. III. 12, 6. p. 769. sq., atque Nonnus XIII. 217. p. 364, 6. XLIV. 16. p. 1138, 16. XLVII. 517. p. 1234, 10. et Statius ap. Wesseling. Probab. XXXI. p. 278. male a Burmanno in Ovid. Ib. 329. omissus conf. de Iov. Fulg. XI. p. 308. et Lactantius p. 348. A. „ut infamia eius excepti fulminis in aeternum maneret, dicitur hodieque (ex) illo tempore, quo ictus est, prunis ardentibus fluere". Porro autem Ledam quoque Iovem igneum expertam reperimus in Clem. Homil. p. 672. B. sive Recognitt. S. Clem. X. 22. p. 318. D. „Ledam Thesi (leg. Thestii) mutatus in cygnum, ex qua nascitur Helena et iterum eandem mutatus in stellam, e qua nascitur Castor et Pollux". In ea igitur obscuritate quia Semeles mentionem habere neque licet ullo pacto neque est integrum per eiusdem Scholiastae verba haec p. 45. *ἐπιβήτωρ Γανυμήδους Ζεύς· ὁ αὐτὸς ταῦρος διὰ τὴν Εὐρώπην· κύκνος διὰ Λήδαν· χρυσὸς διὰ τὴν Δανάην· ὄφις διὰ τὴν Ὀλυμπιάδα· ἀνὴρ διὰ τὴν Σεμέλην*, placet mihi Aeginae nomen interponi. Ad quam auctoritatem testem accommodo Ovidium — namque Appuleius

Metam. VI. p. 424. „famamque meam laeseris in serpentes, in ignes, in feras, in aves — serenos vultus meos sordide reformando" ad Semelen spectat — atque videor rectius ei sententiae inservire, quam olim Dalecampius ad Athen. XIII. p. 566. D., cuius conatum audaciamque compressit Schweighaeuserus Animadvv. T. VII. p. 51. Statuerat autem ille in verbis διὰ κάλλος δὲ καὶ ὁ μέγιστος τῶν θεῶν διὰ κεράμων χρυσὸς ἔρχεται, ταῦρος γίνεται, ἀετὸς πτεροῦται πολλάκις ὥςπερ καὶ ἐπ' Αἰγίνῃ legendum esse ὡς πῦρ. De hac vero sive importunitate sive falsitate, qua nulla vel Alcmenae ratio habita est (Soph. fr. 708. p. 64. Dind. Isocr. Helen. Encom. p. 190, 15.) vel Cassiopeae (de qua Recogn. S. Clem. X. 22. p. 318. D. „Cassiopeiam mutatus in virum eius Phoenicem" et Clement. Homil. V. 13. p. 672. B. καὶ Ὀσπίαν ἐνύμφευσεν ὁμοιωθεὶς τῷ γήμαντι Φοίνικι) Clemens Alexandrinus ei praeivit Admonit. ad Gent. p. 23. D. νῦν δὲ ἤδη μοι δοκοῦσι καὶ οἱ μῦθοι ὑμῖν γεγηρακέναι· δράκων ὁ Ζεὺς οὐκέτι, οὐ κύκνος ἐστὶν, οὐκ ἀετὸς, οὐκ ἄνθρωπος ἐρωτικός· οὐχ ἵπταται θεός, οὐ παιδεραστεῖ, οὐ φιλεῖ, οὐ βιάζεται, καίτοι πολλαὶ καὶ καλαὶ καὶ ἔτι γυναῖκες καὶ Λήδας εὐπρεπέστεραι καὶ Σεμέλης ἀκμαιότεραι· μειράκια δὲ ὡραιότερα καὶ πολιτικώτερα τοῦ Φρυγίου βουκόλου. Verum hoc in anceps trahi potest. Certe si quid ex solito variat, caussam dederunt loci huiusmodi, in quibus non respondent quasi demensa et paria verba verbis nec sunt satis apte convenienterque ad institutum ordinem posita. Qualis hic Luciani est Iov. Tragoed. 2. p. 225. Vol. VI. εἰκὸς γοῦν ἤτοι Δανάην τινὰ ἢ Σεμέλην ἢ Εὐρώπην αὖθις εὑρόντα σε ἀντιᾶσθαι ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, εἶτα βουλεύεσθαι ταῦρον ἢ σάτυρον ἢ χρυσὸν γενόμενον ῥυῆναι διὰ τοῦ ὀρόφου εἰς τὸν κόλπον τῆς ἀγαπωμένης et Senecae Octav. 205. „modo pennas sumpsit oloris, Modo Sidonii cornua tauri; Aureus idem fluxit in imbri; fulgent coelo Sidera Ledae; patrio residet Bacchus Olympo; deus Alcides Possidet Heben". Conf. Klotz. in Tyrtaei Carm. p. 131. sq. Multos circa unam rem ambitus fecerim, si quae de Iovis falso habitu occultati nuptiis variant auctores, omnia exsequi velim. Ut omittam alios, Scholiasta Clem. Alexandr. p. 108. in Proserpinam (Ovid. Met. VI. 114.) aut in Olympiadem negat Iovem serpentem fuisse, sed in Nemesin (ἐπὶ Νέμεσιν δράκων, ἐπὶ Λήδαν κύκνος, ἐπὶ Γανυμήδην ἀετὸς, Ἀμφιτρύων ἐπ' Ἀλκμήνην), quam constat sinu fovisse cycnum (Recogn. S. Clem. X. 36. p. 321. D.) sive anserem vid. Ambros. ap. Peerlkamp. in Horat. p. 232. „ubi tunc erat Iupiter? an in ansere loquebatur"? Opp. T. II. p. 834. Recogn. l. d. 22. p. 318. A. et 36. p. 321. E. Clem. Homil. p. 672. B. Νεμέσει τῇ Θεστίου τῇ καὶ Λήδᾳ νομισθείσῃ κύκνος ἢ χὴν γενόμενος Ἑλένην ἐτεκνώσατο; Valckenarii enim consilium et inceptum, quo ὀνομασθείσῃ rescripsit Diatr. in Eurip. VII. p. 63. c. frustra habeo ab memoria cum eiusdem scriptoris loci V. 14. Περσεφόνην αὐτὸς ἐκνυμφεύει τὴν θυγατέρα αὐτὸς ὁμοιωθεὶς δράκοντι τὴν καὶ γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Πλούτωνος εἶναι νομισθεῖσαν (sic enim legendum puto

pro καὶ τῇ γυναικὶ — νομισθείσῃ), tum verbi ἡγεῖσθαι ab Schweighaeusero explanati ad Appian. Hisp. Bell. p. 281. Postremo quod saepius in aquila latuisse Iovem accepimus, illud subnectam Pasiphaen (dum in tuto tamen sit hoc nomen), cui idem, quod Ganymedi, accidisse narrat Scholiasta Gregorii, videri esse Atlantis filiam, de qua Plutarchus vit. Agid. IX. p. 140. Vol. V. Πασιφάας — ἣν τινες μὲν ἱστοροῦσι τῶν Ἀτλαντίδων μίαν οὖσαν ἐκ Διὸς τὸν Ἄμμωνα τεκεῖν conf. Meurs. Misc. Lacon. I. 4. p. 12. sq., nec vero illam Cretensem Schol. Clem. Alexandr. p. 114. ὁ Μινώταυρος θηρίον τι διφυὲς ἐξ ἀνθρώπου καὶ βοὸς γεγονὸς, ὥς φασι, Πασιφάης καὶ Διός. Sed redeo ad illos, qui Iovem taurum loquuntur. Ex quibus Nonnus VII. 118. p. 208, 9. Πρῶτος ἄγει Κρονίωνα βοώπιδος εἰς λέχος Ἰοῦς· Δεύτερος Εὐρώπην μνηστεύεται ἅρπαγι ταύρῳ —· Τέτρατος εἰς Δανάην καλέει χρύσειον ἀκοίτην —· Αἰετὸν Αἰγίνῃ πρόμον αἰθέρος ἕκτος ὀπάζει —· Ὄγδοος ἔμφρονα κύκνον ἄγει γυμνόχροϊ Λήδῃ. VIII. 291. p. 240, 25. Εὐρώπης κερόεις πόσις. XVI. 51. p. 440, 23. ὑγροπόρος βοῦς — Εὐρώπης ἅτε νυμφίος et 90. p. 442, 29. XXIII. 308. p. 618, 27. et XLI. 239. p. 1066, 10. κερόεσσαν ἐμὴν ταυρώπιδα μορφήν. XXVII. 81. p. 704, 8. Διὸς ταυρώπιδες εὐναί. XXXI. 214. p. 796, 14. ταῦρος ἐν ὕδασιν ὑγρὸς ὁδίτης. XXXIII. 272. p. 836, 13. Νυμφίον Εὐρώπης ἐπεδέρκετο Ταῦρον Ὀλύμπου et XXXVIII. 392. p. 988, 22. Libanius Vol. IV. p. 1097, 22. τὸν Δία βοῦν ἐποίουν δι' ἔρωτα καὶ τὴν Εὐρώπην φέρειν ἐπὶ τῶν ὤμων ἠνάγκαζον· — κύκνος δὲ ἦν δι' ἐμοῦ. Athenagor. Legat. p. 198. Rech. τί ἡ Εὐρώπη καὶ ὁ ταῦρος καὶ ὁ κύκνος καὶ ἡ Λήδα πρὸς γῆν καὶ ἀέρα; Cato Dir. 129. „puella — tauro Iove digna vel auro". Philostratus Epist. XL. p. 931. ἐν ταῖς ἀδόλως καλαῖς (γυναιξὶν) οἷαι καὶ αἱ πρότεραι ἦσαν, ὧν χρυσὸς ἦρα καὶ βοῦς καὶ ὕδωρ καὶ ὄρνιθες καὶ δράκοντες et quos afferre longum est. Est enim ita haec fabula ab Hesiodi usque tempore (vid. Schol. Homer. Il. XII. 292. p. 347. b. 43.) decantata, ut nulla umquam. Quid igitur de Porphyrio dicam qui et Pasiphaae Iovem taurum se iactasse scribit et eius rei quippe perpaucorum, ut modo dicebam, scriptis notae testataeque auctorem nominat Pindarum in libro de Abstin. III. 16. p. 251. Πίνδαρος δὲ ἐν Προςοδίοις πάντας τοὺς θεοὺς ἐποίησεν ὁπότε ὑπὸ Τυφῶνος ἐδιώκοντο οὐκ ἀνθρώποις ὁμοιωθέντας, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις ζώοις· ἐρασθέντα δὲ Πασιφάης Δία γενέσθαι μὲν ταῦρον, νῦν δὲ ἀετὸν καὶ κύκνον, de quibus en haec commentatur Rhoerius: „Haec e mythographis etiam nemini ignota. Solum excitabo Theodor. in Serm. de Sacrif., quia nostrum saepe exprimit et haec etiam iungit καὶ τὸν μὲν πατέρα τῶν θεῶν ἀετῷ καὶ ταύρῳ καὶ κύκνῳ προςεικασμένον. Legendum autem videtur γενέσθαι νῦν μέν ut monebat Abreschius". Mira hercle fides. Ac ne pluribus morer in re confessa, quo suo iure praetermisisse videatur postrema verba Boeckhius fragm. Pindar. 61. p. 589., quem quidem vehementer miror nihil mali de voce ἄλλοις ζώοις suspicatum, quam in ἀλόγοις ζώοις convertendam ego edico suasoribus

mutationis usus et probatoribus Boissonadio et Iacobsio, quos laudavi II. 5. p. 157., quo igitur intelligas illa recte excerpi Pindari carminibus, percipe emendationis, qua feminei monstri Pasiphaae deformitatem ocius dispello, perspicuitatem: *ἐρασθέντα δὲ πᾶσι σαφὲς Δία γενέσθαι ταῦρον, νῦν δὲ ἀετὸν καὶ κύκνον.* In cuius similitudinem apposita sunt exempla Clementis Alexandrini Admonit. ad Gent. p. 30. B. *τὸν μὲν οὖν Ὀλυμπιάσι Δία καὶ τὴν Ἀθήνησιν Πολιάδα — κατασκευάσαι Φειδίαν παντί που σαφές* et Cyrilli contr. Iulian. II. p. 69. A. *ἆρ' οὖν οὐ γέλως, εἰπέ μοι, ταυτὶ καὶ τερθρεία, λοιπὸν ἀποφέρουσα τοῦ εἰκότος καὶ τῶν εἰς ἀλήθειαν ἐννοιῶν, εἶτα πῶς οὐκ ἂν γένοιτο παντί τῳ σαφές;* Quod vero de medio istud *μέν* sustuli, id equidem feci recordatione permotus Theophrasti Charact. IX. p. 14. *ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐλθὼν δανείζεσθαι κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον* et Silii I. 242. „armis consulta Senatus Vertere, nunc donis" atque Astii in Plat. Legg. V. 12. p. 267. sq. et Oudendorpii in Appulei. Met. IV. p. 267. Ruhnkeniique in Vellei. II. 110. p. 422. Verum in tanta eius emendationis perspicuitate, quippe quam modo iactabam, rem simpliciter dicam et libere nec dissimulem, quod e reconditioribus litteris petitum est, Iovem Pasiphaae amore captum in bove delituisse. Auctorem habeo Epiphanium Ancorat. 107. p. 108. C. *καὶ πρὸς Πασιφάην δὲ ταῦρος ἐγένετο ὡσαύτως καὶ πρὸς Εὐρώπην,* cuius loci haud ignarus Havercampius in Tertullian. Apolog. XXI. p. 200. a. conf. p. 199. a. „Danaen auro coniungit, plumae Ledam, cornibus Penelopen (Epiphan. l. d. p. 108. B. *Πηνελόπην μὲν γὰρ φθείρει, δι' ἣν ἦν τράγος γενόμενος.* conf. argum. Pindar. Pyth. p. 297. *Πανὸς τοῦ Διός.* conf. II. 3. p. 133.), Pasiphaen aut Europam". Io quoque Iovem taurum expertam supra docui Nonni testimonio XXXI. 223. p. 796, 23. *Μὴ δαμάλης ἐπὶ λέκτρον ἐϋκραίροιο χορεύει Μυκηθμὸν προχέων φιλοτήσιον.* Denique eiusdem Nonni inspicere sententiam, qui deum Semeles amatorem modo tauri modo serpentis, tum pardi vel leonis aut aquilae speciem sumpsisse commentus est (VIII. 322. p. 242, 23. *Σεμέλῃ δὲ δράκων ἢ ταῦρος ἱκάνεις —· Σεμέλη δὲ τύπῳ σκιοειδεῖ μορφῆς Ταύρου ψευδαλέοιο νόθον μυκηθμὸν ἀκούει* et 343. p. 244, 11. *Οὔπω ἴδον τεὸν εἶδος Ὀλύμπιον· ἀλλὰ δοκεύω Πάρδαλιν ἠὲ λέοντα, θεὸν δ' οὐκ εἶδον ἀκοίτην· Ὡς βροτὸν εἰςορόω σε θεὸν μέλλουσα λοχεύειν* et VII. 210. p. 214, 2. *Ζεὺς δὲ πατὴρ δολόεσσαν ἑὴν ἠλλάξατο μορφὴν Καὶ Σεμέλης δι' ἔρωτα προώριος αἰετὸς ἔπτη*) per omnes partes proclive foret, etiamsi ipse Nonnus VII. 369. sqq. p. 220, 12. eam non pluribus patefecisset illustrassetque *Πῇ μὲν ὑπὲρ λεχέων βοέην μυκώμενος ἠχὼ Ἀνδρομέοις μελέεσσιν ἔχων κεράεσσαν ὀπωπὴν, Ἰσοφυὲς μίμημα βοοκραίρου Διονύσου· Πῇ δὲ λεοντείην πυκινότριχα δύσατο μορφήν· Ἄλλοτε πάρδαλις ἦεν ἅτε θρασὺν υἷα φυτεύων Παρδάλεων ἐλατῆρα καὶ ἡνιοχῆα λεόντων· Ἄλλοτε μιτρωθεῖσαν ὑπὸ σπείρῃσι δρακόντων Νυμφίος ἀμπελόεντι κόμην ἐσφίγγετο δεσμῷ Οἴνοπα δινεύων ἑλικώδεα κισσὸν ἐθείρης Βάκχου πλεκτὸν ἄγαλμα· δράκων δέ τις ἀγκύλος ἕρπων Θαρσα-*

λέης λιχμᾶτο ῥοδόχροον αὐχένα νύμφης Χείλεσι μειλιχίοισι. Conf. Moser. p. 185. Sed de Europa et simulato tauro videamus iam porro locum Libanii, qui in Vol. IV. p. 959, 27. προγυμν. παραδειγμ. (sive Sever. διηγημ. in cod. Matrit. CXV. p. 462. col. I. et ap. Walz. Rhetor. I. p. 337. et Arsen. p. 307.) in bovis laudatione ita legitur: Καὶ τί λέγω Πασιφάην ἐπειδὴ τὴν Ἰὼ μεταβαλεῖν ἔδει βοῦν αὐτὴν ἐποίησε καὶ οὕτω συνῆν, ὡς οὐ καταβλάψων αὐτῷ τὴν τῆς ὁμιλίας ἡδονὴν ἐν τῷδε τῷ τύπῳ — καὶ ἑαυτὸν δὲ (p. 960.) ἐπεὶ ἐχρῆν ἕτερον εἶδος ὑποδύντα θηράσαι τὴν Εὐρώπην εἰς ταῦρον μετέστησε· καὶ εἶλε τὰ παιδικά· θαυμάσασα γὰρ ἡ κόρη τὴν ὥραν προςελθοῦσα ἐφιζάνει καὶ ἤγετο διὰ θαλάττης εἰς Κρήτην. De quo loco ambigi vix potest, utrum Reiskii praevaleat sententia, cui „post ἐποίησε deesse videtur Ζεύς", an quod ego propono: καὶ τί λέγω Πασιφάην; Ἐπεὶ Δία τὴν Ἰὼ μεταβαλεῖν ἔδει, βοῦν αὐτὴν ἐποίησε. Quippe Iovem enim, quem de sede expellere toties dii (θεός) non potuerunt teste F. C. Matthiaeo ad Mirabb. Auscult. CXX. p. 246., facile deiecit voculae δή exilitas et hic et apud Diodorum I. p. 27, 81. Σεμέλην — ὑφ' ὅτου δήποτε φθαρεῖσαν (ὑπὸ τοῦ Διός -ποτε lib. Claromontt. et Euseb.) conf. Henr. Stephan. in p. 33, 5. et apud Aelianum Hist. Anim. XII. 6. p. 267, 12. καὶ Ὀλυμπίῳ Διΐ ubi „editt. ante Gronov. καὶ Ὀλυμπιὰς δή. corr. Kuehn. in ind. Var. Hist. v. ταφαί" Iacobsio p. 407. sq. testante et apud Hesiodum eo loco, de quo dicit Schraderus Animadvv. ad Musaeum c. XVII. p. 297. conf. Hesych. p. 1378. v. ἐπιπόρπωμα, ubi pro ἐπειδὴ τῆς πόλεως Schoenius de pers. in Eurip. Bacch. hab. scen. IV. p. 43. rescripsit ἐπεὶ διὰ τῆς πόλεως. Deiecit etiam apud Lampridium vit. Heliogab. 7. p. 808. „Lapides, qui divi dicuntur, ex proprio templo Dianae Laodiceae ex adyto suo, in quo id Orestes posuerat, afferre voluit", ubi haec posuit Salmasius: „haud scio, quinam isti divi lapides, nec enim alibi de iis legi. Turbat porro nescio quid liber Palatinus nec hanc scripturam expressam habet; nam diviti ac viviti videtur prius habuisse. Interpolata enim illo loco vetus lectio. Puto dum nihil aliud succurrit interim scribendum: vivi lapides, βαιτύλοι". Succurrerunt vero mihi, ut puto, opportunissime simulacra deorum, quae coelitus demissa putabantur, quae διϊπετῆ dicuntur. Quod non magis dici vitiosum potest, quam ludi Pythia Quintilian. I. 5, 52. Contra qui Iovis nomen in Aelian. Hist. Anim. XVII. 46. omnino reverendum duxit esse Iacobsius, opinionis errore tanto ducitur, quanto haud scio an nemo. Qui locus ex eorum numero est, qui tetris tenebris et caligine obducti ac paene sepulti, lucem tamen ementiti radiatae stellae facem, si possint certam claritatem nancisci, praetendunt iactantque, de quo numero duo locos mihi iam videor de nitidissimo libro excerpsisse. Proditus est autem p. 394, 3. in hunc modum: Λέγει ὁ Μνασέας ἐν τῇ Εὐρώπῃ Διὸς ἱεραχλέος (ita Med. ἐρω. Monac.) ἱερὸν εἶναι καὶ τῆς τούτου γαμετῆς, ἣν ᾄδουσιν οἱ ποιηταὶ τῆς Ἥρας θυγατέρα·

οὐκοῦν ἐν τῷ τοῦ νεὼ περιβόλῳ τιθασσοὺς ὄρνιθας πολλοὺς τρέφεσθαί φησι καὶ τοῦτο δὲ εἶναι ἀλεκτρυόνας τε καὶ ἀλεκτορίδας τούςδε τοὺς ὄρνις — · αἱ μὲν οὖν ἀλεκτορίδες ἐν τῷ τῆς Ἥρας νέμονται νεῷ, οἱ δὲ ἐν Ἡρακλέους οἱ τῶνδε γαμέται. Brevi praecidam; nam interpretum diversitas morae plurimum, exiguam affert et porro minimam utilitatem. Hoc igitur existimo ab Aeliano perscriptum fuisse: Λέγει ὁ Μνασέας ἐν τῇ Εὐρώπῃ πεδίον Ἡρακλέους ἱερὸν εἶναι (vel Εὐρώπης πεδίῳ) καὶ τῆς τούτου γαμετῆς. Quod plenissimo comprobo testimonio Hesychii Vol. I. p. 1528. Εὐρωπία· ἡ Ἥβη. Is enim, quod egregiam nobis praebuit operam, hoc mercedis ipse tulit, ut pro adulterino ἡ Ἥρα suum reciperet ἡ Ἥβη, ut fallatur Albertius not. 18. „Εὐρωπία (Iuno) dici potuit, quia magni oculi olim pulchri habebantur, ut sit μεγαλόφθαλμος". Nimirum Iuno, ut erat usquequaque invidens, filiae, cui ipsa apud Nonnum II. 232. p. 54, 14. et, ut arguit Spanhemius in Callimach. h. in Cer. 122. p. 722., apud Hesychium p. 1524. εὐρυάνασσα· ἡ ἥβη librariorum iniquitate et iniuria concesserat, nomini famaeque offecit cum in hoc loco tum apertissime apud Aelian. l. d. ἐν τῷ τῆς Ἥβης νεῷ et Achillem Tatium II. 37. p. 55, 3. At de mutatione, qua πεδίον protuli, reminiscor exemplum Is. Vossii, cuius coniecturam in Scylac. Peripl. 23. ἐν τῇ Κεστρίᾳ (sic enim legendum est) χώρᾳ εἶναι λέγεται δὲ Διὸς ὄνομα Ἐρυθεία (scripsit ille λέγεται πεδίον) omnes veritatis numeros continere in alio, si deus dederit, opusculo confirmabo. Porro in Thracibus (a quibus Iunonem etiam cultam fuisse docuit Bernardus ap. Schneider. Cur. post. ad Nicandr. Ther. 50. p. 273.) et in Thracum parte ab Europa, de qua Hegesippus exposuit ap. Schol. Vatic. Rhes. 28. p. 473., nominata quod situm fuit Herculis coniugisque templum, memoriam usurpem — alios enim testificati sunt Salmasius in Vopisc. Aurelian. 17. p. 455. et Wesselingius in Hierocl. Synecd. p. 631. a. et Itin. Hierosol. p. 602. a. — Theodoreti Eccles. Hist. V. 34. p. 1075. οἱ τῆς Εὐρώπης ἐπίσκοποι et Procopii de aedif. IV. 9. p. 87. C. κατάρδυτος Εὐρώπῃ ταῖς κρήναις (a qua Εὐρωπίαν differre ait Is. Vossius in Pompon. Mel. II. 2. p. 131. conf. tum Scalig. in Euseb. p. 72. a. tum Wesseling. in Hierocl. Synecd. p. 713. b. et p. 638.). Ex quo quidem Hieroclis loco Πέλλη, Εὔρωπος, Δίον (edit. libr. et Constant. de Them. II. 1. p. 23. A. Δίος) Βέρροια aliquis Aeliano hanc scripturam haud dubio argumento coniectet: ἐν τῆς Εὐρωπίας Δίῳ, de quo Theophrast. de causs. plant. I. 13, 11. p. 362. περὶ Δίον τῆς Μακεδονίας. vid. Wesseling. in Anton. Itin. p. 328. a. et Diodor. XX. p. 486, 6. conf. Meurs. Cret. I. 9. p. 32. atque quos adhibuit Marxius in Ephor. p. 136. Illuc nunc praevertar. Europa provincia „urbibus nitet duabus, Apris et Perintho, quam Heracleam posteritas dixit" auctore Ammiano Marcellino XXVII. 4, 13. Neque Apris ab initio idem nomen constitit; Theodosiopolin enim prius dictam eam docet index urbium ap. Goarum in Codin. p. 405. Θεοδοσιούπολις νῦν Ἄπρως παρὰ τοῦ Ἄπρου πενθεροῦ Κάρου κτισθεῖσα (conf. Wesseling. in

Anton. Itin. p. 176. a.), cum quo video plane congruere indicem cod. Baluzian. ap. Bandur. Animadvv. in Constant. de Themat. p. 10. *Θεοδοσιούπολις ἡ νῦν Ἄπρως παρὰ τοῦ Ἄπρου πενθεροῦ Κάρου κτισθεῖσα* (*Ἄπρως ἡ νῦν Θεοδοσιούπολις* Bandur. ad Constant. de Them. p. 20.). Cuius indicis notitiam si habuisset Boissonadius Anecd. I. p. 427. *Ὀδυσσούπολις ἡ νῦν* —, non hercle contempta Wesselingii memoria in Hierocl. p. 636. „Theophanes *Ὀδυσσόπολιν* appellare consuevit ut p. 137. et Varnam illi vicinam ait p. 298." suspicatus esset deesse Barnam, sed reponendum rescivisset *Θεοδοσιούπολις ἡ νῦν Ἄπρως*. Idem quam prave ibidem scripserit „*Δάρας τὸ νῦν Ταυρές*. Estne Persicum nomen Tauris? Sed urbi Darae nullo modo convenire videtur", arguit et Baluzianus codex l. d. p. 10. *Δάρες τὸ νῦν Ταῦρες* alterque index Bandurii p. 11. *Δάρας τὸ νῦν Ταυρές* conf. Laurent. Lyd. de Magg. III. 47. p. 236. *Δάραν αὐτὴν οἱ ἐπιχώριοι, Ἀναστασίου δὲ πόλιν ἐξ αὐτοῦ προσαγορεύουσι καθ' ἡμᾶς* et Cangius in Chronic. Pasch. p. 608, 20. nott. p. 441. „postea a Saracenis *Ταυρές* appellatum invenio in cod. reg. MDCCII. [quem usurpatum credo etiam a Casaubono Lamprid. Heliog. 7. p. 809.] fol. 99. v. et in Excerptis Geographicis Vulcanii". Apros igitur dixit Ammianus et Constantinus de Cerimon. II. 53. p. 459. A. *ἐπαρχίας Εὐρώπης ὁ Ἄπρων* (*ἐπίσκοπος*) et Anton. Itin. p. 332. 333., Aprum alii, ut Theopompus ap. Stephan. p. 69, 20. Gregorius Corinthius (cod. Medic. alter.) in Hermog. p. 1112. not. 13. *Ῥαιδέστου καὶ Ἄπρου*; denique *Ἄπρως* est in Exposit. Nov. Andronic. in Antiqq. Cpolit. lib. VIII. p. 232. *ἡ Ἄπρως* et Constant. de Themat. II. 1. p. 21. E. Conf. Vales. in Ammian. l. d. p. 184. Surit. in Anton. Itin. p. 175. et Wesseling. p. 176. a. Quibus ad emendandum profecimus illud Hesychii p. 1528. *Εὐρῶπις· ἡ πατρίς*, quod Kusterus not. 19. „praecedentibus *Εὐρωπόν· σκοτεινὸν, πλατύ* iungit et legit *εὐρωπῆς πέτρας*, ut sit exemplum, quo Hesychius probare voluerit *Εὐρωπή* esse idem, quod *σκοτεινή*. Sumptum autem hoc videtur ex loco illo Eurip. Iph. T. 626. *χάσμα τ' εὐρωπὸν πέτρας*". Quin immo sic scribendum est: *Εὐρῶπις· ἡ Ἄπρος*. Nimirum visi sunt librarii sibi hic reperisse notam illam $\overline{\pi\rho}$, qua quae comprehendi solita fuerint vocabula, disseram subtiliter in libro quinto, qua de locis aliquot Philostrati, Didymi, Plutarchi, Firmici disceptabo.

(conf. v. 35.) cunas Ventilat ignavum simulati fulminis ignem". Qui „locus totius poematii vexatissimus et qui varie a variis tentatus sit (lacerans Toll., Florid., Wernsd.) quum vix certo sanari et constitui sine librorum auctoritate posse" visus sit Wernsdorfio Excurs. XXII. p. 361., coniectura tamen ego consequutus sum hoc scribendi genus: „ambustas late rapere anxia cunas" conf. Schwarz. in Mamertin. Genethl. Maximian. II. 4. p. 125. Qua coniectura fortasse censebor non magis aberrare, quam qua nuper verba auctoris carm. ad Pison. 44. „Laudibus ipsa tuis resonant fora dura. Piso, nam Iudicis affectum possessaque pectora ducis" in hunc habitum reformav: „Laudibus ipsa tuis resonant fora. Tu rapis omnem Iudicis affectum possessaque pectora ducis". Conf. Quintil. X. 1, 110. „Ipsa illa, quae extorquet, impetrare eum credas et cum transversum vi sua iudicem ferat, tamen ille non rapi videatur, sed sequi". Sed ad Statium, a quo incepimus, sermonem ut revocem, proferam, quae de codice membranaceo Monac. nr. 46. fol. 28. vers. exscripsi: Pacato taliter orbe in tranquillitate mortuus Vespasianus, de quo ibidem [Suetonii historias dicit] invenitur Laudatum imperium mors lenis Vespasiani. Sic mortuus filiis suis reliquit ibidem quorum alter in Iudaea, alter Romae regnavit. Eo tempore Stacius de Tholosa civitate Burgundiae oriundus (in cod. membranaceo Monac.) nr. 312. est „invenitur fuisse Colosensis", in quo libro praeter ea, quae ex vetere codice de vita Statii prodidit Lindenbrogius, reperi hoc: „Dictus est autem — Sursulus agnomine quasi sursum canens"), rethor obtimus, orator disertus flore eloquentiae totam repleverat Galliam habitusque erat pro magno in Gallia, pro maiori in Italia postquam Alpes transcenderat. Huius fama Domiciani aures attigit rogavitque eum ut sua gesta describeret. Ille autem videns eum nichil dignum relatu fecisse volebat saltim aliquid utilitatis reipublice conferre et hoc potissimum facere potuit, si ipsos r. p. rectores a fraterna discordia revocaret. Suspicio. g. discordiae de his duobus habebatur, quia iuvenes erant et adhuc cerei ideoque flexibiles et quia disparis etiam erant naturae. Alter enim lenis et alter crudelis erat. Titus bonus et lenis fuit, quod ex egregio dicto suo comprobatur. Nam diem quandam dixit se perdidisse, in qua nichil utilitatis alicui contulerat et ex versu Suetonii: At Titus orbis amor rapitur florentibus annis. Idem de Domiciano: Sera gravem perimunt, sed iusta pericula fratrem. Ideoque ex inconstantia mentis suspicabantur futuros discordes. Non erat autem aptior materia quam Thebana, per quam ostenso periculo fratrum quod consecuti sunt de discordia deterreantur alii".

Eodem, quo de Lactantio memini, loco quod ex cod. Matrit. protuli (p. 173.) nomen Bium vel Boeum, id ambigas utrum in Biantem, cuius Pausanias mentionem facit in Messenicis 34, 2. p. 292. Vol. II. *Βίας ἐκδίδωσιν ἐς θάλασσαν ποταμός* (conf. *Βόας* Procop. de bell. Gotth. IV. 2. p. 464, 8. sq.) transformes an in Biblum Stephano contestatum

p. 111, 6. *Νάξου ποταμὸς Βίβλος*. Quod quidem nomen ut obscurioris famae esse haud abnuo, ita excusare et probare posse videor primum Stephani Byzantii exemplo p. 251, 9. *Ἀλέξανδρος ὁ Ἀσκληπιάδου — ὃς περὶ παντοδαπῆς ὕλης τεσσαράκοντα δύο ἔγραψε λόγους*, quippe ubi *βίβλους* quam *λόγους* legendum esse percommoda memoria libri Rehd. *ὕλης κδ ἔγραψε βίος* luculenter arguit, deinde Scholiastae loco Iliad. IX. 90. p. 244. a, 40. *ὅλου βίου ἐδέησε Δωροθέῳ — εἰς ἐξήγησιν τοῦ παρ' Ὁμήρου κλισίου* a Coraio in Hippocrat. *περὶ ἀερ.* p. 305. sic emendato: *ὅλου βιβλίου*, denique Scholiastae Hesiod. Theogon. 126. p. 480, 16. *Ἀριστοφάνης ἐν τῷ βιβλίῳ*. cod. B. *τῷ βίῳ*. et Plutarchi Pericl. XIII. p. 400. *τῶν πράξεων καὶ βίων*. lib. Bodl. 3. *βιβλίων*. Proxime accedit ad horum locorum similitudinem insigne exemplum Apollonii Hist. Mirab. c. XLIII. p. 89. Teuch. *παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν λεγόμενον Πίναρον — αἱ ῥοαὶ ἀπύρηνοι γίγνονται· δι' ὅλου δὲ βίου κόκκοι τὸ οἴνιζον ἔχουσιν*, de quo haec Bastius Epist. Crit. p. 78. sq. profitetur: „vox *βίου* a Xylandro introducta non apta mihi videtur. Meursius articulum adiecit. Codex habet *δι' ὅλου δὲ ϋου*, quod explicare nescio. Sensus non premitur, si scribimus *διόλου δὲ κόκκοι τ. οἰ. ἐχ.*" Nec quid esset illud *ϋου* excussit Schneiderus in Theophrast. T. III. p. 103. et T. V. p. 496. At enim ludus est eius vim notae perdiscere. Nisi forte interioribus quibusdam tinctus litteris censebor, si pronunciationis ambiguitate *υ* et *β* narravero saepissime confusa aut formam litterae *β* talem fuisse, pertenui ut discrimine ab *υ* disiuncta esset. Testes in illud sunt Wernsdorfius in Himer. Eclog. XXXVI. 4. p. 310. Boissonadius in Philostrat. Heroic. p. 481. et Planud. Metam. v. 57. Walzius Epist. Crit. p. 21. sq., in hoc ipse Bastius Append. Epist. p. 15., a quo enotatum est *ἀκριωῶς* ibid. p. 13. et *συμυίυ* (α) id est *συμβίβασιν* p. 21., et Bachmannus in Lycophr. 395. p. 96. Itaque *ϋος* illud planissime fatetur vocabuli *δεύτερος* comprehensionem; nam *δεύτερος*, Gaisfordius inquit ad Schol. Hesiod. p. 481., in Mss. saepenumero tali compendio reperitur delineatum *β̃ος*, quod cum voce *βίος* ab imperitis vel festinantibus librariis aliquando confusum esse nemo harum rerum sciens mirari potest". Quam vero hoc *δευτέρου* vel *δευτερίου* interpreter in partem, patefaciam commemoratione Pollucis VI. 2. segm. 17. ap. Soping. in Hesych. I. p. 922. sq. not. 27. *ὁ δὲ φαῦλος οἶνος Δευτερίας — καὶ Τρυγηφάνιος ἐκαλεῖτο* conf. Albert. p. 923. not. 1. et Antiatticist. p. 89, 28. *Δευτέριον* (*δευτερίαν* Lud. Dindorf. in Stephan. Thes. p. 1021. B.) *οἶνον: Νικοφῶν Χειρογάστορι*. Et verissime me Theophrasti sententiam definire his: „punici mali grana omnino (*δι' ὅλου* Pausan. III. 17. 6. p. 87. Vol. II. IX. 12, 3. p. 43. Vol. IV.) lorae saporem referunt" firmo Philostrati testimonio Epist. X. p. 918. *τὰς ἀπυρήνους ῥοὰς Ἐρυθραὶ κηπεύουσιν οἰνοχοούσας νᾶμα πότιμον ὥςπερ τῶν βοτρύων οἱ εὖ πράττοντες*, quod perspicuum facit Dioscorides V. 13. a Lindano in Hesych. l. d. p. 923. allatus „*ὁ δὲ*

καλούμενος Δευτερίας, ὃν ἔνιοι Πότιμον καλοῦσι". Pergo, quoniam inceptum feliciter eventurum esse scio, ad Scholiastam Aristid. ὑπὲρ τῶν τεττ. p. 515, 17. Κίμων Μιλτιάδου γέγονε παῖς· — παρὰ τρεῖς μὲν ἐψηφίσαντο ψήφους τὸ μὴ θανάτῳ ζημιῶσαι· πεντήκοντα δὲ τάλαντα ἐπράξαντο. Λίδυμος δέ φησιν οὐχ ὅτι ἐλακώνιζεν, ἀλλ' ὅτι Ἐλπινίκῃ τῇ ἀδελφῇ συνῆν —. Καλλίας δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ κατέβαλλεν ὑπὲρ αὐτοῦ τὰ πεντήκοντα τάλαντα)· κατέβαλε δὲ ἐπὶ τῷ πρὸς γάμον λαβεῖν τὴν Ἐλπινίκην. Quae Sintenisius in Plutarch. Pericl. 24. p. 177. mutanda esse suspicatur vel in Καλλίας δὲ ὁ Ἱππονίκου vel in Καλλίας δὲ ὁ πλούσιος. Scilicet hoc nobis mali deest, ut emendata verba suspectemus, attentemus, corrumpamus. Mihi crede; iste Callias, qui ultro (αὐτὸς κατέβαλλεν; nam „per omnes huius pronominis formas percurrit confusio nata, opinor, ex scriptione αὐ^τ, unde scribarum licentiae locus datus" Walz. in Theon. Progymn. 12. p. 250.), sed Callias iste, qui ultro litem Cimonis aestimatam solvit, fuit Καλλίας ὁ δεύτερος divitiis circumfluens a patre avoque acceptis, id quod probat Palmerius Exercitt. p. 754. Boeckhius Oecon. Reip. Athen. II. p. 15. Quid, quod eandem scripturae discrepantiam in Libanii Epist. MCXLVII. p. 549. enotata e Mediceo libro a Wolfio est. „Pro δεύτερος, is inquit, Medic. υἱός. Suspicor in codice per compendium scriptum fuisse βος, ubi β in Mss. affine est τῷ υ atque hinc natum est illud υἱός, quod aliquoties in apographo Salviniano fieri memini". Sed quod de Scholiastae Aristidis verbis tum verum pervidi, quum Sintenisii commentarios percurrerem, eorum amplitudini sic inserviam, ut ipse certo pronunciem iudicio de Plutarchi loco, qui nunc ipsum libellum evolventi occurrerat (Sinten. p. 85.), cap. VI. p. 386. οἱ δὲ τῆς αἰτίας τὴν εὕρεσιν ἀναίρεσιν εἶναι λέγοντες τοῦ σημείου οὐκ ἐπινοοῦσιν ἅμα τοῖς θείοις καὶ τὰ τεχνητὰ τῶν συμβόλων ἀθετοῦντες ψόφους τε δίσκων καὶ φῶτα πυρσῶν καὶ γνωμόνων ἀποσκιασμούς. Qualis enim fuerit ille disci sonitus, interpres rescivit nemo, planissime docet Plutarcho genere proximus Sextus Empiricus adv. Astrol. 27. p. 342. νύκτωρ μὲν γὰρ ὁ Χαλδαῖος ἐφ' ὑψηλῆς τινὸς ἀκρωρείας ἐκαθέζετο ἀστεροσκοπῶν· ἕτερος δὲ παρήδρευε τῇ ὠδινούσῃ μέχρις ἀποτέξαιτο· ἀποτεκούσης δὲ εὐθὺς δίσκῳ διεσήμαινε τῷ ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας· ὁ δὲ ἀκούσας καὶ αὐτὸς παρεσημειοῦτο τὸ ἀνίσχον ζώδιον ὡς ὡροσκοποῦν et 68. p. 348. atque 69. p. 349. τὸν γὰρ τοῦ δίσκου ψόφον ἐν πλείονι χρόνῳ καὶ ἐν συχνῷ πρὸς αἴσθησιν δυνάμενον μερίζεσθαι, κινεῖσθαι συμβέβηκεν ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν et 70. p. 349. χρόνος, ἐν ᾧ γίνεται ὁ ἦχος.

COROLLARIUM XX.

[II. 6. p. 215.] Thebanam vel Boeotiam lyram Pindarum appellarunt cum alii tum Themistius Or. VII. p. 101, 15. *πρέπει γὰρ οἶμαι κατὰ τὴν Θηβαίαν λύραν τοῦ λόγου θέσθαι πρόσωπον τηλαυγές* et Agathias Histor. III. p. 52. A. *ἔργον πάσης ἀσχολίας ὑπέρτερον, εἴποι ἂν ἡ λύρα ἡ Βοιωτία* et Eustathius in Dionys. Perieg. p. 72, 34. *οὐκ εἰς τὸ πᾶν ἑρμηνέων χατίζων, εἴποι ἂν ἡ Θηβαία λύρα* ac Tzetza Chil. VII. 19. supra posit. in Corollar. V. p. 362. *ἡ Θηβαΐς κινύρα.* Conf. Himer. Or. XIII. 7. p. 596. *τὸν βακχειώτην, οὕτω γὰρ αὐτὸν ἡ λύρα καλεῖ τὸν Διόνυσον λέγουσα*, quod Boeckhius Pindar. fr. 122. p. 630. minus recte interpretatur „lyra Sapphonis". Atque huius, puto, usus recordatione Iacobsius, quum Cassium Dionem historiarum scriptorem ab Theodosio Acroas. III. de Expugn. Cret. 227. p. 294. hac laude praedicatum inveniret: *Δίωνα τὸν τέττιγα, τὴν σοφὴν λύραν*, in eam adductus est cogitationem, ut ante istum versum existimaret unum aut alterum excidisse. Quam quidem sententiam arbitror praecipitatam raptim, quoniam proclive cognitu est coeptam esse eo vocabulo designari maiorem quandam dicendi vim et suavitatem. Namque Theodoretus de Provid. Or. III. p. 515. *ἡ τέχνη τὴν μίμησιν ἐρανισαμένη καὶ αὐλοὺς ἐτεκτήνατο καὶ λύρας καὶ κιθάρας συνέθηκε· ἀντὶ μὲν τῶν ὀδόντων διέτεινε τὰς χορδάς, ἀντὶ δὲ τῶν χειλέων ἐνέθηκε τὸν χαλκόν· γλῶττα δὲ ταῖς χορδαῖς γίνεται· τὸ πλῆκτρον· ἡ δὲ διὰ τῆς χειρὸς ἐπὶ τὴν ὀξεῖαν καὶ βαρεῖαν διάβασις μιμεῖται τὸν λόγον ἄνω καὶ κάτω διατρέχειν τὴν γλῶτταν παρασκευάζοντα.* Itaque os Ioannis Chrysostomi idem his celebrat T. V. p. 99. *ὦ παναρμονίας λύρας, τελευτῇ λελυμένης· ὦ δικαστηρίων τηλικοῦτον ῥυθμιστὴν ἐζημιωμένων* et p. 101. *χρῆσον ἡμῖν, ὦ πάτερ, τὴν λύραν τὴν σὴν, τὸ σὸν εἰς τὴν σὴν εὐφημίαν δάνεισον πλῆκτρον. εἰ γὰρ καὶ χεῖρες ἐλύθησαν τῷ νόμῳ τῆς φύσεως, ἀλλ' ἡ λύρα διὰ πάσης τῆς οἰκουμένης ἠχεῖ τῷ δώρῳ τῆς χάριτος· ἐκείνης ἡμῖν τῆς ἀθανάτου γλώττης μεταδός* et p. 102. *ἔτι παρ' ἡμῖν τὰ σπέρματα τῆς σῆς γλώττης ἀνθεῖ κἂν Ἰωάννην τις ὀνομάσῃ, πολὺς ὁ ἦχος ἐκκρούεται· ἡ γὰρ ἐκκλησιαστικὴ λύρα τὸ ἀρχαῖον πλῆκτρον ἐπιγινώσκει.* Accedit Himerius Or. XII. 1. p. 580. *τὴν ὥραν τῶν λόγων λόγῳ κοσμήσωμεν, ἵνα καθάπερ ὑπό τινι λύρᾳ τῶν Μουσῶν μέλει τὰς Ἑρμοῦ θύρας ἀνοίξωμεν* et X. 6. p. 568. *πλήττωμεν καὶ αὐτοὶ τὴν ἐν τῇ ψυχῇ λύραν, ἵνα μεγάλα κατὰ τοὺς λόγους ἠχήσαντες τῇ μητροπόλει τὴν ἀποικίαν συνάψωμεν.* Wernsdorf. in Or. XXII. 1. p. 752. conf. in Eclog. X. 5. p. 179. XII. 5. p. 199. et Georgius Pisida Bell. Avar. 101. p. 51. *Ποίαν δὲ γλώσσης οὐκ ἐκίνησε λύραν Ἐκ τῆς ἑαυτοῦ μουσικῆς ἡρμοσμένην* et de Exp. Pers. Acroas. II. 165. p. 20. *Ἠθῶν*

166. p. 20. διαφορὰς καὶ φρενῶν διαστάσεις Τοῦ σοῦ λόγου κρούοντος εὐρύθμῳ τόνῳ, Οὐχ ὥςπερ ἄλλος μυθικὸς τὰ θηρία Πρὸς αὐτὸν εἷλκες, ἀλλὰ πρὸς γνώμην μίαν Γλωσσῶν τοσούτων συγχύσεις μεθήρμοσας; denique quod attigit Dresemius in Ioseph. Iscan. IV. 295. p. 95. „Plutarchus est Eunapio ἁπάσης φιλοσοφίας ἀφροδίτη καὶ λύρα. David Chrysostomo λύρα ἔμψυχος καὶ λογική". Quod contra factum est ab Mythographo III. tract. 8, 20. p. 212, 2., qui non fidicinem, sed oratorem optimum Amphionem scripserit: „Sic Amphion, Thebarum conditor, et ipse oratoria facultate eximius cantu lapides, ut sponte coëuntes murum conficerent, fingitur illexisse, quod stupidis antea hominibus et iuris ignaris dispersimque degentibus ut convenirent, civiliter conviverent et ad publicam tuitionem moenia construerent, melliflua oratione persuaserit". Quae memoriam mihi afferunt Varronis fragm. p. 296.: „iubeas Amphionis partes agere infantiorem, quam meus est mulio".

COROLLARIUM XXI.

[II. 6. p. 224.] „Quum millies iota adscriptum in ν abierit, longe rarior est contrarius error, quo ν in iota nunc subscriptum transiit" Schaefer. Melett. Crit. p. 109. sq. In eum modum autem apud Menandrum, ut praeteream locos enotatos a Boissonadio ad Planud. Met. p. 91., apud Menandrum igitur περὶ ἐπιδεικτ. p. 309, 17. πρὸς δὲ τοὺς Φαίακας καὶ Ἀλκινόῳ ἡνίκα συνετάττετό φησιν αὐτὸν εἰρηκέναι ἐν τῇ ῥαψῳδίᾳ ταῦτα redintegrandum censeo ἐν τῇ ν ῥαψωδίᾳ et apud Pausaniam V. 18, 2. p. 390. ἀπαντᾶν δὲ σφᾶς γένους τε μνήμην τοῦ ἐξαρχῆς καὶ εὔνοιαν ἐνδεικνυμένους ἐς ἀλλήλους conf. Wesseling. in Herodot. III. 128. p. 129. et in Diodor. XV. p. 70, 14. In Clem. Homil. V. 17. p. 673. D. ἐτίμησε — Περσέα διὰ Δανάην καὶ Ἄρκα (Ἀρκάδα Cotel.) διὰ Καλλιστώ· παρθένον τῇ καὶ Δίκην („leg. παρθένον τε" Cotel.) διὰ Θέμιν legendum est Ἀρκάδα διὰ Καλλιστώ· Παρθένον τὴν καὶ Δίκην διὰ Θέμιν. vid. Muncker. in Hygin. Poet. Astr. II. 25. p. 401. Alterius vitii, cuius crebritatem ingenti exemplorum copia demonstravit idem Boissonadius in Marin. vit. Procl. p. 75. et Eunap. p. 527. et Anecd. I. p. 392. sq. et IV. p. 428., correctionem recordabere supra exhibitam a nobis esse in Theophrasti verbis Corollar. XI. p. 391. Item Nonno XLI. 243. p. 1066, 14. ἀστερόεν δὲ μέλος ζηλημονι δαίμων Νυμφίος Εὐρώπης μυκήσατο ταῦρος Ὀλύμπου consentaneum est reddi ζηλήμονι λαιμῷ et Prisco p. 153, 9.

ταύτην (τὴν εἰρήνην) διατηρῆσαι ἔφασαν, ἐφ' ὅσον ὁ Μαξιμῖνος τὴν Θηβαίων ἐγκαταμένοι χώραν eam formam, quam libri tenent p. 184, 15. ἐγκαταμείναντες δὲ ταῖς καλύβαις ἅμα ἡμέρᾳ ἐς τὴν τῶν σκευῶν ἐτράπημεν ἀναζήτησιν. Quid porro non fatear atque etiam profitear et prae me feram hoc mihi in votis esse, ut Anthiae et Habrocomae bonum et tamquam festum (Claudian. Rapt. Proserp. II. praef. 13. Salmas. in Vopisc. Aurel. 1. p. 415.) tempus contingat maneatque per totam vitam, quo sui amoris gaudiis perfruantur cumulatissime? Quo quidem animo Xenophontis Ephesii X. p. 17, 2. orationem sic conformo et leviter emendo: ἐφιλονείκουν δὲ δι' ὅλης νυκτὸς πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμούμενοι τίς φανεῖται μᾶλλον ἐρῶν. Ἐπειδὴ δὲ ἡμέρα ἐγένετο ἀνίστανται πολὺ μὲν ἡδίονες, πολὺ δὲ ἐνθυμότεροι ἀπολαύσαντες ἀλλήλων, ὧν ἐπεθύμησαν, χρόνῳ καλῷ (ὧν ἐπεθύμησαν χρόνον, καλῶν Hemsterh. p. 160.). Ἑορτὴ δὲ ἦν ἅπας ὁ βίος αὐτοῖς καὶ μεστὰ εὐωχίας πάντα. Nisi tamen praestabilior videbitur haec scribendi ratio esse: ἀπολαύσαντες ἀλλήλων, ὧν ἐπεθύμησαν. Χρόνων καλῶν ἑορτὴ δὲ ἦν ἅπας ὁ βίος. Hoc ipsum enim ordine hoc consignatum: ὧν ἐπεθύμησαν χρόνων καλῶν. Ἑορτὴ δέ κ. τ. λ. id est, quo emendato opus esse docti homines censuerant. Non difficilis veritatis fuit coniectura de Artemidori loco I. 73. p. 102. ῥοαὶ δὲ τραυμάτων εἰσὶ σημαντικαὶ διὰ τὸ χρῶμα καὶ βασάνων διὰ τὰς ἀκάνθας καὶ δουλείας καὶ ὑποταγῆς διὰ τὸν ἐν Ἐλευσῖνι λόγον. — Συκάμινα δὲ τὰ αὐτὰ ταῖς ῥοαῖς σημαίνει: ὁ δὲ κάρπος. Ἐπεὶ τὸ δένδρον τὴν γενεὰν τοῦ ἰδόντος σημαίνει. Ὅθεν εὐθαλὲς μὲν ὂν ἀγαθόν τι ἐσόμενον προαγορεύει, πρόῤῥιζον δὲ ἀνατρεπόμενον τὴν γενεὰν τοῦ ἰδόντος διαφθείρει. De quibus Reiffius p. 282. hanc sententiam explicavit „Cornarius vertit: de fructu sane loquor. Ex hoc Reiskius concludit illum pro ὁ δέ legisse ὅ γε et in hoc eum laudat. Sed particula δέ bene habet ac significat ut saepe apud Graecos: λέγω, inquam. Ergo melius vertendum: fructus, inquam". Quo nihil poterat proferri perversius aut absurdius. Vel quod in locis omnibus, qui ubique sunt, συκάμινα fructum significare constat, συκάμινον arborem. Itaque ego verborum integritati et perspicuitati sententiae satisfaciam hac emendatione: συκάμινα δὲ τὰ αὐτὰ ταῖς ῥοαῖς σημαίνει. Ὁ δὲ καρπὸς ἐπὶ τῷ δένδρῳ τὴν γενεὰν τοῦ ἰδόντος σημαίνει. conf. II. 9. p. 145. ὥσπερ δὲ τῶν δένδρων τέκνα εἰσὶν οἱ βλαστοὶ, οὕτω καὶ τῶν ἀνδρῶν τέκνα εἰσὶν οἱ βλαστοί. In quo loco quam feci alteram mutationem, ea excusatissima est multorum librorum exemplis et probatissima, veluti eorum, quos tractarunt Boissonadius in Planud. Met. p. 94. 170. 265. et Siebelisius Pausan. Vol. V. p. 225. et Libanii Epist. DCXIII. p. 295. (ἔπειτα. Reg. ἐπὶ τά) et DLXXXV. teste Wolfio Addend. p. 862. et Ioannis Siceliotae p. 452, 10. ἔπειτ'. Vindob. ἐπί τ'. Quibus exemplis videor, quoniam omnium frequentissimam esse confusionem vocularum ἐπί et ἔτι multi confirmarunt (uti D'Orvillius in Charit. p. 457. 629. sq. Elmsleius in Eurip. Med. 349. 1081. Iacobsius in Philostr. p. 552. 668. Bois-

sonadius in Anecd. V. p. 437. et Marin. vit. Procl. p. 94. Eldikius Suspic. p. 38. Walzius Epist. Crit. init. Heylerus in Iulian. Epist. X. p. 210. „ante Spanhemium vulgabatur ἐπεί pro ἔτι, quod in ἐπί depravatum est in Socrate") his profecisse videor ad restituendum Eunapii locum vit. Aedes. p. 27. ὁ μὲν θεὸς ἐφίστατο πρὸς τὴν εὐχὴν καὶ ἔχρησεν ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ τάδε· ὁ δὲ ἀνακαλύψας ἔτι τὰ βλέφαρα καὶ περίφοβος ὢν ἔτι (similia narrantur Orph. Argon. 785. Iacobs. in Achill. Tat. I. 3. p. 415.) τὸν μὲν νοῦν ἐμέμνητο τῶν εἰρημένων, τὸ δὲ ὑπερφυὲς καὶ οὐρανόμηκες τῶν ἐπῶν (hoc reddendum Nonno est XII. 107. p. 332, 24. pro ἐτέων et eidem ibid. v. 88(5). ἐπὶ μορφήν) περιέφευγεν αὐτὸν καὶ διωλίσθαινε. Quod enim proposuit Wyttenbachius p. 89. „hoc loco prius ἔτι aut sic (ut fiat ἄρτι) mutandum aut adeo omittendum" haud omnino improbatum Boissonadio p. 222. „ἄρτι ingeniosum, sed non valde necessarium. Leon. Tar. ep. 41. τὰν ἐκφυγοῦσαν ματρὸς ἐκ κόλπων ἔτι, ubi pariter ἔτι aoristo iungitur", quum per se diluendum sit, obscuretur aut obruatur claritate vocis ἔπειτα: ὁ δὲ ἀνακαλύψας ἔπειτα τὰ βλέφαρα. Quae sententia eo confirmatior est, quod ἔπειτα multifariam scriptum extat ἔπει, uti apud Ioannem Siceliotam p. 248, 31. ἔπειτα προχωροῦντα. Paris. ἔπει προχ. (conf. Amphiloch. Or. IV. 9. p. 483. D. εἶτα δὲ ἄνθρωπος θεὸν πωλεῖ. Montf. εἰ δέ) et Pausaniam VIII. 22, 2. p. 347. γημαμένην δὲ ἔτι τῷ Διΐ, quae qui sic refecit: γημαμένην δ' ἔπειτα τῷ Διΐ, Coraius debuerat omnium puncta tulisse, et apud Antoninum Liberalem XI. p. 55. ἐπεὶ δὲ λόγον ἀχρεῖον ἀπέρριψαν et XXVIII. p. 124. ἐπεὶ δὲ Τυφῶνα Ζεὺς βάλλει κεραυνῷ et XXXI. p. 133. ἐπεὶ δὲ τὸν στρατὸν ἅμα καὶ τὴν γῆν ἐμέρισαν τριχῇ; nam repudiata Bastii Epist. Crit. p. 124. sententia „pro ἔπειτα sumendum est. Viger. p. 401." auctoritatem sequor Hermanni in Viger. p. 784. sq. et Schneidewinii in Eustath. prooem. in Pindar. 21. p. 13. καὶ τὸ ἔπει δὲ ἀντὶ τοῦ ἔπειτα· ἡ ἀποκοπὴ καινὸν παρ' αὐτῷ ποιεῖ, qui locus fugit L. Dindorfium in H. Steph. Thes. p. 1455. B. „In iis, quae supersunt, frustra quaeras: opinor etiam in iis, quae interciderunt. Quamquam etiam Hesychius v. ἔπει inter alias glossas annotavit hanc: ἢ ἐπείτι. Scr. ἔπειτα" [ἐπείτε vel ἐπείτοι Albert.]. Idemque planissime declarat Leunclavius in Xenoph. Cyrop. I. 3, 14. ap. Schaefer. Melett. Crit. p. 72. „Non dubium est rectius Philelphum pro ἐπεὶ τάτε νῦν legisse ἔπειτα τάτε νῦν. Nam id vocabulum saepius ita mutilatum deinceps etiam occurret. Et memini saepe manu exaratis in libris tales occurrere mutilationes, ubi praesertim ultima praecedentis dictionis syllaba et prima sequentis erant consimiles, ut hic vides". Sed pergam ad corrigendum statum, qualiscunque est, loci Charitonis VI. 3. p. 135, 11., quem sic reconcinnavit Iacobsius in Achill. Tat. p. 499, ἀποσιωπήσαντος δὲ εὐθὺς Ἀρταξάτης ἠπίστατο, πόθεν ἐτρώθη· οὐδὲ γὰρ προ[τοῦ ἀπρόςεκτο]ς ἦν, ἀλλὰ ᾐσθάνετο μὲν τυφομένου τοῦ πυρός. Ἔσίγα μήν. Οὐδὲ [πρᾶγμα] ἀμφίβολον ἦν οὐδὲ ἄδηλον ὅτι Καλλιρόης παρούσης οὐκ ἂν ἄλλης

τινὸς ἠράσθη· προςεποιεῖτο ὅμως ἀγνοεῖν. Arbitror enim, quod libro Florent. proditum est *πυρὸς ἔτι γε μήν*, id melius fieri hac ratione: *ἐπεί γε μήν*. conf. Boissonad. in Tiber. p. 575.

COROLLARIUM XXII.

[II. 7. p. 230.] Aliter apud me est de hoc Callimachi loco, quam apud Ernestium. „Multa, inquit p. 161., hic de singulis verbis et rebus universe disputat Spanhemius; non autem docet, quo pertineant hic dicta. Oportet intelligi fabulam de quercu in Helicone excisa eo tempore, quam nondum indagare potui". Videtur igitur non de nihilo in declaranda Nympharum natura Callimachus commoratus esse pluribus verbis, verum credo aliquid eum sequutum, notationem Apollonii Rhodii maxime, a quo in Argonauticorum libro II. 479. positum erat hocce: *ὃ γὰρ οἷος ἐν οὔρεσι δένδρεα τέμνων Δή ποθ' Ἁμαδρυάδος Νύμφης ἀθέριξε λιτάων, Ἣ μιν ὀδυρομένη ἀδινῷ μειλίσσετο μύθῳ, Μὴ ταμέειν πρέμνον δρυὸς ἥλικος, ᾗ ἐπι πουλὺν Αἰῶνα τρίβεσκε διηνεκές· αὐτὰρ ὁ τήνγε Ἀφραδέως ἔτμηξεν ἀγηνορίῃ νεότητος. Τῷ δ' ἄρα νηκερδῆ Νύμφη πόρεν οἶτον ὀπίσσω Αὐτῷ καὶ τεκέεσιν.* Namque evidens est Apollonium spreta eorum opinione, quibus Hamadryades viderentur et vivere cum arboribus pariter et cum illis simul extingui (Schol. Apollon. Rhod. p. 163. sq.) aut inde progigni (*Τιθορέας Νύμφης, οἷαι τῷ ἀρχαίῳ λόγῳ τῷ ποιητῶν ἐφύονιο ἀπό τε ἄλλων δένδρων καὶ μάλιστα ἀπὸ τῶν δρυῶν* Pausan. X. 32, 6. p. 317.), sic existimasse: fuisse arbores e terra submissas quasi quoddam natarum documentum Nympharum. hymn. Hom. in Vener. 265. *Τῇσι δ' ἅμ' ἢ ἐλάται ἠὲ δρύες ὑψικάρηνοι Γεινομένῃσιν ἔφυσαν ἐπὶ χθονὶ βωτιανείρῃ.* Id ipsum autem, uti mea fert coniectura, tradiderat in priscis litteris inventum Callimachus praeiveratque Apollonio verbis etiam (conf. Salvagn. in Ovid. Ibin Proleg. c. III. p. 10.), quid iudicaret. Quamobrem sibi faciendum hoc loco putavit, ut decus aptissime positae vocis ad se vindicaret atque de ea re sic disputaret quid sentiret, ut Musas, quas suas esse iactat (*ἐμαὶ θεαί, εἴπατε, Μοῦσαι*), vel carmina sua testificatus exponeret Nymphas seorsum ab aequaevis arboribus fere aetatem egisse quumque non intra eas se tenerent, diligentissime tamen, quae ad illarum pertinerent conditionem, curavisse omnia earumque vicem et laetatas esse et doluisse, prout frondes aut laete augescerent pluviae foecunditate aut arescerent siccitate tempestatumve iniquitate. Hoc ab Callimacho, quemadmodum consuevit, sumpsit Nonnus XXII. 101. p. 582, 11.

Εἰμὶ δὲ καλλιπέτηλος Ἁμαδρυάς· — σοὶ ὁμοφρονέω Διονύσῳ· Σοὶ γὰρ ὀφειλομένην ὀπάσω χάριν, ὅττι ῥεέθρῳ Ὑγροτόκους ὠδῖνας ἔτι δρύας αἰὲν ἀέξει Ὀμβρηῇ ῥαθάμιγγι πατὴρ μέγας ὑέτιος Ζεύς. id. XIV. 218. p. 398, 13. *Συμφυέες Μελίαι δρυὸς ἥλικες.* XVI. 250. p. 452, 19. *καὶ δρυὸς ἔντος ἵκανεν ὁμήλικος*, quemadmodum Chiron est *ὁμήλικι σύμπλοκος ἵππῳ* XLVIII. 42. p. 1250, 1. et Cydnus fluvius II. 642. p. 78, 29. *προχέων ναέτην ῥόον ἥλικι ταρσῷ*, ubi scribendum est *Τάρσῳ*, XXII. 117. p. 582, 27. *Ἁμαδρυὰς — ἥλικος αἴσσουσα κατὰ δρυμοῦ.* XLVIII. 652. p. 1286, 6. *ἐδόνησεν Ἁμαδρυὰς ἥλικα πεύκην.* I. 92. p. 46, 12. et XLIV. 145. p. 1146, 21. *ἥλικας Ἀδρυάδας. Αὐτόχθων Μελίη* autem est *χθονὶ ἥλιξ* sive *ἀρχαίη* vid. II. 7. p. 229. Quod reliquum est, Heliconis mentionem videtur Callimachus iccirco iniecisse, quod is Cithaeronis frater fuisse diceretur vid. Hermesianax ap. auctor. de fluviis II. 3. p. 435. In memoriam minus notam et vulgarem incurro. Nam quae Ilgenius in hymn. in Vener. 259. p. 496. docuit: „*αἵ ῥ' οὔτε θνητοῖς οὔτ' ἀθανάτοισιν ἕπονται* — felicissime reddidit Wolfius *θνητῇς* h. e. neque mortalibus neque deabus se comites praebent. Est descriptio nympharum silvestrium vel Dryadum et Hamadryadum; hae enim hac etiam re a reliquis nympharum generibus, ab Oreadibus et Naiadibus differunt, quod nulli deae sunt comites", ea quanto in errore versentur, perspicuum faciunt primum loci, quos collegerunt Wyttenbachius in Plutarch. de Ser. Num. Vind. p. 27. et Boissonadius Anecd. V. p. 143., ex quibus patet illum versum hoc sibi velle: illarum naturam nympharum tantum a diis distare, quantum ab hominibus; deinde Ovidii, qui Hamadryades Dianae comites adscribit, testimonium positum in Fast. II. 155. „Inter Hamadryades iaculatricemque Dianam Callisto sacri pars fuit una chori". Ergo, ut dixi, non circumscripta arborum suarum terminis vita Nympharum fuit sive Dryades appellas sive Hamadryades seu etiam Adryades. Hoc enim nomen ab *ἄδρυα* (Boeckh. fragm. Pind. 126. p. 632.) ductum non ab Nonno solum usurpatum est, veluti in libr. XXII. 91. p. 582, 1. 14. p. 576, 23. XXIV. 26. p. 622, 2., verum etiam, id quod ante Struvium ap. Dindorf. Stephan. Thes. p. 709. B. T. I. vidit Lennepius ad Boschii Anthol. Graec. Vol. V. p. 97., a Propertio I. 20, 12. „Non minor Ausoniis est amor Adryasin". Ut falsus de Phavorino v. *Νύμφαι* „*αἱ Ἀδρυάδες καὶ Ἁμαδρυάδες*" fuerit Goensius ad Porphyr. de Antr. Nymph. c. X. p. 97. commentus hoc scribendi genus: *Δρυάδες καὶ Ἁμαδρυάδες.* Scribit autem Servius ad Virg. Ecl. X. 62. hoc inter Dryades et Hamadryades differre, quod hae cum arboribus et nascantur et occidant, illae sub arboribus dumtaxat domicilium habeant; recte an secus, nunc nihil ad nos. Certe in Dryadibus (Querquetulanis Scalig. in Varr. de L. L. IV. p. 30.) Callimachus item Melias habuit, quemadmodum in eo numero, ut alios mittam, Nonnus Daphnaeas Nymphas duxit XXIV. 99. p. 626, 9. *Νύμφας Ἀδρυάδας ναέται ζώγρησαν Ὀλύμπου Πάντες, ὅσοις μεμέληντο φίλαι δρύες· ἔξοχα δ' ἄλλων*

Λαφναίας ἐσάωσε φανεὶς Λαφναῖος Ἀπόλλων. Id genus igitur alias in arbore se continebat ac si quid externarum rerum curaret et attenderet vellentque in conspectum se dare desuper adaperta arbore extabant (Nonn. XXII. 14. p. 576, 23. *Ἀδρυάδες ἀλάλαζον· ἐπ' εὐπετάλοιο δὲ νύμφη Ἡμιφανὴς ἤειδεν ὑπερκύψασα κορύμβου.* 84. p. 580, 27. *ἀλλά τις ἠνεμόεντος ὑπερκύψασα κορύμβου Ἐκ λασίου κενεῶνος Ἀμαδρυὰς ἄνθορε νύμφη*), alias late silvis suis inerrabant (Ovid. Met. VI. 453. „quales audire solemus Naidas et Dryadas mediis incedere silvis". Nonn. XXII. 115. p. 582, 25. *ὡς φαμένη παλίνορσος Ἀμαδρυὰς ᾤχετο νύμφη Ὡς πτερὸν ἠὲ νόημα· μεταλλάξασα δὲ μορφὴν Ἰσοφυὴς ὄρνιθι διέτρεχε φωλάδος ὕλης Ἥλικος ἀΐσσουσα κατὰ δρυμοῦ*") et inde domum, ubi usus erat, repetebant (Nonn. XXXII. 293. p. 818, 14. *Ἀλλὰ Ἀμαδρυάδες σκιεροῖς κρύπτοντο κορύμβοις Λυσάμεναι δρυόεντας ἀνοιγομένους κενεῶνας.* Martial. IX. 62, 12. „Saepe sub hac latuit rustica fronde Dryas"), quumque ipsae excisa arbore ad tempus alio transfugerent uti ad Naides (Nonn. XXXVII. 20. p. 918, 22. *Πολλὴ δ' ὑψιπέτηλος ἐπέκτυπε κοπτομένη δρῦς Καὶ πολλὴ τετάνυστο πίτυς καὶ ἐκέκλιτο πεύκη Αὐχμηροῖς πετάλοισι*), vicissim Naides nymphas sua sede extorres recipiebant intra proprios lares (Nonn. XXIV. 25. p. 622, 1. *Νηϊάδες φεύγουσιν ἐμὸν ῥόον· ἀμφὶ δὲ πηγὰς Ἡ μὲν ναιετάει διερὸν δόμον· ἡ δ' ἐνὶ λόχμαις Σύννομος Ἀδρυάδεσσι φυτὸν μετὰ πόντον ἀμείβει*). Sed eaedem, id quod gravius est, credebantur deorum choros concelebrare. hymn. Hom. in Ven. 262. *Ληρὸν μὲν ζώουσι καὶ ἄμβροτον εἶδαρ ἔδουσιν Καί τε μετ' ἀθανάτοις καλὸν χορὸν ἐῤῥώσαντο.* Callimach. l. d. *ἡ δ' ὑποδινηθεῖσα χοροῦ ἀπεπαύσετο νύμφη Αὐτόχθων Μελίη.* Propert. I. 20, 46. „Cuius ut accensae Dryades candore puellae Miratae solitos destituere choros". Atque hic mihi video materiam suppeditare explicandi et disceptandi non inutiliter Horatii carminis I. 12, 7. „gelido — in Haemo, Unde vocalem temere insequutae Orphea silvae, Arte materna rapidos morantem Fluminum lapsus celeresque ventos Blandum et auritas fidibus canoris Ducere quercus". His equidem et subtiliter et digne scripsisse Horatius videtur, quid Orpheus canendo potuerit. Verum tamen Peerlkampius dicit secus. „Paullo ante, inquit p. 59., silvae Orphea sequutae sunt. In his certe fuerunt quercus. Et tamen nunc Orpheus iterum quercus ducit. Sed arbores in Haemo stantes non recte a rupibus separes, quin si rupes veniant, veniant et arbores. Bene autem arbores primum relinquunt rupes, deinde et ipsae rupes accipiunt quasi aures seque ad Orphea conferunt. Maius etiam aliquid, quam quod praecessit, exspectes in illo „blandum et" h. e. tam blandum, ut ipsas quoque duceret quercus. Atqui in verbis: duxit silvas et vero etiam quercus non est gradatio. Nam tanto duriores, quam ceterae arbores, quercus non sunt. Legamus (igitur): Ducere c a u t e s". Hactenus Peerlkampius. Nostrum est videre, sintne haec iure interrogata. Ac primum quo anquiramus, in quo vertatur silvarum, quas semel supra pocta dixerat, mentio

deinde illata deinceps: constat illius fabulae clarum vestigium mansisse apud Zonen quercus ex ordine collocatas. Testes in eam rem dedit Salmasius in Plin. Exercitt. p. 113. a. D. Pomponium Melam (II. 2. 77. p. 30. „Deinde promontorium Serrium et quo canentem Orphea sequuta narrantur nemora Zone"), Apollonium Rhodium (I. 29. *Φηγοὶ δ' ἀγριάδες κείνης ἔτι σήματα μολπῆς Ἀκτῆς Θρηϊκίης Ζώνης ἔπι τηλεθόωσαι Ἐξείης στιχόωσιν ἐπήτριμοι, ἅς ὅ γ' ἐπιπρὸ Θελγομένας φόρμιγγι κατήγαγε Πιερίηθεν*), Nicandrum Theriac. (462. *Ἕβρος ἵνα Ζωναῖά τ' ὄρη χιόνεσσι φάληρα Καὶ δρύες Οἰαγρίδαο, τόθι Ζηρύνθιον ἄντρον*), Is. Vossius Obss. in Mel. p. 131. Scholiastam Nicandr. (l. d. p. 82. *οὐ μακρὰν δὲ τοῦ ποταμοῦ (Ἕβρου) ἐστιν ἡ Ζώνη πόλις, μεθ' ἣν αἱ Ὀρφέως δρύες εἰσὶν, πρὸς ἃς πόλις ἐστί.* add. Eutecn. paraphr. p. 340. *ἔστι δὲ δὴ καὶ Ζωναῖον ὄρος καλούμενον, ἔνθα Ὀρφεὺς ἐκιθάριζεν*). Quibus nescio an recte adiungam contentione Solini facta X. p. 20. D. „Ponticum littus Sithonia gens obtinet, quae nato ibi Orpheo vate inter principes iudicatur, quem sive sacrorum sive cantuum secreta in Serrhio promontorio (in Spartio promontorio Marcian. Capell. VI. 656. p. 537.) egitasse tradunt. Deinde stagnum Bistonium" (conf. Voss. in Mel. l. d. 78. p. 132. et Wesseling. in Herod. VII. 109. p. 357.) Iosephum Isoanum IV. 321. „Sic tua silvae, Voce potens Orpheu, modulantia plectra sequutae Bistonios (male Pystonios Dres.) longis clausere amplexibus agros". Nam Hecataeum ap. Stephan. Byz. p. 160, 18. *Δρῦς· πόλις Θρᾴκης.* Suid. p. 630. ad hanc notitiam opinor nihil pertinere, de quo nomine conf. Lobeck. Paralip. p. 316. not. 12. Itaque quum apud Zonen Orpheus cancret, tum tantum abfuit, ut Dryas, ut assolebat, aut „quercum fugiens suam Ad vatem properarit" (Senec. Herc. Oet. 1052.) aut in loco remanserit arborem suam quassans et circumagens ad Orphicae lyrae sonos (dixi autem haec secundum sententiam Nonni XLVIII. 652. p. 1286, 6. *πολυσκάρθμῳ δὲ πορείῃ Εἰς χορὸν αὐτοέλικτον ἀνεσκίρτησε κολώνη Ἡμιφανὴς δ' ἐδόνησεν Ἀμαδρυὰς ἥλικα πεύκην· Μοῖνος δ' ἦν ἀχόρευτος ἐν οὔρεσι παρθένος ἠχώ*), ut ipsae arbores radicitus extractae accucurrerint atque facientes item ut Dryades consueverant, choros agerent. Quam rem significatione indicarunt Apollonius Rhodius l. d. *φηγοὶ δ' ἀγριάδες — τηλεθόωσαι· Ἐξείης στιχόωσιν ἐπήτριμοι* et Philostratus Iun. Imagg. VI. p. 870. *δένδρα γὰρ ἀνασπάσας τῶν ῥιζῶν ἀκροατὰς ἄγει ταῦτα τῷ Ὀρφεῖ καὶ περιΐστησιν αὐτῷ· πεύκη τε οὖν καὶ κυπάριττος καὶ κλῆθρος καὶ ἄγειρος αὕτη καὶ ὅσα ἄλλα δένδρα ξυμβαλόντα τοὺς πτόρθους* (quae vox videtur obscurata esse et evanuisse apud Achillem Tatium III. 10. p. 68, 9. *νῦν δὲ ποίᾳ μὲν φωνῇ δεηθῶμεν; τίνας δὲ ὅρκους προτείνωμεν;*) *οἷον χεῖρας περὶ τὸν Ὀρφέα ἔστηκε καὶ τὸ θέατρον οὖν αὐτῷ συγκλείουσιν οὐ δεηθέντα τέχνης, ἵν' οἵ τε ὄρνιθες ἐπ' αὐτῶν καθέζοιντο καὶ ἐκεῖνος ὑπὸ σκιᾷ μουσουργοίη*, demonstratione declaravit Nicander fragm. XXXVI. p. 288. *Καὶ μὲν ὑπὸ Ζωναῖον ὄρος δρύες ἀμφί τε φηγοὶ Ῥιζόθι δινήθησαν ἀνέσισσάν τε χορείαν*

Οἷά τε παρθενικαί. Quin etiam loquuta fama est, quercus Orphei carmine gravius percussas quosdam vehementiores motus edidisse saltantium Baccharum modo. Quod ita pervulgatum fuisse, ut proverbii locum obtineret, auctor mihi est Maximus Tyrius Diss. XXXVII. 6. Is locus, a scriptura insigniter controversus, sic positus est p. 210. „*εἵποντό γε Ὀδρύσαι ἑκόντες ἡγεμόνι Ὀρφεῖ καλῇ κηλούμενοι τῇ ᾠδῇ. Τοῦτο ἄρα δρῦς καὶ μαινὰς ἐγένετο ἄγειν εἰκαζόντων τὸ ἀγεννὲς τοῦ τῶν κηλουμένων τρόπου ἀψύχοις σώμασιν*", quae verba olim a Scaligero attentata hac coniectura: *δρῦς καὶ μελίας ἐγένετο ἄγειν* quum Davisius sic immutanda censuisset: *τοῦτο ἄρα δρῦς καὶ πέτρας ἐλέγετο ἄγειν*, Marklandus dixit contra. Conieceram, inquit, *ἐλέγοντο ἄγειν*. Quid vero sit, quod lateat sub voce *μαινάς* difficile puto coniectura assequi. Davisius vult *πέτρας* ad sensum sine dubio bene; ipsum vocabulum non credo eum attigisse". Has sententias nunc enucleare et diiudicare non ita necesse est et eo minus, quod pro certo videor mihi illud affirmare posse, vocem *δρῦς* respicere ad nomen Odrysiorum gentis tam durae, quam quae maxime conf. Etymol. M. p. 346, 40. Anecd. Cram. II. p. 244, 31. Bachmann. in Lycophr. 1150. p. 238. Liebel. in Archiloch. Reliqq. p. 198. Valcken. Diatr. XXV. p. 283. b. Ut male rem et inutiliter administres sive rupes addis sive fraxinos. Ego igitur graviter defendo, veram esse demum hanc verborum conformationem: *Τοῦτο τό· ἆρα καὶ δρῦς μαινὰς ἐγένετο, ἄρ' ἦν, εἰκαζόντων τὸ ἀγεννὲς τοῦ τῶν κηλουμένων τρόπου ἀψύχοις σώμασιν.* Maximi enim apud me ponderis fuit Apostolii memoria XI. 10. usurpata ab Erasmo Chil. IV. 3, 100. p. 607.: *καὶ δρῦς μαινὰς ἐγένετο*, a qua existimo valde Davisio poenitendum quod discesserit, et ideo inseri par fuit voculam *τό*, „quae plerumque proverbia praecurrit" ut ait Wagnerus in Alciphr. Epist. I. 39. p. 243. a. Cui accessioni probandae satisfacit Stephani Byzantii locus p. 465, 21, *τοῦτο πεδίον.* Rehd. *τοῦτο τὸ πεδίον* et Boissonadius in Philostr. Heroic. p. 379. et Aristaenet. Epist. I. 12. p. 401. et Walzius in Alexandr. *περὶ σχημ.* p. 430. Eiusdem Stephani exemplum suppetit ad firmandum illud *ἄρα*: *ὅθεν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν περιεργαζομένων τὰ ἀπόῤῥητα· Τοῦδ' ἄρ' ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάσατο* p. 266, 17. v. *Κώρυκος.* Denique tralaticia sunt omnia de hoc loquendi modo *ἄρ' ἦν* (de qua mutatione conf. Wyttenbach. in Eunap. p. 176. 178.), cuius vim et usum qualis esset explanarunt Wyttenbachius in Iulian. Orat. I. p. 172. Schaeferus in Soph. Oed. Col. 1697. et Schol. Apoll. Rhod. p. 162. et 658. et Demosth. T. V. p. 393. Iacobsius in Aelian. Hist. Anim. VII. 4. p. 245. et Praef. p. XXIX. sq. Ipse defungar loco Charitonis VI. 3. p. 136, 14. *φάρμακον γὰρ ἕτερον Ἔρωτος οὐδέν ἐστι, πλὴν αὐτὸς ὁ ἐρώμενος. Τοῦτο δὲ ἄρα καὶ τὸ ᾀδόμενον λόγιον ἦν· Ὅτι ὁ τρώσας αὐτὸς ἰάσεται.* Add. Aeschin. de fals. legat. p. 223, 19. Rsk. *τοῦτο δὲ ἄρα ἦν ἀγχόνη καὶ λύπη τούτῳ* (per cuius loci occasionem moneo Libanio *Ἤθοπ.* Vol. IV. p. 1040, 17. pro *ταῦτα οὐ*

ξίφους reddi oportere aut ταῦτα οὐ ξίφος aut ταῦτα οὐκ ἄξια ξίφους, quod legitur p. 1042, 2. conf. Elmsl. in Eurip. Heracl. 247. p. 79. et Bacch. 246. p. 38.). Liban. Κορινθ. λογ. Vol. IV. p. 361, 30. οὐδ' ὁ παρ' ὑμῖν ἔτι βωμός ἐστιν, ὃν Ἐλέου καλεῖτε· τὸ γὰρ ἔργον ἀπόλωλεν ὧν ἄρ' ἦν, ἱδρύεσθε βωμοὺς ἀπανθρωπίας, ὠμότητος, ἀσεβείας, τῶν δεινοτάτων ἁπάντων. Hoc enim pro ἄν ἦν adsciscere placuit, quam sequi Reiskium talia commentum: ἀπόλωλεν, ἐν ᾧ τῶν ἐναντίων ἱδρύεσθε βωμούς. Conf. Schaefer. in Dionys. de Comp. Verb. XIX. p. 266. et Melett. Crit. p. 50. Itaque vulgatior ea fama fuit, quam ipsam vix ambigi potest quin ad suas rationes accommodarint non sane inficeto instituto Palaephatus c. XXXIV. 3. p. 147. ὁ δὲ συνταξάμενος τῷ Διονύσῳ Ὄργια Ὀρφεὺς κατάγει αὐτὰς βακχευούσας κιθαρίζων. Αἱ δὲ νάρθηκας τότε πρῶτον ἔχουσαι κατέβαινον ἐκ τοῦ ὄρους καὶ κλῶνας δένδρων παντοδαπῶν. Τοῖς δὲ ἀνθρώποις θαυμαστὰ τότε θεασαμένοις ἐνεφαίνετο πρῶτον τὰ ξύλα καταγόμενα καὶ ἔφασαν ὅτι Ὀρφεὺς κιθαρίζων ἄγει τὴν ὕλην ἐκ τοῦ ὄρους et Eudocia Viol. p. 318. sive Apostolius XVIII. 62. ὥςτε ἐπακολουθεῖν τῇ ᾠδῇ αὐτοῦ τὰς δρῦς — καὶ τοὺς λίθους καὶ τοὺς ποταμούς· δοκεῖ δὲ ταῦτα Βάκχαι μανεῖσαι, αἵτινες πρόβατα διέσπασαν ἐν Πιερίᾳ. Hoc, hoc, inquam, sibi vult illud Horatii „unde vocalem temere insequutae Orphea silvae", δένδρεα κωμάζοντα ut Nonni usurpem verba XLV. 41. p. 1160, 7. καὶ χορὸς ἐν σκοπέλοισιν ἔην πολύς· — ἦν δὲ νοῆσαι Δένδρεα κωμάζοντα καὶ αὐδήεσσαν ἐρίπνην et III. 69. p. 88, 12. καὶ νοερῷ σεύοντο τινάγματι θυιάδες ὕλαι. Pergo deinceps ad enarrandum, qualem tandem scripserint veteres cantum Orphei. Quem quidem volunt movisse et detinuisse silvas et rupes (Cass. Parmens. Orph. 12. T. II. p. 311. Wernsd. Olear. in Callistrat. Stat. VII. p. 899. not. 9. Peerlkamp. p. 60. Iacobs. in Anthol. Gr. II. 1. p. 62. λίθους καὶ ξύλα Ann. Comnen. prolog. ad Alexiad. (p. VI. extr.), δένδρεα Euripid. Bacch. 525. et fragm. dub. XXXIV. p. 447. „montes Silvaque Bistoniam saepe sequuta chelyn" Claudian. Rapt. Pros. II. praef. 8. et 21. „Ardua nudato descendit populus Haemo Et comitem quercum pinus amica trahit Cirrhaeasque dei quamvis despexerit artes Orpheis laurus vocibus acta venit". Senec. Herc. Oet. 1047. sqq. conf. Virg. Ecl. VI. 71. πέτρας Nicet. Chon. p. 391, 4.) et cum quercubus herbas omnes πᾶσαν βλάστην ὥριον Callistrat. Stat. VII. p. 899. atque feras cum ceteras (Welcker. in Philostrat. Iun. Imagg. VI. p. 611. τὰ ἄλογα Eunap. vit. Chrysanth. p. 112. Nicephor. Greg. VIII. 8. p. 334, 1. τὰ θηρία Theodor. Hyrtac. in Boissonad. Anecd. I. p. 263. Pisid. Bell. Avar. 105. p. 51. bestias Schol. German. Arat. 269. p. 66. τὰ τετράποδα Palaephat. XXXIV. 1. p. 145. Boettiger. Amalth. I. p. 41. not.) tum aves (Philostrat. l. d. p. 870. Callistrat. l. d. Himer. Or. XIII. 6. p. 595. πείθει δρῦς τε καὶ πέτρας καὶ ὄρνιθας. Orph. Argon. 1008. Gregor. Nazianz. Carm. LI. 213. p. 124. C. Ὀρφείη τις ἐν Ὀδρυσίοις σκοπέλοισι Λᾶας ἄγει καὶ θῆρας

ἀπόπροθε καὶ πετηνά. Heraclit. de Incredib. XXIII. p. 77. Senec. Herc. Fur. 573. Med. 628. Herc. Oet. 1043. „Advexit volucrem nemus Et silva residens venit Aut si quae aëra pervolat Auditis vaga cantibus Ales deficiens cadit") et pisces (Theodoret. Graec. Affect. Cur. Disp. III. p. 767. καὶ Ἡρακλῆς καὶ πρὸς τούτοις Ὀρφεὺς — τοῖς κρούσμασι τοὺς ἰχθύας καταθέλγων καὶ ἕπεσθαι τῇ τῆς ᾠδῆς ἁρμονίᾳ καταναγκάζων τὸν τῶν Ἀργοναυτῶν ἐπλήρουν κατάλογον. Callistrat. l. d. ὅσον ἐν θαλάττῃ μυχοῖς νέμεται. Lobeck. Aglaoph. p. 322.) pontumque et fluvios (Callistrat. l. d. Orph. Argon. 1006. Eudoc. l. d. Senec. Med. 627. Herc. Fur. 573. et Oet. 1036. „Illius stetit ad modos Torrentis rapidi fragor Oblitusque sequi fugam Amisit liquor impetum". Sidon. carm. II. 73. Claudian. Rapt. Pros. II. praef. 18. „pigrior adstrictis torpuit Hebrus aquis") ac ventos (ζαμενεῖς ἀνέμων πνοιάς Orph. l. d. 1006. Senec. Med. 627. Claudian. l. d. 17. „venti frenantur et undae". Antipat. Epigr. LXVII. 2. Anth. Gr. II. p. 24. οὐκ ἔτι κοιμάσεις ἀνέμων βρόμον, οὐχὶ χάλαζαν, οὐ νιφετῶν συρμοὺς, οὐ παταγεῦσαν ἅλα), postremo omnino omnia τά τε ζώει τε καὶ ἕρπει Orph. Argon. 1008. λύραν αὐτῷ ποιοῦσι πάντα τοῖς κρούμασιν ἕλκουσαν Gregor. Naz. Orat. XXXIX. p. 626. C. Quorsum igitur haec enarro? quorsum? ut intelligi possit veteres cogitatione hac esse assuefactos, ut eiusdem vim cantus contrarias in partes valuisse existimarent eamque vim ferrent et ea, a quorum natura motus omnino numquam potest seiunctus esse, veluti fluvios, ventos, bestias, moratam esse ac detinuisse et, id quod maius est, quae firmiter in sede sua adhaesissent neque ullam umquam locorum mutationem molirentur, ea subito sensu praedita excitasse novisque motibus agitavisse. Maius, inquam, hoc est quod secundo loco posui, quod dilucide et perspicue monstrat Eusebius de Laud. Constant. XIV. p. 760. Ὀρφέα μὲν δὴ μῦθος Ἑλληνικὸς παντοῖα γένη θηρίων θέλγειν τῇ ᾠδῇ ἐξημεροῦν τε τῶν ἀγρίων τοὺς θυμοὺς ἐν ὀργάνῳ πλήκτρῳ κρουομένων χορδῶν παραδίδωσι· καὶ τοῦθ' Ἑλλήνων ᾄδεται χορῷ καὶ πιστεύεται ἄψυχος λύρα τιθασσεύειν τοὺς θῆρας καὶ δὴ καὶ τὰ δένδρα τὰς φηγοὺς μεταβάλλειν μουσικῇ εἴκοντα, de quibus hoc iudicium Davisii est ad Max. Tyr. Diss. XXXVII. 6. p. 210. „forte καὶ τὰ δένδρα μεταβαίνειν; nam τὰς φηγούς pro glossemate habeo". Id ego contra puto censeoque sic corrigendum esse: πιστεύεται — τὰ δένδρα τοὺς φηγῶνας μεταβάλλειν, quod valde congruit cum Callistrati p. 899. dicto πᾶσαν βλάστην — ἐξ ἠθῶν ἐπὶ τὴν μοῦσαν τὴν Ὀρφικὴν σπεύδουσαν. Idem luculentioribus etiam verbis et pluribus comprehendit Philostratus Iun. l. d. p. 870. Ὀρφέα — θέλξαι τῇ μουσικῇ καὶ τὰ μὴ μετέχοντα λόγου λογοποιοί φασι πάντες· λέγει δὲ καὶ ὁ ζωγράφος· λέων τε οὖν καὶ σῦς αὐτῷ πλησίον — καὶ ὅσοις ἐν θήρᾳ δεινὸς ὁ θήρ, ξυναγελάζονται αὐτῷ ῥαθύμῳ νῦν ῥάθυμοι. σὺ δὲ μηδὲ τοὺς ὄρνιθας ἀργοὺς ἴδῃς — · νεανιεύεται δέ τι καὶ μεῖζον ὁ ζωγράφος· δένδρα γὰρ ἀνασπάσας τῶν ῥιζῶν ἀκροατὰς ἄγει ταῦτα τῷ Ὀρφεῖ καὶ περιΐστησιν αὐτῷ. In quo illud

perscriptu dignum est, quod quum ad id, quod ageretur, apte convenienterque rupes dici potuerint, scriptores quodam quasi consensu frequentarunt quercuum memoriam, interdum etiam, id quod ab Philostrato factum est, saxa sine ulla mentione transmiserunt. Nec fere quidquam maius duritiae documentum, quam robur, duxerunt Gregorius Nyssenus de Hom. Opif. c. XXVIII. p. 120. D. ὄντως γὰρ (qua de voce vid. Wyttenbach. in Plat. Phaed. p. 157.) — ἀλογίας ἰχθύων ἢ δρυῶν ἀναισθησίας ἄξια τὰ τοιαῦτα δόγματα et Horatius I. 3, 6. „Illi robur et aes triplex Circa pectus erat". De quo versu ipsa res hortatur ut paucis explicem. Dissideo enim de roboris interpretatione tantum a Koppio in Marcian. Capell. I. 16. p. 51. „liventis plumbi fusili robore videbatur urna) robur addidit memor Horatii verborum „robur et aes triplex" pro robur aeris, quae sane praeferenda est interpretatio illi, qua robur pro arbore circa pectus accipere volunt", quantum de explicatione aeris triplicis ab Rittershusio, qui ad Oppian. Hal. I. 356. p. 195. „monet allusum videri ad Platonicum illud placitum, cuius et Aristoteles in Politic. meminit, aliquorum mentibus a deo aurum admisceri, aliquorum argentum, aliorum denique aes. Vulgo quae affertur a plerisque huius loci expositio, ut aes triplex dicatur lorica, non admodum apposita videtur. Quid enim ad audaciam alias timido conferret lorica? non plus certe, quam λεοντῆ ἐπὶ κροκωτῷ". Quippe confusum est enim ab Horatio, qui in detestatione illius, quicunque primus ratem fragilem truci pelago commisit, sibi utendum esse putavit verborum gravitate acriori, confusum est inquam et non inepte hoc loco Pindaricum illud ἐκ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν (fr. 88. p. 611. conf. Rittershus. in Oppian. Cyneg. III. 240. p. 107. et Hal. V. 522. p. 333. Boissonad. in Planud. Met. p. 267.) cum altero, quod fuit in proverbio ἀπὸ δρυὸς ἢ πέτρης εἶναι, de quo Eustathius ab Iacobsio ad Pallad. Alexandr. Epigr. XIII. 2. Vol. II. 3. p. 206. commemoratus exposuit ad Odyss. XXII. 285. sq. p. 1927, 14. τὸ ἀπὸ δρυὸς ἢ πέτρης εἶναί τινα οὐ μόνον ἀρχαιογονίαν παλαιτάτην σημαίνει Ὁμηρικώτερον, ἀλλὰ καὶ ἦθος ἀτέραμνον κατὰ καιρίαν ἔστιν ὅτε παράχρησιν et XIX. 163. p. 1859, 28. νοῆσαι δὲ τὸ παροιμιῶδες τοῦτο ἐνταῦθα ἐπὶ ἀγριότητος οὐχ Ὁμηρικόν ἐστι· παραχρησάμενος δ' ἄν τις εὐφυῶς ποτε εἴποι ἂν αὐτὸ καὶ ἐπὶ ἀγρίου ἤθους, ἵνα τὸν μὲν τοιοῦτον ἐρεῖ ἀπὸ δρυὸς εἶναι ἢ ἀπὸ πέτρης, τούτεστι ξύλινον ἢ πέτρινον (λίθοι καὶ ξύλα· οἱ ἄφρονες Schol. Clement. Alex. p. 93. conf. Nonn. XLVIII. 505. sq. p. 12781, 1.) et Tzetza Chil. IX. 792. sqq. p. 354. Quam orationem usurpavit Statius Theb. IV. 340. „Vos autem hinc ire sinetis Arcades? o saxis nimirum et robore nati" et 276. „nemorum vos stirpe rigenti fama satos" (conf. Rupert. in Iuvenal. VII. 160. Grot. et Kopp. in Marcian. Capell. p. 488.), Ovidius Heroid. VII. 37. „Te lapis et montes innataque rupibus altis Robora, te saevae progenuere ferae", Cicero Acad. prior. II. 31. „non e saxo sculptus aut e robore dolatus", alii ap. Bosch. in

Anth. Graec. Vol. IV. p. 240. sq. et Frommel. in Schol. Aristid. p. 419. Eandemque in partem spectat dictum διὰ πέτρας καὶ διὰ δρυὸς ὁρᾶν, quo Lynceum vel solidissima omnium rerum visu facile traiecisse declararunt uti Plutarchus ap. Cellar. in Nazar. Paneg. Constantin. XI. 5. p. 34. His ita deliberatis et constitutis patet Horatium et a minoribus ad id, quod maius est, adscendisse his versibus: Arte materna rapidos morantem Fluminum lapsus celeresque ventos Blandum et auritas fidibus canoris Ducere quercus" et excusatissimum esse de omissa mentione non sane cautium sed saxorum. Ergo non temere sententiam versibus, de quibus sermo est, subiectam sic definio complectorque: Constat fabulaeque signum manet, ex Haemo [cuius umbrosas valles multi laudaverunt vid. Has. in Leon. Diacon. p. 441.] olim silvas velut fanatico instinctas cursu canentem Orpheum ad Zonen usque insequutas esse. Namque ille cantu a matre Musa accepto lyraque tam potens fuit, ut non solum, qui perpetuo motu continerentur fluvios ventosque compesceret et frangeret, verum etiam quercus, quibus nihil durius est aut immobilius, excitaret perfunderetque quodam sensu humanitatis". Quod ne mireris pluribus verbis Horatium in eo commoratum, incredibilem quandam et prope singularem et divinam vim illius cantus fuisse, congruens erat hoc Horatium in eo carmine excedere, quo priscum et veterem cantandi in epulis morem sibi collaudandum sumpserat. Ex quo enim argumento illud Horatii carmen aptum sit, pervidit acuta mens Bernhardyi in libro de Rom. Litt. p. 71. not. 118.

COROLLARIUM XXIII.

[III. 1. p. 257.] Quae apud Tzetzam l. d. leguntur verba Ὤγυγος ἀρχαῖος βασιλεὺς Θηβῶν, eadem apud Etymol. M. p. 820, 38. et Eudociam p. 438. sic scripta extant: Ὤγυγος ἀρχαῖος βασιλεὺς Ἀθηναίων, ἀφ᾽ οὗ καὶ Ὠγύγιαι πύλαι ἐν Θήβαις. Et Munckero quidem in Hygin. p. 120. et Burmanno in Ovid. Metam. III. 713. p. 232. b. Athenienses commemorari suo loco videntur, quippe hominibus usquequaque consideratis. Non hoc passa erat Barthii fides, qui ad Stat. Theb. V. 518. T. III. p. 251. hanc scripturam edixit: βασιλεὺς Ἑκτήνων, itemque Muellero in Tzetz. l. d. illi in suspicionem sua fraude venerunt. „Forte, inquit, Θηβαίων legendum, ut habet schol. Hesiod. p. 261. ed. Heins. vel potius auctore Heynio in Obss. ad Apollod. p. 242. Θηβαϊκῶν". Nostra autem disputatio, ut mihi persuadeo, tantum valebit, ut ea cognita omnis offensio suspicionis,

quam Muellerus habuit de Thebanis, *Θηβαίοις*, deponatur. Operae pretium enim est atque adeo res, quae agitur, poscit et flagitat, ut erroris, quo non longius latiusque diffusus alter sit, caussam et rationes exquiramus atque sic haec disseramus, ut si quid Thebano nomini malo dolo subtractum posthac consensus iudicabit, nullum locum excusatio reddendi habeat nec moram tergiversatio. In qua re hoc percommode cadit, quod litterarum *β* et *υ* formam simillimam et ad multiplices variosque errores gignendos unice natam supra demonstravimus in Corollar. XXI. p. 433. Namque hoc initio et fundamento illa tanta fraus excitata et per veterum scripta nimium pervagata est. Itaque ut fruar iis, quae antea comparata sunt, uno defungar loco Suidae *Καδμεῖος ὁ Θηβαῖος*, de quo hoc indicium fecit Bernhardyus p. 8, 14. „*Θηβαῖος*) *ἀθηναῖος* V. Unde facilis ad intelligendum error satis consuetus, quo *Ἀθηναῖος* et *Θηβαῖος* permutantur; cf. vel vv. *Ἀνεπαρίασαν* (p. 408, 16.) et *Αὐτόχθονες* (p. 882, 8.) atque Taylor. in Demosth. Lept. T. III. p. 209. Schaef. In Schol. Dionys. Thr. p. 783. *Ἀρχίνου παρὰ Θηβαίοις* quomodo sanandum sit neminem fugit". Vides igitur nomen *Θηβαῖος* solitum hoc consignari modo *Θηναῖος*. Sequitur altera scribendi ratio apta ex illa, quam omisso Cantero de rat. emend. Gr. auct. c. I. p. 201. sq. et aliis contestor exemplo Anonym. Chronograph. p. 14, 15., ubi pro *Θηβαῖς* in cod. Ox. *Θήναις* esse Dindorfius scribit et Syncelli Chronogr. p. 171, 12., in quo loco ab aliis *Θηβινίτης*, ab aliis *Θηνίτης* proditum est; agnosco enim illam librariorum inertiam plerumque gravantium bis eandem deinceps syllabam exarare. Quibus perspicuum factum est, quam proclive fuerit Atheniensium et Thebanorum nomen confundere in eiusmodi locis, qualis est Gregorii Corinth. in Hermog. p. 1284, 11. *παρ' Ἀθηναίοις*. Vindob. *παραθήναις* et vero Aeschinis Hypothes. Or. in Ctesiph. p. 378, 16. *μετὰ Θηβαίων*, pro quo duo libri *μετ' Ἀθηναίων* praeferunt, et Scholiastae Aristid. p. 36. *παρ' Ἀθηναίοις*. al. *παρὰ Θηβαίοις*. Accedit altera caussa, quod librarii ad scribendi licentiam adeo liberi fuerunt, ut permultis vocabulis tamquam apicem litteram *α* otiose appingerent, interdum eandem omitterent velut ap. Spartian. vit. Hadrian. 20. p. 186. „Athenarum partem" in Palat. est „Thenarum". Cuius licentiae documento sunt *Ἀπειρεσία* ap. Eudoc. Viol. p. 220. correctum a Spitznero de indice Argonaut. p. 8. Atimolao. al. Timolao ap. Trebell. Poll. XXX. Tyr. 15. p. 298. *Ἀμυκάλαις* in Schol. Aristid. p. 476. pro *Μυκάλῃ* a Frommelio enotatum et ne reliqua dicam, quae ab hoc collecta sunt p. 246., *Δελφοί* et *ἀδελφοί* male permutata in Aristotel. Polit. V. 4. p. 1303, 37. b. *ἐν Δελφοῖς*. Laurent. 81. *ἀδελφοῖς*. Lycurg. adv. Leocr. p. 219, 85, 2. Schol. Hesiod. Theog. 117. p. 477, 16., ubi pro *Δελφικῶν χρησμῶν* liber tenet *ἀδελφικῶν*, Nonn. Narrat. 18. p. 93. *δελφινίου* et *ἀδελφοινίου*. conf. Etym. M. p. 255, 13. *Δελφοὶ — ἀδελφοί τινες ὄντες*. Plutarch. vit. Cim. XVII. p. 271. Vol. III. *Δελφοὺς ἀπὸ Φωκέων ἐλευθερώσαντες*, de quo loco certe meam opinationem *ἀδελφούς*

(Spanhem. de P. et U. N. Diss. XIII. 4. p. 617.) sequi probo, quam Sintenisii arbitratum τοὺς Λωριεῖς in Pericl. 10. p. 109. Denique alios locos illa permutatione insigues indicarunt Rhoerius in Porphyr. de Abstin. p. 133. Valckenarius et Wesselingius in Herodot. V. 72. p. 76. Roulesius in Ptolem. Hephaest. p. 26. Schweighaeuserus in Athen. VII. p. 290. Animadvv. Vol. IV. p. 154. Siebelisius in Pausan. Vol. III. p. 159. in VII. 18, 6. His igitur ex caussis exorta est nominum Θηβαίων et Ἀθηναίων tam frequens confusio, ad eam ut mirabiliter librariorum consensus videri possit conspirasse. Quid enim absurdius dici potest, quam Epaminondam Atheniensium ducem fuisse aut Laium Athenis imperasse? en vero traditum illud est a Longino περὶ εὕρεσ. p. 548, 15., hoc in argum. Aesch. Sept. c. Theb., quod legitur in cod. LXXIV. bibl. Matrit. p. 272. col. I., ὁ Λάϊος ἐβασίλευσεν ἐν Ἀθήναις. Atque in hanc partem adeo antiquitus peccatum fuisse magno argumento est tum quod Dionysius Phaselita, de cuius sententia Wesselingius Probabb. c. V. p. 43. minus subtiliter explicavit, in Pindari Pyth. II. 3. pro λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν scribi voluit ἀπ' Ἀθηνῶν tum adnotatio Anonym. Schol. in Aphthon. Progymn. c. IX. Vol. II. p. 48, 5. Ἀθηναῖοι· ἔν τισι τῶν βιβλίων Θηβαῖοι γράφεται et Doxopatri Homil. in Aphthon. p. 471, 14. Ἀθηναῖοι ἔν τισι τῶν βιβλίων Θηβαῖοι γράφονται. Et pervagatum quidem est hoc depravationis genus, ut dixi, longe atque late. Quo affectus fuit Plutarchus de Alex. virt. I. 3. p. 33. Vol. IX. de Herod. malign. 31. p. 316. Vol. XII. non poss. suav. viv. sec. Epic. 17. p. 113. Vol. XIV. Diodori libri IV. p. 311, 48. XI. p. 466, 36. 476, 60. XIV. p. 667, 16. XV. p. 43, 20. 22, 33. Philostratus vit. Sophist. II. 15, 2. p. 595. Photius p. 104, 14. Καδμεία ἡ τῶν Ἀθηναίων ἀκρόπολις. Stephani Byzant. lib. Perus. p. 229, 8. Καδμεία — ἀφ' ἧς οἱ Ἀθηναῖοι Καδμεῖοι. Schol. Hermog. VII. p. 325, 12. τοῦ τῶν Θηβαίων στρατεύματος. Paris. I. Ἀθηναίων. Phoebammon περὶ σχημ. p. 516, 2. Hesychius v. Ὄγγα p. 571. Schow. Schol. Eurip. Phoen. 844. p. 188. not. 9. Sed in infinitum ne abeam, hoc genus circumscribam operae nostrae vicariam fidem supponendo Scaligeri Animadvv. in Euseb. A. DCCCX. p. 51. b. Valesii in Harpocrat. p. 98. Fischeri in Palaephat. VI. 5. p. 48. Muelleri in Tzetz. schol. in Lycophr. 21. not. 43. Taylori l. d. (ad Leptin. T. III. p. 75. col. 2.) Wesselingii in Diodor. XII. p. 476, 60. Popponis in Schol. Thucyd. II. 2. et 3. p. 9. et 12. Friedemanni in ind. Strab. Siebelisii in ind. Pausan. p. 194. b. Frommelii in Schol. Aristid. p. 36. 452. Walzii in Aphthon. Progymn. IX. p. 95. Nec vero intermitto proferre aliquot locos, in quibus eiectis Atheniensibus collocandos sensi Thebanos. Sunt fere hi: Laurent. Lyd. fragm. de mens. p. 284. A. ἐπετέλουν δὲ καὶ ἑορτὴν λεγομένην Ἀγωνάλια δαφνηφόρῳ καὶ γενάρχῃ Ἡλίῳ ὥςπερ Ἀθήνησιν (Θήβησιν iam supra exhibui I. 4. p. 61.) ἡ ἐπὶ τοῖς δαφνηφορίοις τελετή, quae plurimis verbis explanabuntur, si usus erit; Theodoret. Graec. Affect. Cur. Disp. VIII. p. 904. ἀλλ' ὅμως ἀνθρώπῳ γε ὄντι καὶ Εὐρυσθεῖ δου-

λεύειν ἠναγκασμένῳ καὶ νεὼς ἐδείμαντο καὶ βωμοὺς ἐδομήσαντο καὶ θυσίαις ἐτίμησαν καὶ ἑορτὰς ἐπεκλήρωσαν οὐ Σπαρτιᾶται μόνον καὶ Ἀθηναῖοι, ἀλλὰ καὶ ξύμπασα ἡ Ἑλλὰς καὶ Εὐρώπης τὰ πλεῖστα, quas gentes recte scriptas composuit p. 907. τοὺς Τυνδαρίδας — τιμένων οὐκ ἐν Σπάρτῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἀθήναις ἠξίωσαν. Suid. II. p. 122. Ἰόλαος ἥρως τις τιμώμενος παρ' Ἀθηναίοις. Ἰόλεως δὲ Ἀττικῶς, quae sic scripta extant in Schol. Aristoph. Acharn. 875. νὴ τὸν Ἰόλαον) Ἰόλαος ἥρως οὕτως τιμώμενος παρὰ Θηβαίοις. Phot. lexic. p. 99, 20. Ἰσμηνίας, εἷς γὰρ παρ' Ἀθηναίοις ἦν πολέμαρχος ἐπιφανής. Sopat. schol. in Hermog. στάσεις p. 765, 29. μετὰ τὰ ἐν Λεύκτροις πρεσβεύονται Λακεδαιμόνιοι καὶ Θηβαῖοι πρὸς Ἀθηναίους ἀξιοῦντες ἑκάτεροι βοηθείας τυχεῖν. Χαβρίας μὲν οὖν Ἀθηναίοις βοηθεῖν συμβουλεύει, Λακεδαιμονίοις δὲ Κόνων, Ἰφικράτης οὐδετέροις, quae eadem in comm. in τεχν. Hermog. p. 187, 3. in hunc modum proposita sunt: μετὰ τὸν ἐν Λεύκτροις πόλεμον Λ. καὶ Θ. πρεσβεύοντες πρὸς Ἀ. ἀξιοῦσι βοηθείας τυχεῖν καὶ συμβ. Χ. μὲν Θηβαίοις, Κόνων δὲ Λ. Ἰφ. δὲ οὐδετέροις. Schol. Aristoph. Acharn. 870. (862.) ἐσπούδαζον δὲ οἱ Ἀθηναῖοι περὶ τὸν αὐλόν. Schol. August. Demosth. Or. pro Cor. p. 145. τὴν κατασκαφὴν τῶν Θηβῶν (conf. III. 1. p. 255.) ἐπελθόντος τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ ταῖς Ἀθήναις. Contra Thebanos abire et concedere Atheniensibus volo apud Menandrum περὶ ἐπιδεικτ. XVI. p. 330. τὴν οἰκουμένην πᾶσαν διέπεις· Μίθραν σε Πέρσαι λέγουσιν, Ὥρον Αἰγύπτιοι, σὺ γὰρ εἰς κύκλον τὰς ὥρας ἄγεις· Διόνυσον Θηβαῖοι, Δελφοὶ δὲ διπλῇ προσηγορίᾳ τιμῶσιν Ἀπόλλωνα καὶ Διόνυσον λέγοντες· περὶ σὲ θεωρίαι, περὶ σὲ θυάδες, παρὰ σοῦ καὶ σελήνη τὴν ἀκτῖνα λαμβάνει, Χαλδαῖοι δὲ ἄστρων ἡγεμόνα λέγουσιν. Nam congruum cum maxime meo instituto erat, me illud θηρία, quod Walzius pro scriptura Medic. 1. 2. θυραῖᾶ commentus est insulsissime, obruere huius coniecturae perspicuitate: περὶ σὲ θεωρίαι, quam argumentis in libro quinto firmabo. Subiungere libet Tzetz. in Hesiod. Scut. 178. p. 628, 16. Πειρίθους εἰς Θήβας ἐλθὼν διά τινα συγγενικὸν φόνον, ὥστε καθαρθῆναι, ἔσχε γυναῖκα Λῖαν τὴν τοῦ Βουτάτου θυγατέρα et glossam Tzetz. Chiliad. IV. 748. ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος μέγας καὶ τιμητέος. Ἀλλ' ὕστερον εἰς Κόρινθον ἀτίμως γραμματεύει. Cd. A. in margine ἐν Θήβαισιν. De Athenaeo II. p. 44. D. incertus sum utrum praeoptem, sed tamen illud teneo falsa ratione duci Roulesium in Ptolem. Hephaest. p. 82. „Μάτρις ὁ Θηβαῖος). Ab omni coniectura eo magis abstinendum est, quod utra verior sit scriptura non constat; immo utraque bona esse possit; nam unum eundemque scriptorem saepe a duobus locis fuisse cognominatum nemo ignorat". Sequitur, ut ad Latinos quoque scriptores illum errorem pertinuisse ostendamus. De quibus brevius percurram. Hygino igitur fab. CCXLII. p. 297. „Menoeceus Iocastes pater se de muro praecipitavit Athenis", „Thebis" reddidit Micyllus, Lactantio in Stat. Theb. XII. 632. „Acropolin dicit arcem Thebarum (Schol. Barth. p. 1536. Athenarum), de

qua Neptuno et Minervae dicitur fuisse certamen" Tiraquellus ad Alex. ab Alex. Gen. Dier. VI. 11. p. 556. T. II. et Bentleius in Horat. Carm. I. 7, 7. p. 25. et Mythographo II. fab. 119. p. 115, 7., qui Neptunum et Minervam narrat de urbis nomine „in acropoli, Thebarum arce" contendisse, Maius restituit Athenas, denique apud Lactantium in Theb. XII. 504. p. 526. C. „Ovidius de Athenis, ad quas venit Invidia" Lindenbrogii liber exhibet „Thebanis". Deinde apud Tertullianum Apolog. XLVII. „Inde, opinor, et a quibusdam philosophia legibus quoque eiecta est a Thebaeis dico, a Spartiatis et Argaeis" ego Athenaeos (Muncker. in Fulgent. Mythol. I. p. 15.) sufficiendos Thebaeis censeo. Namque Thebanos in confesso est neque ea disciplina umquam insigniter expolitos fuisse neque vero philosophos e civitate eiecisse, id quod de Atheniensibus proditum est ab iis, quos indicarunt Havercampius ad Tertullian. l. d. p. 398. et Fabricius in Sext. Empir. adv. Rhet. 24. p. 194. Postremo afferam verba Ottonis Frisingensis de gest. Frider. I. lib. I. 33. ap. Murator. Scriptt. rer. Ital. VI. p. 668., cuius me fugit memoriam usurpare II. 6. p. 201. sq. „inde ad interiora Graeciae progressi Corinthum, Thebas, Athenas antiqua nobilitate celebres expugnant ac maxima ibidem praeda direpta opifices etiam, qui sericos pannos texere solent, captivos deducunt". Hic falso proditum esse videtur a Rogerio Athenas quoque expugnatas fuisse conf. Zinkeisen. Graec. Hist. p. 835. not. 1. Quem ego errorem non dubito inde natum esse, quod in graeco exemplari, unde illa deprompta fuerunt, quum primum Athenarum nomen vitio positum, deinde correctione facta, quo opus erat, Thebarum nomen rescriptum esset, haec duo vocabula iuxta collocata aliquo casu in loco permanserint. Atque hoc idem possit aliquis suspicari factum esse in Arrhiani Diss. Epict. III. 24. p. 510. *ποῦ δέ μ' εἶναι θέλεις; ἐν Ῥώμῃ ἢ ἐν Ἀθήναις ἢ ἐν Θήβαις ἢ ἐν Γυάροις*, si quis Thebas vehementius miretur, hoc dumtaxat loco praedicatas, silentio esse praeteritas et p. 512. et I. 25. p. 130. et IV. 4. p. 594. Hinc digredi licet ad locum Schol. Hesiod. Theog. 806. p. 532, 23. *Ὠγύγου βασιλεύσαντος πρῶτον τῶν Θηβῶν* etiamnum deformatum hoc vitio: *πρῶτον τῶν θεῶν*, quod contra factum est a librariis Plutarch. de Fortun. p. 302. Vol. VII. *εἰπὼν ὁ Σοφοκλῆς — τὰ δ' εὐκτὰ παρὰ θεῶν*, ubi in Mosqq. codd. *παρ' Ἀθηναίων* est. Rursus in Chaldaico oraculo ap. Procl. Theol. V. 35. p. 324. *καὶ γὰρ δὴ πάντευχος ἐνόπλιος εἶκα θεή* a Lobeckio Aglaoph. p. 224. sic correcto: *ἥκω Ἀθήνη*, prae dea Minervam librarii repudiarunt. De quo versu quoniam a Lobeckio leviter ita dissentio, ut *ἧκεν* praeoptem, in transitu attingam etiam oraculum, quod apud Eusebium in Praep. Evang. V. 7. p. 191. B. est: *οὐδὲν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖς ποτ' ἀδείματον οὐδ' ἀκράαντον ἔλεξε σοφοῖς Ἑκάτη θεοφήταις*, a Lobeckio p. 225. sic perscriptum: *οὐδὲν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖς ποτε δῖα μάταιον* (vel *θέσπισμα μάταιον*), cuius pristinam speciem equidem existimem hanc fuisse: *ποτ' ἄειδε μάταιον*. Revertor ad Scholiastam Hesiodi. Quid illo

vitio apertius potuit esse et magis in promptu? et quidem cuius temperantiae fuit, de illo loco commemorantem abstinere corrigendo? Videlicet Blomfieldus gloss. in Aesch. Sept. c. Theb. 310. p. 134. „ab Ogyge, inquit, pervetusto vel Atticae vel Thebarum vel, ut Schol. Hesiod., Deorum rege antiqua omnia et veneranda dicebantur". Non ista continentia fuit Muelleri in Tzetz. schol. in Lycophr. 1206. not. 3. Nec iam me teneo, quin Libanii Epist. MCCCXCIII. p. 640. *εἰ μὲν οὖν ἦσθα τῶν Ἀθηνῶν, ἡλγοῦμεν ἂν ὅτι σοι δύναμις οὐκ ἔστι*, quem non mediocriter Wolfius hac ratione corrupit: „*ἀδυνάτων* scripsi loco *Αθηνῶν*, quod codicem occupaverat. *Ἀδύνατος* est, qui nihil potest. vid. supr. ep. 1388. *τῶν μὲν γὰρ ἀδυνάτων ἡμῶν τὸ στένειν*", eum igitur locum iam profitear me ad veram sanitatem perduxisse hac coniectura: *ἦσθα τῶν ἀσθενῶν*. Cui coniecturae, si litterarum adhuc fides exigitur, abunde magnam firmitatem et robur addunt tum Aristidis libri in Eteon. p. 78, 8. *ὡς πρὶν ὑμεναῖον ἀθῆναί σοι* (*Ἀθηναίοισί σοι* Steph.) *καιρὸν εἶναι τοὺς θρήνους ᾄδειν κατέλαβεν* a Cantero Syntagm. de rat. Gr. auct. emend. II. p. 217. recte sic emaculati *ᾀσθῆναι* et Diodori (*εὐθηνεῖν* et *εὐσθενεῖν*) vid. Wesseling. IV. p. 323, 66., tum vero ipse ille Mediceus liber, qui in Epist. CCCLX. p. 176. pro *τὸ γὰρ δὴ μικρὸν τοῦτο μέγα τοῖς ἀσθενέσι πρὸς τοὺς εὐπόρους* hanc scripturam ostentat: *μικρὸν τοῦτο μέγα τοῖς ἀθήνησι*. conf. Boissonad. in Hierophil. *περὶ τροφ.* p. 270. Nonno autem XXIV. 115. p. 626, 25. *Ὠκύτεροι Τελχῖνες ἁλιτρεφέων* (Lobeck. Paralip. p. 387. adnot. 107.) *ὑπὲρ ἵππων Πατρῴης ἐλατῆρες ἁλικρηπῖδος Ἀθήνης Εἰς δρόμον ὠμάρτησαν ἐπειγομένῳ Διονύσῳ* verum est reddi hanc vocem: *ἁλικρηπῖδος ἀπήνης* nec vereor, ne versum Bassaricorum Dionysii ap. Steph. Byz. v. *Ἔαρες*: *οἱ δὲ θοῶς προγένοντο Διωνύσου κατὰ Θήβης*, quem manifesto depravatissimum dicit Bernhardyus comm. de Dionys. Perieg. p. 517., commodiorem in statum non videar vindicasse, si eandem artem adhibuero: *οἱ δὲ θοῶς προγένοντο Διωνύσου κατ' ἀπήνης*. conf. Corollar. V. p. 362. Sed ut post deos hominum etiam mentionem habeam, in Schol. Aristoph. Pac. 424. *ἀλεξίκακος γὰρ Ἡρακλῆς παρ' ἀνθρώποις ἐτιμᾶτο· καὶ Ἀπόλλωνα καὶ Ἡρακλέα ἀλεξικάκους τιμῶσι* Athenienses scribendi sunt. In quam rem utor Proleg. in Hermog. *περὶ στασ.* p. 19, 7. Vol. VII. *τοὺς Ἀθηναίους εἰς τόδε προτρεπόμενος* (Monac. *τοὺς ἀνθρώπους*) et Frommelio in Schol. Aristid. p. 163. [Nunc video Dionysii versum sic scriptum a Westermanno p. 115, 3. *Διωνύσου κατὰ φήμης*].

COROLLARIUM XXIV.

[III. 1. p. 258.] De matre Boeoti scriptorum, quos appellavi, ea dissensio est, ut ex Melanippa eum genitum perhibeant Euripides, Strabo, Diodorus, Scholiasta Euripidis, Hyginus, Pausanias IX. 1, 1. p. 3., ex Arne nympha reliqui, quibus accedit Eustathius in Dionys. Perieg. 426. p. 178, 12. et Hom. Il. II. 511. p. 270, 28. Etym. M. p. 203, 14. Nam quod apud Hyginum fab. CLVII. p. 227. legitur nomen Antiopa „Boeotus Neptuni filius — ex Antiopa Aeoli filia", id non dubium est quin convertendum sit aut in Menalippam aut in Anthippen. Quod ne ignoretur, qua ratione mihi permiserim nomen ex Apollodoro (II. 7, 8. p. 161. Ἀνθίππη Θεσπίου θυγάτηρ) cognitum usurpare: „nominum propriorum dittographia apud Graecos late grassata est". Verba haec sunt Lobeckii in Soph. Aiac. 569. p. 286. ed. alt. (add. Aglaoph. p. 996.), disserentis de nominibus Meliboea, Periboea, Eriboea, quae similem controversiam faciunt atque Laodamia, Deidamia, Hippodamia Wesseling. in Diodor. V. p. 395, 65. Thiodamas, Polydamas, ut ego arbitror, Schrader. praef. ad Emendd. p. 337. sq. Lips. exempl. Archippe, Leucippe, Nicippe Sturz. Pherecyd. fr. XXX. p. 140. Wesseling. Probabb. VII. p. 65. sq. Alcippe, Glaucippe Gessner. in Tatian. Apol. 53. p. 115. Euphrosyne, Homophrosyne Coluth. 183. conf. Schrader. Animadvv. ad Mus. IX. p. 189., Erizelus, Polyzelus Davis. in Maxim. Tyr. Diss. V. 9. p. 81. Valckenar. in Herod. VI. 114. p. 234., qui omisit Schol. Aristid. p. 47. Axiothea, Biothea Maasvic. in Polyaen. VIII. 48. p. 796. Chaerephanes, Nicophanes Wyttenb. in Plutarch. de aud. poet. p. 18. B. Animadvv. p. 200. Theophilus, Sophilus, Diphilus Taylor. in Lys. in Theomnest. p. 372. Rsk. Nec piget hoc loco subiicere atque evolvere rem retrusam atque abditam. Quem enim plerique Strabone l. d. contestante et Euripide Melanipp. p. 212. ad Metabum (Salmas. Plin. Exerc. p. 46. F. sq.) vel Metapontum et ipsum Neptuni filium (Schol. Clem. Alexandr. p. 118.) aut ad Dium, ut Asius poeta, scripserunt cum matre delatum Boeotum, eum Dio Italo homine et Dio Macedoniae urbe (Theophrast. causs. plant. I. 13, 11. p. 362. Diodor. XVIII. p. 260, 37. Liv. XLIV. 2. Siebelis. in Pausan. IX. 30, 3. p. 97.), ut suspicari succurrit, confusis temere nonnulli voluerunt in Thraciam habitatum concessisse ut Hyginus p. 262. „Post quae Metapontus duxit coniugio Melanippen eosque sibi filios adoptavit, qui in Propontide ex suo nomine condiderunt Boeotus Boeotiam, Aeolus Aeoliam" et Philostratus, qui Boeotum cum Thressa nuptias habuisse prodidit Epist. XLII. p. 933. Quid de Oleario dicam, qui Boeotum Itoni vel Neptuni filium, a quo Boeotia Atticae vicina nomen habet,

alium esse dicat not. 13., alium Boeotum Neptuno genitum Metaponti filium adoptivum, a quo Boeotiae in Thracia nomen ortum"? Et Thressam quidem contestantur, qui ab Oleario excitati sunt, Stephanus Byzantius et Eustathius in Dionys. Perieg. 322. p. 150, 33. Ἀρριανὸς καὶ Θρᾴκην τινὰ ἱστορεῖ νύμφην σοφὴν ἀμφὶ ἐπῳδάς τε καὶ φάρμακα καὶ οἷαν τὰ μὲν ἑλκύσαι (ἑκλῦσαι Bernhard. p. 891.) τῶν παθημάτων φαρμάκοις, τὰ δὲ ἐργάσασθαι· ὁποία τις καὶ ἡ Μήδεια ἱστόρηται καὶ ἡ Ἀγαμήδη καὶ ἡ θρυλουμένη Κίρκη. Quae verba controversia vix potest esse quin vere restituerim hac emendatione: οἷαν τὰ μὲν ἑλκῶσαι (ἑλκῷσαι Huds.) τῶν παθημάτων φαρμάκοις, τὰ δὲ εὖ ἰάσασθαι. Scripserant librarii, ut erant proniores ad permutandas litteras tum γ et ι tum υ et ῥ, cuius quidem rei documento habeo Dionys. de Comp. Verb. XXII. p. 324. (σαφῶς μὲν εὑρεῖν — ἀδύνατα ἦν. Reg. I. et Colb. ἐρεῖν et IV. p. 50. ἐξ εὐεργεσίης. Reg. 1. ἐργασίης), scripserant igitur εὐγάσασθαι ac subinde ἐργάσασθαι. Est tamen aliquid ultra, quo progredi mutatio possit, neque defuturos spero, qui quod non infrequens est confusio vocularum εὖ et ἐκ (Schaefer. Melett. p. 6. et 69.), iccirco Eustathio ἐξιάσασθαι tamquam debitum reddere animum inducant. Nam litteram ξ adsciscere eadem ratione licet, qua librarii quum reperissent apud Leonem Diaconum VII. 3. p. 117,23. hoc scribendi genus: ἤδη δὲ καὶ ἀποχρῶσαν ὁρῶν τὴν ἐπισυναχθεῖσαν στρατιὰν, ὡς κ̀ς ἱκανὴν ἐξ ἀντιπάλου παρατυχὸν τοῖς ἐναντίοις συμπλέκεσθαι, τῷ Δουκὶ ταῦτα δηλοῖ, minus percepta istius notae (Bast. Append. Epist. crit. p. 21.) natura et vi in litteras hocce dederunt: ὡς ἐξ ἱκανήν, quum edi oporteret: ὡς καὶ ἱκανήν. Hoc enim, censeo, recte habet, non item ὡς εἶναι ἱκανήν, quod placuit Hasio. Neque absimile est, quod apud Xenoph. Exp. Cyr. V. 6, 19. pro ἐκποριοῦσι aliquot libri offerunt ἐξευποριοῦσι. Nunc perspicuum faciam, quale vitium in Philostrati loco penitus infixum sit atque haereat. Qui quidem ita legitur: ἀλλὰ μὴ Θρᾷττα καὶ Σιδωνία (δοκεῖς εἶναι)· καὶ μὴν καὶ τούτων ἔρως ἥψατο· καὶ ἡ μὲν τῷ Νίνῳ συνεπλάκη, ἡ δὲ τῷ Βοιωτῷ. Ac primum quod in Graecarum civitatium commemoratione deinceps versatus scriptor ad Asiam excedit, id equidem haudquaquam tolerabile est. Et ut hoc sit tolerabile, at seorsum utique a Thressa narrandum fuerat de Sidoniae puellae nuptiis. Verum duo haec relinquam idque largiar doctrinae Olearii eximiae et satis subtili, qui sic ait not. 12. „Sidoniam intelligit forte Europam, quam Nino συμπλακῆναι dicit nomen regis nominans, cuius amori illa cessit. Nam regem in deum convertere ipsumque Iovem fabulosorum est scriptorum. Fabulam autem historice explicat noster. Ut Ninus vero Iupiter, sic Europa θεά sistitur in nummis Traiani, in quibus circa Europam Tauro insidentem legitur ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ. add. Holstenium ad Stephan. p. 293." Scilicet optare hoc quidem est, non docere et vero ea verba transcripsisse nihil aliud est quam decernere, ne illa quae nulla est, esse aliqua explicatio iudicetur. Quid quaeris? Non magis in con-

fessum venit Virgilium et Ovidium licenter ab iis elusos, qui Sidonias nives eos memorantes fecerunt (vid. Burmann. in Virg. Ecl. X. 66. et Ovid. Amor. III. 7, 8.), quam Philostratum loquutum in hoc loco esse Sithoniam puellam. Ac quoniam hoc satis aperte et probabiliter argumentatus sum, illud consequitur, ut summoto illo Nino in locum assumatur Nysius deus. *Νύσιος γὰρ ὁ Διόνυσος ἀπὸ τῆς ἐν Ἰνδοῖς Νύσης Ἰνδοῖς τε ὀνομάζεται καὶ πᾶσι τοῖς πρὸς ἀκτῖνα ἔθνεσιν*, ut apud eundem Philostratum est vit. Apollon. Tyan. II. 2. p. 51. In quo loco quod Morellius exhibuit *βασιλεὺς Ἀρσάκης θεῷ Νισαίῳ*, id non magis recte atque ordine factum est, quam quod in libr. I. 3. p. 5. propagavit codicum aliquot scripturam *τῷ γὰρ Νίνῳ*, quam sic corrigi oportuerat: *τῷ γὰρ Νινίῳ*. Nysii dei autem mentionem intuli propterea, quod Bacchum deum Sithonii regis filiam Pallenen luctando superatam nuptiis sibi adiunxisse inveneram in Nonni Dionys. XLVIII. 98. p. 1252, 24. *ἀγχιγάμου δὲ Παλλήνης δυς-έρωτι παριστάμενος γενετῆρι Ῥιγεδανῆς ὑμέναιον ἀτάσθαλον ἤτεε κούρης Ποικίλα δ' ὤρεγε δῶρα καὶ αἰτίζοντι Λυαίῳ Φρικτὸς ἀνὴρ κήρυξε παλαισμοσύνην ὑμεναίων Καί μιν ἄγων ἐπέβησε κακοξείνοιο παλαίστρης, Ὀππόθι τολμήεσσα δορυσσόος ἵστατο κούρη Νυμφιδίην ὤμοισιν ἐλαφρίζουσα βοείην.* 1254, 5. *Καὶ δόρυ θοῦρον ἔθηκε γαμήλιον, ἁβροτέρη δὲ Σιθονὶς ἀκρήδεμνος, ἀσάνδαλος ἵστατο κούρη.* p. 1256, 2. *καὶ θεὸς ἀντιτύπων περιδέσμιον ἅμματι χειρῶν Παρθενικὴν ἐρόεσσαν ἑλὼν ἅτε θύρσον ἀείρων Λόχμιον ἀμφιέλικτον ἐκούφισεν ὑψόθεν ὤμου Χειρὶ δὲ φειδομένῃ βριαρὴν ἀπεσείσατο κούρην Παλλήνην δ' ἀτίναχτον ὅλην ἐτανύσσατο κούρην* 29. *ἐν δαπέδῳ στορέσας καὶ ἐπὶ χθονὶ κέκλιτο κούρη Χεῖρας ἐφαπλώσασα τιταινομένη δ' ἐπὶ πέζαν Εὐπαλάμῳ σφήκωσεν ὁμόζυγον αὐχένα δεσμῷ, Ὠκυτέροις δὲ πόδεσσι πατὴρ κατὰ μέσσον ὀρούσας Ἀθλεύειν ἐθέλουσαν ἑὴν ἀνεσείρασε κούρην Καὶ γαμίην ἀνέκοψεν ἀεθλοσύνην ὑμεναίων Νίκην ἱμερόεσσαν ἐπιτρέψας Διονύσῳ.* p. 1258, 15. *Καὶ γάμος ἦν πολύϋμνος* 23. *Καὶ γαμέη Γαλάτεια περισκαίρουσα θαλάσσῃ Παλλήνην ἐλίγαινε συναπτομένην Διονύσῳ.* v. 353. p. 1280, 18. *Σιθονίης τ' ἀλόχοιο νεοζυγέων ὑμεναίων Παλλήνης γάμον οἶδα.* Apud eundem Nonnum XI. 164. p. 304, 20. praeteriens addo legendum esse *κυκλάδι νύσσῃ* pro *κισσοῦ*. Quid refert autem ad haec parum congruere Cononis narrationem X. p. 252. et Parthenii p. 354.? Verum illuc, unde coepi. Quae de Boeoti matre scriptores variant, absolvi. Sequitur, ut de patre quoque duplicem famam esse afferam. Alii, ut dixi, ex Neptuno Boeotum genitum auctores sunt, alii eius patrem Itonum, Amphictyonis filium (Pausan. IX. 1, 1. p. 3. 34, 1. p. 124. V. 1, 1. p. 309. Vol. II. Armenid. ap. Schol. Apoll. Rhod. I. 551. p. 378. Lyc. ap. Tzetz. Lycophr. 1206.) dixerunt Thebanae famae assentientes ut Pausanias IX. 1, 1. *Βοιωτοὶ δὲ τὸ μὲν πᾶν ἔθνος ἀπὸ Βοιωτοῦ τὸ ὄνομα ἔσχηκεν, ὃν Ἰτώνου παῖδα καὶ νύμφης [δὴ] Μελανίππης* (voculae *δή* vim qualis esset pessime explicavit Siebelisius ad libr. II. 31, 4. p. 244.). *Ἴτωνον δὲ Ἀμφικτύονος εἶναι λέ-*

γουσι. Conf. Siebelis. Hellen. p. 200. 203. Utramque narrationem videri posset Diodorus haud incommode eo confudisse, quod Boeoto patre Itonum natum prodidit IV. p. 312, 83. Βοιωτοῦ δὲ Ἴτωνος γενόμενος ἐτέκνωσεν υἱοὺς τέτταρας, Ἱππάλκιμον καὶ Ἠλεκτρύωνα, ἔτι δὲ Ἀρχίλυκον καὶ Ἀλεγήνορα, nisi haec antiquitus sic scripta fuisse: Βοιωτοῦ δὲ Ἐτεωνὸς γενόμενος ἐτέκνωσεν — Ἱππάλκιμον καὶ Ἠλεκτρύωνα ἔτι δὲ Ἀρηΐλυκον καί Ἀλεγήνορα certissimo argumento mihi essent Scholiastae Hom. Iliad. II. 494. p. 80. a. 38. verba, illa quidem Wesselingio in Diodor. l. d. et Heynio nott. ad Apollod. I. 9, 17. p. 182. et Burmanno Catalog. Argonaut. p. CXXI., si iis explorata fuissent, multum profutura: Ἄρνης τῆς Αἰόλου καὶ Ποσειδῶνος Βοιωτὸς, ἀφ' οὗ ἡ Βοιωτία, οὗ Ἐτεωνὸς (Eustath. ad 497. p. 265, 35. Ἐτεωνὸς Βοιωτοῦ μὲν ἦν ἀπόγονος), οὗ Ἀρηΐλυκος, Ἀλεκτρύων, Ἱππαλκμος, Ἀλεγήνωρ· Ἀρηϊλύκου Ἀρκεσίλαος καὶ Προθοήνωρ, Ἀλεκτρύονος Λήϊτος, Ἱππάλκμου Πηνέλεως, Ἀλεγήνορος Κλονίος. Ceterum de Armenida, quem supra ad testimonium vocavi, notandum est Schol. Apoll. Rhod. p. 378. Ἀρμενίδας δὲ ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς Ἀμφικτύονος υἱὸν Ἰτωνὸν ἐν Θεσσαλίᾳ γεννηθῆναι, ἀφ' οὗ Ἴτων πόλις καὶ Ἰτωνὶς Ἀθηνᾶ librum Paris. p. 43. in hoc discrepare: Ἀρμενίδης ἐν τοῖς Μεγαρικοῖς. Quae Megarica amplianda sunt.

COROLLARIUM XXV.

[III. 1. p. 266.] Callimachi versum, quum ap. Etym. Magn. p. 223, 33. γέγειος, ὁ ἀρχαῖος· παρὰ Ἑκαταίῳ καὶ καλῶν ἦρ' ὅτι τὼς ὁ γέγειος ἔχει λόγος· καὶ ἦχεῖ γέγεια ἄνθεα μήκωνός τε et apud Bentleium fr. CIII. p. 356. παρὰ Ἑκαταίῳ καὶ Καλλιμάχῳ· ἦ ῥ' ὅτι τὼς ὁ γέγειος ἔχει λόγος καὶ ἦχι γέγεια Ἄνθεα μήκωνός τε (conf. Creuzer. fragm. hist. p. 74.) non mediocriter corruptus legatur, equidem moneo nonnihil tamen in coniectando sequutus sic restituendum: Ἠρόχι', ὡς ὁ γέγειος ἔχει λόγος. Eo rem vetustate oblitteratam, ceterum Hesychii memoria infixam affero, festum fuisse aliquod Graecorum, cui nomen Ἠρόχια· τὰ Θεοδαίσια· οἱ δὲ ἑορτὴν, οἱ δὲ ἔρια (ἱερά?) Hesych. p. 1656. conf. Albert. not. 20. Videtur autem spiritus asper (quem praefert vocula ὡς) in τ abisse" Seidler. Eurip. Troad. 1123. p. 124. et conversionem litterarum τ et χ a nobis factam velim omnibus purgatam ac probatam esse per Bastii disputationem Epist. Crit. p. 215. Conf. II. 1. p. 88. Nonn. X. 305. p. 286, 25. καλὸν ἐμοὶ Σεμέλης στεροπὴν ὀλέτειραν ἀείρειν; sic enim scribendum puto pro ἐλάχειαν. Ceterum Aeschylum quoque Suppl. 860.

voce γέγειος usum esse vult Lobeckius Auct. adnott. ad Aiac. p. 552. Quod superest, quum olim eo inclinassem, ut Hecataei nomen hac arte dissolverem: (πάρα) ἐκ ᾱ αἰτίων nonnullam similitudinem recordatus esse horum locorum p. 513, 20. ἐκ Πινδάρου et 639, 33. ἔχομεν παρὰ Πινδάρῳ, ne cuius incerti vanique auctor essem me a mutando abstinui maxime ob eam caussam, quod ab Hecataeo, cui consilio scilicet praeclaro usus illum versum assignavit Klausenius fragm. 366. p. 154., nequaquam spreta fuisse antiqua atque obsoleta verba documentum ceperam ex Photii lexico p. 577, 3. Τενθεὺς ὁ Πενθεύς· παρ' ἑκατέρῳ (Toup. Ἑκαταίῳ) et Schol. Oed. Col. 1320. p. 54. Ταλαοῦ, ὃν ἔνιοι διὰ τοῦ κ̄ Καλαὸν προσαγορεύουσι, καθάπερ — Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος. Et quia non inepte in vicem litterae τ substitui litteram χ, dulcedo me invadit breviter perstringendi mendum memoratu dignissimum, ut Reisigius ait Comm. Crit. ad Oed. Col. 1368. p. 357. atque illustratum a Valckenario in Ammon. p. 89. Porsono in Eurip. Med. 553. p. 64. et 722. p. 76. Bastio Epist. Crit. p. 147. Iacobsio in Callistr. Stat. IX. p. 713. Wyttenbachio in Plutarch. de aud. poet. p. 22. D. p. 230., aliis, quos appellarunt Werusdorfius ad Himer. Ecl. II. 10. p. 50. et Blomfieldus ad Aesch. Agam. 1543. p. 140. Conveniens est enim meo iudicio Libanio Epist. DCCCCXIV. p. 426. ἐν γὰρ ἐλπίσιν εἰμὶ τὸν βασιλέα καὶ ταύτας τὰς πόλεις ὑπὸ τῇ σῇ ψυχῇ καταστήσειν reddi τυχῇ itemque προσέψωσι Eupolidi in Συναγωγ. λεξ. χρησ. v. ἀχράδες p. 475, 13. Ἀστρατευτ. fragm. V. p. 92. οἱ πεπείρους ἀχράδας πρὸς τῇ συκιδι προσετως. Quem quidem versum ad pristinam speciem revocare nihil negotii fuit, postquam in mentem mihi venit Dioscoridis I. 168. p. 151. ἡ δὲ ἐκ τοῦ ξύλου αὐτῶν τέφρα βοηθεῖ ἐναργῶς τοῖς ὑπὸ μυκήτων πνιγομένοις. Φασὶ δέ τινες ὅτι κἂν συνεψήσῃ τις ἀχράδας μύκησιν, ἀβλαβεῖς αὐτοὺς γίνεσθαι et auctoris libri περὶ δηλητ. φαρμ. 23. p. 33. συνεψόμεναι δὲ αἱ ἀχράδες ἢ τὰ φύλλα τοῖς μύκησιν ἀφαιροῦνται τὸ πνιγῶδες αὐτῶν· ἐσθιόμεναι δὲ ὠφελοῦσιν. Atque adeo pro certo dicere ausim verba Dioscoridis spectare ad eum ipsum Eupolidis versum quem posui, quemadmodum verba, quae sunt in I. 153. p. 144. τὰ λέπη δὲ τῆς ῥοᾶς ἅ τινες σίδια καλοῦσι, ad Aristoph. Nub. 883. κἀκ τῶν σιδίων βατράχους ἐποίει. — Libet subiicere id, quod Tzetzae locum supra III. 1. p. 267. attentanti mihi in mentem occurrit. In Plutarchi vita Periclis enim XVI. p. 403. quum hoc vulgatum esset: ἅπαντα μὲν οὖν ταῦτα τῆς Ἀναξαγόρου σοφίας, repudiata Valckenarii Diatr. XXI. p. 222. c. emendatione ἀπᾴδοντα, quae assensum tulerat Car. Gottl. Kuhnii in Aelian. Var. Histt. XIII. 1. p. 204., Sintenisius quod ab Coraio excogitatum commmendatumque est verbum ἀπεναντία, suscepit, approbavit, foras dedit. Quod quidem verbum novum est atque Schaefero mihique adhuc invisitatum. Itaque quo eam abluam deformitatem, non ἀπαντᾷ μὲν — τῇ rescribo, sed ἀπηρτημένα οὖν ταῦτα vid. Lennep. in Phalar. Epist. L. p. 168. Wyttenbach. in Plutarch. p. 752. Eiusdem Sin-

tenisii vice fungens verba IV. p. 384. libris sic prodita: *νοῦν ἐπέστησε καθαρὸν καὶ ἄκρατον, ἐμμεμιγμένοις πᾶσι τοῖς ἄλλοις, ἀποκρίνοντα τὰς ὁμοιομερείας*, a Reiskio Sintenisioque in hunc modum immutata: *ἐν μεμιγμένοις πᾶσι τοῖς ἄλλοις*, ad meliorem et saniorem habitum revoco hac coniectura: *νοῦν ἐπέστησε καθαρὸν καὶ ἄκρατον συμμεμιγμένοις πᾶσι τοῖς ἄλλοις*, quam pluribus venditare et ostentare ambitiosius existimo. Nam vel manifestissimum est inter se contraria esse illa *ἐν μεμιγμένοις πᾶσι* et *ἐπέστησε νοῦν ἄκρατον*. Ceterum eo vitio cumulatas esse Graecorum scriptorum exemplaria demonstrarunt Schaeferus in Dionys. de Comp. Verb. p. 147. et Melett. Crit. ind. p. 164. et Schol. Apoll. Rhod. II. 1027. p. 203. Baehr. in Plutarch. vit. Philop. 11. p. 43. Boissonad. in Planud. Met. p. 214. Apoll. Rhod. IV. 613. *συμφέρεται δίναις* „sic quinque regii. Vulgo *ἐμφέρεται*" Brunck. p. 366. Georg. Diaeret. in Hermog. p. 517, 15. Vatic. *συγχωρεῖ*. Vindob. *ἐνχωρεῖ*.

COROLLARIUM XXVI.

[III. 3. p. 298.] Non tempero mihi, quin propositae operis formae hoc, qualecunque est, inseram. Nam de filiabus Proeti, a quo Maeram Locri matrem genitam diximus, sic meminit Hesychius p. 207. *ἀκρουχεῖ· ἄκρον ἔχει. Ἄκροι δὲ ὄρος τῆς Ἀργείας, ἐφ' οὗ Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο Μελάμπους καθάρας τὰς Προιτίδας ἤγουν ταῖς Χάρισιν* „ubi pro *ταῖς Χάρισι* Iacobsius Anth. Gr. T. XI. p. 406. corrigit *ἐν Λουσοῖς ἐν Ἀρκάσιν*, sed medicina violentior et obstat Hesychius ipse: *Προιτίδες· χάριτες* (p. 1032. Phavorin. p. 625.); quod nomen Proeti filiabus impositum fortasse ob numerum parem aut ob formae praestantiam ab Hesiodo praedicatam Strab. VIII. p. 360. Hinc fortasse aliquis veram eruet scripturam". Sic pronunciavit Lobeckius Aglaoph. p. 299., qui adiicere poterat Rufini versum 9. fab. Pasiph. T. III. p. 393. Wernsd. „Proetides dicit beatas loque laudat" et Hesychii locum deinceps describendum. Equidem nolo longiore exordio exsequi, quae de Proetidum insania variant auctores, quas alii ab Aesculapio ut Scholiasta Pindar. Pyth. III. 96. p. 333., plerique a Melampode sanatas aut helleboro (Hippocrat. Epist. ad Cratenam p. 323. T. III. p. 793. Kuehn.) aut carmine et herbis (Ovid. Met. XV. 326.) aut alia arte esse tradiderunt. Sed illud attinet usurpare, quod haud incerto auctore attulit Wesselingius in Diodor. IV. p. 313, 19., a Baccho Proetidibus furorem immissum fuisse. De quo testimonium est hoc Hesiodi ap. Apollodor. II. 2, 2. p. 89. *αὗται δὲ — ἐμάνησαν· ὡς μὲν Ἡσίοδός φησιν ὅτι τὰς Διονύσου τι-*

λετὰς οὐ κατεδέχοντο. Diodor. l. d. p. 313, 14. καὶ Μελάμπους μὲν μάντις ὢν τὰς Ἀργείας γυναῖκας μανείσας διὰ τὴν Διονύσου μῆνιν ἐθεράπευσεν. Quo eodem non inepte videntur referri posse, quae de natura Clitorii fontis memoriae prodidit Eudoxus ap. Stephan. Byz. p. 20, 33. ἔστι κρήνη τῆς Ἀζηνίας ἣ τοὺς γευσαμένους τοῦ ὕδατος ποιεῖ μηδὲ τὴν ὀσμὴν τοῦ οἴνου ἀνέχεσθαι, εἰς ἣν λέγουσι Μελάμποδα, ὅτε τὰς Προιτίδας ἐκάθαιρεν, ἐμβαλεῖν τὰ ἀποκαθάρματα et quos excitarunt Hesselius et Oberlinus in Vib. Sequestr. p. 227. sq. et Iacobsius in Anth. Gr. l. d. Ecquid est autem, quo Bacchi sacra tam vehementer contineantur, quam saltationibus? Quocirca suspicio insinuavit animo illius ritus, quo maxime opus fuerat Proetidibus ad placandam iram numinis, mentionem ab Hesychio factam scriptumque pristino tempore fuisse: Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο Μελάμπους καθάρας τὰς Προιτίδας ἤγουν ταῖς χορείαις id est Dianae templum condidit, cuius fanatica sacra essent Lobeck. Aglaoph. p. 1089. et quae montibus virgo praesideret, ex quibus μετ' ἀλαλαγμοῦ καί τινος ἐνθέου χορείας (ἐκ τῶν ὀρῶν) αὐτὰς ἐς Σικυῶνα συνεδίωξε· κατὰ δὲ τὸν διωγμὸν ἡ πρεσβυτάτη τῶν θυγατέρων Ἰριανόη μετήλλαξεν· ταῖς δὲ λοιπαῖς τυχούσαις καθαρμῶν σωφρονῆσαι συνέβη Apollodor. II. 2, 2. p. 91. Quam coniecturam confirmare licet iis, quae posuit Lobeckius Aglaoph. p. 1102. „Melampus quum Proetidas ab ira Bacchi vindicaverit aptissimus inventus est Herodoto II. 49., a quo sacrorum Bacchicorum institutionem repeteret. Apollod. II. 1, 4. (? 2, 2.) αὗται δὲ ὡς ἐτελειώθησαν ἐμάνησαν — ὅτι τὰς Διονύσου τελετὰς οὐ κατεδέχοντο, quibus Melampodis subiungitur sollertia et furentium curatio μετ' ἐνθέου χορείας καὶ καθαρμῶν (p. 91.) hoc est, ut arbitror, cum deprecatione numinis laesi et lustralium cerimoniarum, quae eaedem Bacchicae erant, perfunctione. — Herodotus si illud quoque accepit, quod Athenaeus refert p. 45. A. Melampodem vini temperaturam invenisse, eo facilius induci potuit, ut hunc sacrorum Bacchicorum conditorem existimaret". Unde forsitan de Proetidibus accipere possis Hesychii verba p. 1441. Ὑαργίδες αἱ εὐειδεῖς Βάκχαι αἱ Ἀργεῖαι conf. Lobeck. Aglaoph. p. 1046. Ac proinde si probabiliter argumentatus sum faciendum est, ut illud Προιτίδες· χάριτες hoc modo integretur: Προιτίδες· χορίτιδες. Quam vocem legimus apud Callimachum h. in Dian. 13. ἑξήκοντα χορήτιδας Ὠκεανίνας, Nonnum V. 90. p. 144, 22. et XLVII. 444. p. 1230, 3. χορείτιδες Ὀρχομενοῖο. XXIV. 261. p. 636, 6. XXXI. 204. p. 796, 4. XXXIV. 37. p. 844, 21. et XLI. 225. p. 1064, 29. XLVIII. 281. p. 1264, 9. χορείτιδες Ὧραι XLVI. 158. p. 1188, 23. Πιερίδας χορίτιδας I. 504. p. 38, 18. Ruhnken. Epist. Crit. II. p. 141. Add. Hesych. p. 1047. Λύσμαιναι· αἱ ἐν Σπάρτῃ χορίτιδες Βάκχαι, quae antequam a Meinekio in Euphor. p. 94. inspicerentur, prava scriptura χωρίτιδες (Toup. Epist. Crit. p. 53. Fiorill. in Herod. Attic. p. 105.) item corrupta erant, quemadmodum apud Pausaniam II. 20, 3. p. 257. Τούτων δὲ ἀπαντικρὺ Νεμείου Διός ἐστιν ἱερόν —· τὸ δὲ μνῆμα τὸ πλησίον χωρείας

(χωρίας) μαινάδος ὀνομάζουσι Διονύσῳ λέγοντες — ταύτην ἐς Ἄργος συστρατεύσασθαι vocem χορείαν multorum librorum consensu corruptam vidit Clavierius et ostendit Schubartus p. 328. Sed eiusdem Meineckii conatum cetera sic reformandi: Δύμαιναι αἱ ἐν Καρύαις χορίτιδες cum Lobeckius Aglaoph. p. 1085. reprimit ac retardat tum vero, qui in hac caussa a nullodum productus est Philargyrius in Virg. Georg. II. 487. p. 333. „Bacchi enim orgia in montibus celebrari solebant a furiosis Bacchis, quae a Spartanis, quorum mons erat Taygeta, δύσμαιναι appellabantur". Δύμαιναι, prout in promiscuo usu sunt Δύμη et Δύσμη Lobeck. Aglaoph. p. 1089., extat in Euphorionis versu fr. XLII. p. 93. ap. Steph. Byz. v. Δυμᾶν· φιλοπλοκάμοισι Δυμαίναις, qui auctior ampliorque comparuit in Montef. libro ap. Dindorf. p. XCVI. Δαίμων ..... σαιτο φιλοπλοκάμοισι Δυμαίναις. Iuvat aliquot Euphorionis versus quam maxima brevitate percurrere cum alios tum quos in hoc opere usurpavimus. Veluti qui mentionem lavacri Amphiaraei habet fr. LXIX. p. 138. ap. Steph. Byz. v. Ὠρωπός p. 476, 29. Ὠρωπὸς Βοιωτίας, περὶ ἧς Εὐφορίων Κλιτρίς (κλιτορίς Rehd.)· Αὐλήτης (Rehd. αὐλισής) Ὠρωπός τε καὶ Ἀμφιάρεια λοετρά, is dubito an petitus sit ex libro aliquo, cui nomen inscriptum fuerit Κλειτόριοι (γυναικὸς Κλιτορίας Plutarch. Cim. XVI. p. 268.). Quod nomen quam amplam disserendi materiam suppeditaverit vel Pausanias dicit VIII. 4, 3. p. 280. et 21, 1. sq. p. 344. sq. Succurrit etiam de Clitore, qui patre Azane natus fuit, significare, ex cuius filia Eurymedusa Myrmidonem ab Iove procreatum volunt Scholiasta Clement. Alex. p. 109. ὁ Μύρμηξ ὄνομα κύριον ἀνθρώπου, ᾧ ὁμοιωθεὶς ὁ Ζεὺς μίσγεται Εὐρυμεδούσῃ τῇ Κλήτορος θυγατρὶ, γεννᾷ δὲ Μυρμιδόνα ἐξ αὐτῆς, Arnobius, alii ab Munckero in Hygin. fab. LII. p. 100. et Heynio ad Apollod. III. 12, 6. p. 772. allati, a quibus discrepat auctor Recognitt. Clem. X. 22. p. 318. D. „Eurymedusam Acheloi (stupravit) mutatus in formicam, e qua nascitur Myrmidon" et Clem. Homil. V. 13. p. 672. B. Εὐρυμεδούσῃ τῇ Ἀχελῴου μύρμηξ γενόμενος, ἐξ ἧς Μυρμιδών. De Azanis mentione autem venio ad id, quod Appuleius qui dicitur de Orthogr. 51. p. 12. protulit levis scriptor, Osanno tamen magnopere laudatus „Azania est pars Arcadiae, ubi natum Iovem tradit Euphorion" et dum longius labor ad Schol. Vatic. Rhes. 36. p. 473. Τὸν Πᾶνα ἄλλοι (φασί) Ἀπόλλωνος καὶ Πηνελόπης, ὡς καὶ Εὐφορίων. Dein Thraci, in quo Oncaeas portas scriptas fuisse dixi III. 1., referendum est, quod legitur ap. Schol. Clement. Alex. p. 108. μέμνηται καὶ Εὐφορίων ἐν Θρᾴκῃ τῶν Ἱπποκόωντος παίδων τῶν ἀντιμνηστήρων τῶν Διοσκούρων. Ab eodem Scholiasta p. 97. qui contestatus est liber Εὐφορίων ἐν τῇ Ἱστίᾳ, de quo nihil suspicatus est Schneidewinius Coni. Crit. p. 7., in incerto relinquo an in rerum Euboicarum commemoratione versatus fuerit. Etiam adiicio de Apollodori versu fr. IV. p. 58. verba fecisse Schneiderum ad Oppian. Ixeut. II. 16. p. 432. sq.

COROLLARIUM XXVII.

[III. 5. p. 320.] Huic quaestioni rem parum ad notitiam pertinentem interponam. De Aeschyli versu enim, qui in Persis est 489. *Στρατὸς δ' ὁ λοιπὸς ἔν τε Βοιωτῶν χθονὶ Ἀιώλεθ', οἱ μὲν ἀμφὶ Κρηναῖον γάνος Λίψῃ πονοῦντες, οἱ δ' ὑπ' ἄσθματος κενοί — Διεκπερῶμεν εἴς τε Φωκέων χθόνα* Crenaeas aquas dempserunt, compensarunt fontanis (id quod factum video iam ab Palmerio ad Scylac. Peripl. p. 55. Gron. sive Exercitt. p. 276.) Blomfieldus et Valckenarius ad Herodot. VIII. 115. p. 190. Nam quod Scholiasta Aeschyli p. 302. proposuit *τόπος Βοιωτίας ἡ Κρήνη*, illi (gloss. p. 158.) auctorem idoneum non habere, huic absurde dictum visum est. Neque hi iniuria pronunciarunt. Quod cum aliis rebus demonstrari potest, tum documento confirmatur Lycophronis v. 247. *κρηναῖον ἐξ ἄμμοιο ῥοιβδήσῃ γάνος* „quod ex Aeschyli Persis sumptum videri iam Muellerus adnotavit" Bachmann. p. 65. Apud alios est *κρηναῖον* (editum est *κρηνιαῖον*) *νᾶμα* ut apud Theodoret. Hist. Relig. T. III. p. 1200. *ὕδατα κρανάεντα* in Epigr. ap. Wesseling. Obss. II. 20. p. 231. conf. Triller. Obss. Crit. c. XVIII. p. 417. At vero faciendum erat Valckenario ut et Phavorini glossam proferret p. 449. *Κρηναῖον ὕδωρ· καὶ Κρήναιος, τόπος*, quam ad hunc ipsum Aeschyli versum revocandam censeo, nec praeteriret memoriam haud sane protritam Theonis in Arat. Phaen. 205. p. 56. *ὑπὸ τὰς ὑπωρείας γὰρ τοῦ Ἑλικῶνος ἡ Θέσπεια κεῖται· ἐν δὲ ταῖς ὑπωρείαις ἡ Κρήνη ἐστί. Καλεῖται δὲ οὕτως ἰδίως αὕτη ἡ πηγή, Κρήνη.* Neque indicare omitto, vocem *τόπον* ad fontis significationem accommodatam esse ab Stephano Byzantio eo loco, quem tractavit Gavellus in Misc. Obss. Nov. T. V. p. 439. et ab Tzetza in Lycophr. 835. *Ἑρμῆς — ἐλάκτισε τὴν γῆν καὶ ἀνέδωκεν ὕδωρ, ὅθεν ἐκεῖ ὁ τόπος Ἑρμοῦ πτέρνα καλεῖται ὡς Πηγάσου κρήνη.* conf. cod. bibl. Matrit. LXI. p. 213. col. 2. *ἔπλευσαν ὁμοῦ εἰς ἑλ τὸ στενὸν* (id est ad Hellespontum) — *καὶ ἡ μὲν Ἕλλη ὡς κόρη ἀπειποῦσα ἐκεῖ τέθνηκε καὶ ἐτάφη τῷ τόπῳ δοῦσα τὸ ὄνομα*, ubi malet aliquis, spero, *τῷ πόντῳ*. Hesych. p. 36. *Ἴκαρος· — ἐκλήθη ὁ τόπος Ἰκάριον πέλαγος.* Nec abhorruit latina consuetudo ab eo genere, siquidem apud Schol. Iuven. VII. 6. p. 276. legitur „Aganippes. Locus in Boeotia Musis sacer", quod hoc modo immutari placuit Cramero: „lacus in Boeotia". Eodemque videtur pertinere, quod Huschkius docuit ad Agath. prooem. p. LXXI. vocem *χῶρος* de aquaeductibus usurpatam esse. Denique hoc excusatior Scholiasta est, quod in multis locis appellarentur urbes a fontibus dictae (Lobeck. Paralip. p. 114.) uti apud Thraces *Κρηνίδες* (Ann. Comnen. Alex. XIV.

p. 450. B. Schneider. in Theophrast. Causs. Plant. V. 14, 6. p. 432.) ac *Κρουνοί* (Pont. Euxin. Peripl. p. 159. *Διονυσούπολις πρῶτον ὠνομάζετο Κρουνοὶ διὰ τὰς τῶν ἐγγὺς ὑδάτων ἐκρίσεις.* Wesseling. in Anton. Itin. p. 228.) *Κρῆναι* in Phrygia (Salmas. Plin. Exercitt. p. 586. E. b.) et in Epiro (Popp. in Thucyd. Vol. II. p. 142.), in Arcadia *Κράνη.* Sic enim scribendum est apud Theophrast. Hist. plant. IV. 1, 1. p. 119. „*ἐν Ἀρκαδίᾳ γοῦν περὶ τὴν κράνην καλουμένην τόπος ἐστί τις κοῖλος καὶ ἄπνους.* Eum locum dici puto ab Pausania: *ὁ δὲ Ἀλφειὸς* (*ἄνεισι*) *ἐν Πηγαῖς* (*πηγαῖς* ante Facium legebatur) *τῆς Μεγαλοπολίτιδος* VIII. 44, 3. p. 441. Vol. III. et *ἀνασχὼν δὲ ἔνθα Πηγὰς ὀνομάζουσιν οἱ Ἀρκάδες καὶ παρὰ γῆν τε τὴν Πισαίαν καὶ παρὰ Ὀλυμπίαν ἐξελθών* 54, 2. p. 476. et ab Hesychio Vol. II. p. 338. *Κρᾶναι· κρῆναι, τέλειαι καὶ αἱ τῶν ὑδάτων καὶ ἐπιτελέσαι* et p. 355. *Κροῦναι· κρῆναι τέλειαι.* Neque enim dubitari potest, quin integros illos fontes, quos loquitur Is. Vossius p. 355., posthabendos esse Crenis Eleis *Κρῆναι Ἠλεῖαι* verissime coniecerim defendamque. Arcadiae ergo Elidem tribuemus, dicet aliquis? Agnosco errorem, quem tamen a nonnullis admissum sciam sive in locorum situ definiendo parum curiosis sive in fraudem inductis vel eo, quod duae extarent in Peloponneso Elides (Steph. Byz. p. 198, 14. *Ἦλις πόλις πρὸς Ὀλυμπίᾳ —· ἔστι καὶ ἄλλη Ἀρκαδίας*) vel quod Alpheus fluvius in Arcadum finibus ortus per Elidem decurreret. Testis eius erroris mihi est non Basilius dumtaxat schol. ad Gregor. Nazianz. Orat. XXIII. p. 133. *Ὀλυμπία τόπος ἐν Ἀρκαδίᾳ τοῦ Πελοποννήσου καὶ ὄρος ὑψηλὸν, ἐν ᾧ ἀγῶνας ἐτησίους ἐξετέλουν* (conf. Pausan. VIII. 38, 2. p. 416.) sed Philostratus vit. Apoll. Tyan. V. 8. p. 194. *τὰ μὲν Γάδειρα ξυνίει τῆς νίκης καὶ ὅτι ἐν Ἀρκαδίᾳ τις εἴη ἀγὼν εὐδόκιμος·— αἱ δὲ πόλεις αἱ πρόσοικοι τοῖς Γαδείροις οὔτε ἐγίγνωσκον ὅτι εἴη τὰ Ὀλύμπια οὐδ' ὅτι ἀγωνία ἢ ἀγὼν οὐδ' ἐφ' ὅτῳ θύουσιν.* De quo loco quum Iacobsius Addit. Animadvv. in Athen. p 137. Arcadiam sic moveri iuberet, ut Achaia sufficeretur, tum quidem non recordabatur cogitabatque alterum Philostrati locum, quem postea ratione animoque lustravit, Imagg. II. 32. p. 101, 31. *ὁ μὲν χῶρος Ἀρκαδίας καὶ τὸ κάλλιστον Ἀρκαδίας καὶ ᾧ μάλιστα ὁ Ζεὺς χαίρει Ὀλυμπίαν αὐτὸ ὀνομάζομεν,* ubi Iacobsius p. 561. „Olympiam ad Arcadiam retulit etiam vit. Apoll. V. 8. et Messenen VII. 42." add. id. ad I. 17. p. 310. Quibus adiicio Serv. in Virg. Georg. III. 202. p. 275. „Elis civitas Arcadiae, in qua agebatur curule certamen" et vit. Apollon. I. 35. p. 44. *ἆρα ἂν ἠξίους αὐτὸν, εἰ μὲν Ὀλύμπια ἀγωνίζοιτο καὶ ἐς Ἀρκαδίην ἴοι, γενναῖόν τε καὶ ἀγαθὸν εἶναι* et V. 35. p. 218. *εἰ ἀθλητὴν ὁρῶντες — τὴν ἁρμονίαν τοῦ σώματος εὐφυᾶ ἐς Ὀλυμπίαν καὶ βαδίζοντα δι' Ἀρκαδίας ἤδη προσελθόντες ἐπὶ μὲν τοὺς ἀντιπάλους ἐῤῥώννυμεν, ἐκελεύομεν δὲ αὐτὸν ἐπειδὴ νικήσῃ τὰ Ὀλύμπια μὴ κηρύττεσθαι τῆς νίκης —, ληρεῖν ἂν ἐδόξαμεν.* Contra in IV. 24. p. 162. est *ὄντων Ὀλυμπίων καὶ καλούντων αὐτὸν Ἠλείων ἐπὶ κοινωνίαν τοῦ ἀγῶνος.* Conf. Pherecyd. fr. LXVIII. p. 203.

ap. Steph. Byz. *Φρίξα πόλις· — κεῖται μὲν τῆς Ὀλυμπίας ἐπέχουσα στάδια λ'. Φερεκύδης δὲ Ἀρκαδίας αὐτὴν γράφει.* conf. Popp. in Thuc. II. p. 180. not. 12. Denique ad vitii originem attinet commemorare, quod Mercerus ad Dict. Cretens. III. 5. p. 9. indicavit, saepe *πλείους* pro *Ἠλείους* scriptum inveniri.

COROLLARIUM XXVIII.

[III. 5. p. 326.] Praeclare Boeckhius Introduct. ad Inscriptt. Boeot. I. 15. p. 725. sq. „Boeotis in primis frequentatur terminatio deminutiva *ιχος*, nobis *chen*. Multa huius generis nomina propria ex variis Graeciae populis collegerunt Koenius et Bastius in Gregor. Cor. p. 290. sqq. propagata hac forma etiam extra Boeotiae fines, ut Athenis habemus *Φρύνιχον*, *Μήτιχον* —, ut in Peloponneso *Σωτήριχον* (add. Plut. de Music. XLIII. p. 248. Vol. XIV. Theognost. Canon. p. 76, 25. *τὰ διὰ τοῦ ιχος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς διὰ τοῦ ι γράφονται καὶ προπαροξύνονται οἷον σωτήριχος*), *Ὀνάτιχον*, Chalcide *Τύννιχον*, in Phocico titulo *Πύῤῥιχον* et alia innumera; plurima tamen exempla sunt Boeotica —; imprimis celebratae hae formae a locorum ac fluviorum et numinum nominibus *Ἀθάνιχος*, *Ἀρήϊχος*, *Ἀσώπιχος*, *Διωνούσιχος*, *Ἑρμάϊχος*, *Θείβιχος*, *Καβίριχος*, *Ὀλύμπιχος*, *Ὁμολώϊχος* 1577. 1590. Plutarch. Sull. c. 17. *Σάμιχος*. Et huc fortasse pertinet etiam *Καράϊχος*, qui a numinis cognomine vocatus videtur eiusdem, ex quo mensis *Κάρειος*, ut *Ὁμολώϊος* est mensis et deorum cognomentum, unde *Ὁμολώϊχος*". A quo in eo dissentio, quod illud *Καράϊχος*, quod legitur in inscr. 1573. p. 756. *Κτεισίαο — ἄρχοντος Βοιώτυς, Ἐρχομενέυς δὲ Καραΐχω* et 1575. p. 759. *Καράϊχος Μνασιμείλω* ductum existimo a *Καραῖος*, quod cognomentum Iovis apud Boeotos fuisse testimonio comprobo Hesychii p. 145. *Καραιός· Ζεὺς παρὰ Βοιωτοῖς — ἀπὸ τοῦ κάρα* et cuius verba ad Hesychii fidem exigenda arbitror, Photii p. 132, 8. *Κάριος Ζεὺς ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ Βοιωτίᾳ*. Atque etiam in Cratini versu (Nemes. fr. VIII. p. 34. ap. Plutarch. vit. Pericl. III. p. 382.) *μόλ' ὦ Ζεῦ ξένιε καὶ μακάριε* (codd. Steph. et Walz. *Κάριε*), quo is Periclem, qui et capite deformi esset et barbarae mulieris amori deditus, sat facete perstrinxisse videatur, id vocabulum reponendum esse non ambigo. Qui versus contrario vitii genere depravatus est atque is locus, de quo Boissonadius in Planud. Metam. p. 611. dixit (*Καρεὺς, Μακαρεύς*). Ceterum scribendo variatum est ut in aliis (*Σπαρκειὸς ποταμός* ap. Bandin. in Constant. Them. p. 10. *Λαμψαχίων* inscript. ap. Cuper. Marm. Antiq. p. 299. *ἔσκατ'* inscript. ap. Casaubon. in Tre-

bell. XXX. Tyr. 11. p. 279. *καὶ λέχος ἔστενεν Ὕμνον, ἀνανδέες ἔστενον ἄρκτοι* ap. Nonn. XV. 406. p. 436, 20., quod sic integrandum est: *λύκος ἔστενεν*) ita in his formis: inscript. gr. 1590, 1. p. 771. *μελαντίχου*, lib. Matrit. CXIV. *μελαντίκου*. Callimach. fr. LXXVII. p. 337. *Ὑλλίχου*, ap. Scalig. in Varron. de L. Lat. IV. p. 64. *ὑλλίκου*, *Βούνικος* Roules. in Ptolem. Hephaest. IV. p. 97. Mueller. *Βούνοχος*, *Σχοίνικος*, quod supra in Corollar. XVI. p. 409. posui Sed ut de eo nomine absolvam, de quo quaeritur, *Λαμάτριος Ἀμαλωΐω Αἰολεὺς ἀπὸ Μουρίνας* est in inscr. 1583. p. 763. vers. 20., *Ὁμολόϊχος* perperam scriptum in Plutarch. vit. Syll. 17. p. 206. Vol. III. et 19. p. 210., in inscript. 1590, 3. p. 771. *Ὁμολῶϊχου*. ap. Murat. *Ὁμολοΐχου*. in cod. CXIV. bibl. Matrit. p. 452. col. 1. *ὁμολόχου*. Non possum autem occasione oblata, quin eum librum a Boeckhio plane neglectum, unde ad emendandas et supplendas aliquot inscriptiones proficiatur, paucis percurram. Habet enim is liber bibl. Matrit., quem modo dicebam, et inscriptionem illam Boeoticam *εἰς τὰς Θήβας* 1590. (v. 7. *Μύρωνος*. 19. *Ἰουλιάδης*. 33. *δημητριεὺς πάλην*) et Megaricam 1062. p. 560. et 1079. p. 568., in qua extrema additum est *ἀγαθῇ τύχῃ* et 1068. p. 564. (I. v. 2. *ἐν Πίσσῃ β.* dein *Ἡράκλεια ἐν Θήβαις γ.* II. 7. *ἐν Νικοπόλει δ*, deinde *Σεβάστεια*) et p. 453. col. 1. Atticam 520. a et b (quae legitur etiam in catal. Laurent. bibl. II. p. 581. XI.) et 724. p. 509. (*ἐν Ἀθήναις ἐπὶ ὡραίας πέτρας*) et 378. p. 438. (*ἐν Ἀθήναις ἀγαθῇ τύχῃ· Ἐν δόμῳ τινὶ ἐν πλατείᾳ· Εὐβίοτος λευρου γὰρ γήττας πάσης*) et 916. p. 531. (v. 1. *Ἀντωνίνα*. 2. *τῷ καὶ Συνεσίῳ*, quod coniecit Boeckhius) et p. 453. col. 1. 2. Laconicam 1365. p. 664. et 1353. p. 660. (v. 13. *εὐτυχοῦ τοῦ καὶ μ. αὐρηλίου ἀρέτωνος καὶ Ἀλβιδίου*. 15. *σαττουτου*, quod quidem ego mihi persuasi integritati suae non posse restitui nisi comparato loco Plutarchi de Ser. Num. Vind. XIII. p. 248. *Σατιλαῖοι*. Deinde habet p. 453. col. 2. Laconicam inscriptionem 1351. p. 659. et hanc, quam apud Boeckhium legere non memini: *ἁ πόλις νερώνιος μανικοῦ· καίσαρος θεοῦ σεβαστοῦ υἱοῦ ἀπὸ προγόνων εὐεργέτου* et p. 452. col. 1., tum Coam 2511. p. 390. et 2509. p. 389. et Cretensem 2569. p. 423. et Messeniacam Gruter. T. I. p. LXVIII. nr. 5. Haec quidem e libro, quem non dissimulo multifariam vitiosius scriptum esse, enotasse ad praesens satis sit.

INDEX SCRIPTORUM.

Achilles Tatius III. 10. emend. 442.
Acusilaus fragm. indic. 182.
fragm. I. emend. 301. sq.
Aelianus Nat. Anim. IV. 34.
emend. 419.
XII. 34. — 419. sq.
XV. 19. tentat. 354.
XVII. 46. emend. 427. sq.
Var. Hist. XII. 57. emend.
141. sq. 94. 100.
Aeschines Epist. X. defens. 213.
Aeschylus Pers. 489. explic. 461.
Prom. 698. — 191. 193.
Sept. 456. emend. 310. sq.
— 523. explic. 333.
fragm. Oedip. explic. 291.
Alciphron III. 1. tentat. 380.
Anecdota Bachm. I. 448.
defens. 127.
Bekk. I. 274. emend. 152.
Boissonad. I. 427. — 429.
III. 268. — 398.
IV. 383. — 359.
- 458. — 228.
Cram. I. 83. — 360.
- 340. — 162.
II. 302. — 59.
- 306. — 315.
- 309. — 383.
- 327. — 384.
V. 166. — 184.
Anna Comnena III. 99. D.
emend. 49. sq.
XIV. 455. B. — 385.
Anthologia Gr. IV. p. 104.
emend. (Gyll.) 47.
Paralip. 14, 5. emend. 83.
Lat. I, 25, 2. explic. 97.
Antigonus Caryst. XCII.
defens. 129.
Antimachus fragm. p. 54.
emend. 156.
fragm. ap. Schol. Pindar. Ol. VI. 21. emend. 413. et ind. rer. v. Asbotii equi.
Antoninus Liberal. XI.
emend. 438.
XVII. — 417. sq.
XVIII. defens. 75. sq.
XXIII. emend. 150. sq.
XXVIII. — 438.
XXXI. — 438.
Antonius adv. Gent. 59. emend 422.
Apollodorus III. 5, 1. emend. 288.
- 5. — 349 sq.
- 6, 9. — (Valck.) 312. sq.
Apollonius Hist. Mir. XLIII.
emend. 433.
XLIX. — 390. sq.
Apostolius XVIII. 42. emend. 400.
Appianus Bell. Illyr. XXX.
emend. 308.
Apuleius Met. II. 95.
emend. 370. sq.
IV. 253. — 247. sq.
- 255. defens. 256.
de Orthogr. XV. explic. 397.
Arcadius 23, 14. emend. 73.
67, 17. — 368.
83, 7. — 204.
104, 8. — 60.
120, 22. — 382.

Aristides Rhod. I. 540, 11. emend. 112.
περὶ τοῦ παραφθ. II. p. 391, 17. explic. 411.
Arrhianus Diss. Epict. II. 16. explic. 190.
III. 24. tentat. 451.
Arsenius Viol. p. 132. emend. 65.
p. 234. — 281.
Artemidorus Oneirocr. I. 73. emend. 437.
Athenaeus II. 42. A. emend. 196. sq. 468.
IV. 156. E. — 190. sq. 195. sq.
Athenagoras Legat. p. 110. ex. Rech. emend. 203.
p. 156. defens. 36.
Attius fragm. Epig. XIII. explic. 168.
Ausonius Cupid. cruc. affix. 17. emend. 431. sq.

Caesarius Dial. I. Resp. XCII. emend. 356.
Callimachus h. in Del. 79. sq. explic. 230. sq. 439. sq.
h. in Dian. 107. explic. 394.
fragm. CIII. emend. 456.
CCCCXXXVI. explic. 418.
CCCCXXXVIII. emend. 418.
Ib. et Origg. indic. 418.
Capitolinus vit. Gord. tert. V. emend. 431.
Carmen ad Pisonem 44. emend. 432.
(sive Iahn. Annal. XVII. p. 268.) 69. emend. 431.
Catalogus Episcop. ap. Bandur. Antiq. Cpol. emend. 360.
Cedrenus p. 23. tentat. 52.
24. emend. 70.
Charito Aphrod. VI. 3. emend. 438. sq.
Choeroboscus de Orthogr. 220, 26. emend. 405.
Chronicon Alexandr. 281. D. emend. 127. sq.
Cicero de Divin. I. 40. emend. in ind. rer. v. Harma.
de Nat. Deor. III. 19. defens. 197.
Clemens Alex. Admon. p. 26. emend. 380.
Homil. V. 13. emend. 365. 368. defens. 424.
- 14. — 424. sq.
- 17. — 436.
Recogn. X. 21. emend. 260 261.
- 22. — 365.

Cocondrius περὶ τροπ. emend. 418.
Codex Bibl. Matrit. LXVIII. emend. 265.
LXXIV. — 449.
LXXXIV. — 127. sq.
CXXI. — 172. 173. 432.
Coluthus 67. emend. 175.
Conon Narrat. XXXVII. emend. 71.
Constantinus Porphyrog. de Them. II. 8. emend. 183. 186.
Cratinus fragm. Nemes. VIII. emend. 463.

Dares Phryg. XIV. p. 158, 15. explic. 413.
Dicaearch. Descript. Graec. p. 186. emend. (Muell.) 161.
Vit. Graec. p. 194. emend. 174 — 176.
Dio Chrysost. Or. X. emend. 280.
XLIX. emend. (Vales.) 129.
Diodorus IV. p. 264. defens. 127.
- p. 310. emend. 18.
- p. 312. — 456.
- p. 316. defens. 364.
XIV. p. 667. emend. 355.
Dionysius Bassar. ap. Steph. v. Ἄκρες emend. 452.
Dioscorides I. 168. explic. 457.
Ducas Hist. Byz XII. p. 45. emend. 355.

Epigramma in obit. Pindar. emend. 123. 302.
Eratosthenes Catast. XXIV. emend. 353.
Etymologicum Gud. 593, 27. emend. 383.
Magn. 60, 3. explic. 82.
111, 23. emend. 360.
136, 8. — 352.
223, 33. — 456.
342, 47. — 403.
368, 40. — 105.
425, 26. — 152. 271.
447, 19. — 398.
820, 38. — 447.
Eudocia Viol. p. 18. emend. 84.
49. — 302.
280. — 353.
381. — 104.
438. — 447.
Eunapius vit. Aedes. p. 27. emend 438.
p. 39. — 354.

Euphorio fragm. XIX. explic. 412. sq.
XLI. — 459. sq.
XLIX. — 258.
LXXV. emend. 214.
CLIV. explic. 352.
CLV. — 237.
Clitor. indic. 460.
Hist. — 460.
Inach. explic. 237. (conf. Schneidewin. Coni. Crit. p. 7. p. 177.)
Thrac. indic. 269.
Eupolis fragm. Ἀστραι. V. emend. 457.
Euripides Bacch. 140. emend. 224. sq. 493. explic. 187. sq.
Hippol. 555. — 112.
Iph. A. 128. — 376.
Phoen. 188. emend. 193. 347. explic. 213. 368. — 190. 748. — 330. sq. 809. — 97. 823. — 153. 825. tentat. 141. 1099. sq. explic. 337. 1104. emend. 310. sq.
Suppl. 444. explic. 373. 621. — 153.
fragm. Antig. XVIII. explic. 386. suppl. 386.
Antiop. XIV. emend. 83.
XXV. explic. 22.
XXVII emend. 374.
XXXI. explic. 374. (add. Schneidewin. Coni. Crit. p. 97.)
XXXIX. emend. 373.
XLVI. — 88. suppl. 33. sq.
Belleroph. XXIV. indic. 375.
Cresphont. XIII. — 375.
Danaes XIII. — 376.
Dictyis suppl. 376.
Oedip. — 374.
Pelei V. explic. 377.
Philoctet. III. indic. 376.
Stheneb. I. — 375.
incert. I. — 370.
XXVI. indic. 375.
CLXIV. suppl. 375.
Eusebius de Laud. Constant. XIV. emend. 445.
Praep. Evang. V. 7. — 451.
Eustathius in Dionys. Perieg. 322. emend. 454.
Hom. Il. II. 498. — 12.
IV. 403. — 104.
Eustathius in Hom. Od. XI. 120. emend. 302.
prooem. Pindar. p. 16. emend. 123. 302.
p. 19. — 190.
Eutecnius Metaphr. Ther. Nic. p. 367. emend. 169.

Fronto Epist. IV. 1, 17. emend. 229.

Gallus fragm. 379.
Gregorius Nyss. Epist. II. ad Adelph. emend. 363. sq.
Or. ad Bessar. emend. 183. sq.
Guillelmus Appul. de Reb. Normann. III. emend. 50.

Hellanicus fragm. CXI. defens 360. indic. 240.
Hephaestio περὶ καταρχ. emend. 399.
Herodotus I. 52. explic. 415.
V. 74. (Valck.) 288.
VIII. 134. explic. 415.
Hesychius v. Ἀκρουχεῖ emend. 458. sq.
Ἀργοβίαντον emend. 303.
Δύσμαιναι emend. 459. sq.
Εὐρωπία — 428.
Εὐρῶπις — 429.
Ἡρόχια explic. 456.
Καλιαί — 82.
Κρᾶναι emend. 462.
Κροῦναι — 462.
Κυθήρα — 352.
Λελοίφηκεν explic. 376.
Νῆσοι emend. 309. 311.
Νησαίας ἵππους explic. 376.
Προιτίδες emend. 458. sq.
Τεύμης — 402. sq.
Τμῶλος defens. 225.
Ὑαργῶδες explic. 459.
Mierocles Synecd. p. 645. emend. (Wessel.) 15.
Himerius Ecl. XIII. 22. emend. 366.
Or. I. 11. explic. 66. sq. 18. emend. 398.
V. 4. tentat. 55. 391.
XIV. 1. emend. 376. sq. 15. defens. 360.
XXV. 4. emend. 403.
Homerus Il. VII. 133. explic. 393. sq.

Horatius Carm. I. 3, 6. explic. 446.
ibid. 18. — 370.
12, 7. sq. — 441. sq.
22, 14. defens. 361.
II. 14, 6. explic. 370.
IV. 2, 25. — 215.
Epist. I. 3. 10. — 446.
Hyginus Fab. VII. explic. 288. sq.
CLVII. emend. 453.
CLXX. — 195.
CLXXVIII. explic. 115. sq.
CLXXXI. emend. 378.
CLXXXVI. explic. 453. sq.
CCLXXIV. emend. 8. sq.
Geneal. p. 5. emend. (Micyll.) 173.
Hymnus in Vener. 259. explic. 440.

Idomeneus fragm. 272.
Inscriptio Gr. 428. Boeckh. emend. 44. sq.
1353. — 464.
1569. C. explic 101.
suppl. 464.
complur. ex Ms. emend. 464.
Ioannes Diaconus in Hesiod. Theog. 333. emend. 100.
Lydus fragm. de Mens. p. 284. A. emend. 449.
Siceliota in Hermog. p. 215. emend. 306.
p. 231. — 360.
234. — 380.
Iosephus Iscan. I. 201. emend. 431.
IV. 208. explic. 413.
321. — 442.
VI. 886. emend. 85.
Isidorus Origg. XIV. 11. emend. 244.
XV. 1. (Petav.) 70.
Itinerarium Anton. p. 326. emend. 282. sq.
Iuvenalis X. 178. explic. 370.
XI. 94. 113. defens. 396.

Lactantius in Stat. Theb. I. suppl. e Ms. 432.
181. emend. 244. sq.
II. 85. — 261. 263.
203. — 268. sq.
IV. 74. — 93.
116. explic. 242.
338. emend. 245. sq.
(ubi add. Lucan. IV. 550.)

Lactantius in Stat. Theb. VII. 189. emend. 372.
252. explic. 327. sq.
274. emend. 379.
348. explic. 268.
VIII. 206. emend. 409. sq.
345. — 27.
353. — 295.
IX. 379. — 430.
XII. 510. — 409. sq.
Lampridius vit. Alex. Sever. XXIX. emend. 357.
Heliog. VII. — 427.
Laonicus Chalcocondyles de Reb. Turc. VII. p. 181. A. emend. 287. sq.
Leo Diaconus VII. 3. emend. 454.
Libanius Vol. I. 416. emend. 385.
III. 399. — 398.
IV. 314. — 279.
315. — 129.
361. — 444.
363. defens. 124.
959. emend. 427.
1040. — 443. sq.
1100. — 354. 410.
Epist. DCCCCXIV. emend. 457.
MCCCXCIII. — 452.
MCCCXCVIII. — 376.
Lat. I. 28. — 357.
Livius VIII. 19, 1. emend. 430.
— 4. — 306.
24, 10. — 430.
Longinus περὶ εὑρεσ. p. 548, 15. emend. 449.
Lucanus VI. 17. explic. 50.
362. — 238.
Lucianus Luc. XXIII. emend. (Gessn.) 84.
Lucilius Aetn. 568. emend. 31.
Lycophro 599. sq. explic. 30. sq.

Macrobius Saturn. V. 18. emend. 182.
Malalas II. p. 47. emend. 290.
48. — (Dindorf)
20. 344. sq.
VI. p. 165. emend. 246.
Manasses 4037. explic. 340. sq.
Marcianus Capella VI. p. 210. emend. 106.
Maximus Tyrius XXXVII. 6. p. 210. emend. 443.
p. 211. emend. 53. sq.
Menander περὶ ἐπιδεικτ. p. 309. emend. 436.
p. 330. — 450.

Mnaseas ap. Aelian. Nat. Anim. XVII. 46. emend. 427. sq.
fragm. περὶ χρησμῶν 5.

Nicander Ther. 889 emend. 158. sq.
Nicephorus Basilac. Ethop. VII. 5. p. 477. emend. 371. sq. 373.
11. p. 491. emend. 55.
493. — 340.
12. 497 — 408.
Blemmid. p. 411. defens. 136.
Nicetas Choniat. de Man. Comn. II. p. 99. emend. 217. sq.
Nonius Marcell. v. carbasus emend. 233.
v. later — 392.
Nonnus Dionys. II. 642. emend. 440.
701. — 384.
V. 59. explic. 268.
83. — 323.
VII. 92. emend. 219.
VIII. 161. — 261.
239. explic. 107.
X. 305. emend. 456.
XI. 164. — 455.
XII. 88. — 438.
107. — 438.
XIII. 69. explic. 411.
XV. 236. emend. 362.
406. — 464.
XVIII. 36. — 352.
XXIV. 115. — 452.
XXV. 430. — 31.
XXVI. 71. — 288.
XXVII. 280. emend. (Cun.) 230.
XLI. 243. emend. 436.
Nux Eleg. 111. emend. 165.
Nummi ap. Eckhel. D. N. p. 196. explic. 149.

Olympiodorus in Aristot. Meteor. I. 13. explic. 238.
Oraculum ap. Euseb. Praep. Evang. V. 7. emend. 451.
Procl. Theol. V. 35. — 451.
Schol. Eur. Phoen. 608. v. 5. emend. 5.
9. — 4.
11. — 5.
15. explic. 41.
17. emend. 4.
Orphica fragm. VIII. 28. emend. 355.
LIV. induct. 376.

Otto Frising. de Gest. Frid. I. 33. tentat. 451.
Ovidius Amor. III. 6, 25. emend. 234. 241.
6, 33. explic. 65. sq. 68.
- 39. emend. 366. sq.
- 43. explic. 369. sq.
Art. Am. I. 731. emend. 381. sq.
Met III. 28. explic. 108. sq.
VII. 616. — 423. sq.

Pacuvius fragm. Antiop. indic. 374.
2. 3. 9. explic. 82.
8. — 96.
10. — 219.
incert. 2. induct. 374.
Palaephatus VII. emend. 104.
Pausanias V. 1, 7. defens. 127.
5, 5. explic. 394.
11, 2. emend. 91.
18, 2. — 436.
VI. 20, 8. defens. 356.
VIII. 22, 2. emend. (Corai.) 438.
38, 7. defens 394.
IX. 1, 1. 2. emend. 403. 455.
- 3. explic. 286.
5, 3. — 69.
-4 emend. 36 88.
8, 3. — 304. sq.
313. 319. 321. sq. 338. sq.
9, 1. defens. 121. sq.
10. 5. defens. 121. sq. 143. sq.
25, 1. 2. emend. 310.
Phavorinus v. Ἤλεκτραι emend. 152. 271.
Καδμεία νίκη emend. 383.
Κρηναῖον explic. 461.
Νύμφαι defens. 440.
Προιτίδες emend. 458.
Ὠγυγία — 264.
Pherecydes fragm. XXIX. defens. 22.
L. emend. 150. sq.
LVII. suppl. 349.
LXXIII. — 349.
indic. 349.
Philostratus Epist. XL. explic. 370.
XLII. emend. 453. sq.
Imag. II. 19. explic. 281.
Vit. Apoll. I 3. emend. 455.
III. 17. explic. 218.
IV. 16. emend. 212.
V. 8. defens. 462.
Sophist. II. 27, 4. emend. 87. 352.

Photius v. Ἰσμηνίας emend. 450.
Καδμεία νίκη — 383.
Κάριος — 463.
Κιθαιρών — 90.
Ὠγύγιον defens. 122.
Phrynichus fragm. Πλευρων. emend. 7. sq.
Pindarus Isthm. VII. 39. explic. 65. sq.
Nem. IX. 57. — 166. sq.
Olymp. VI. 12. defens. 225.
VII. 32. explic. 365.
Pyth. VIII. 54. — 167.
fragm. V. — 231. sq.
XXIII. emend. 263.
LXI. explic. 425. sq.
CCVIII. induct. 66.
Plinius Nat. Hist. IV. 12. emend. 106. 402,
VII. 57. p. 273. emend. 306.
279. — 300.
Plutarchus Amator. XIII. emend 360.
Amat. Narr. IV. p. 76. emend. 149.
77. — 60.
de Aud. Poet. I. emend. 357. sq.
de Gen. Socr. XIII. — 128. sq.
XXVI. defens. 16.
Parallel. VI. emend. 306.
de Ser. Num. Vind. XIII. emend. 464.
vit. Alexandr. XXI. emend. (Steph.) 175.
Cat. Min. IX. defens. 403.
Cim. XVII. tentat. 446.
Lysandr. XXVIII. p. 169. emend. 293.
p. 170. defens. 216. sq.
Pericl. III. emend. 463.
IV. — 458.
VI. explic. 434.
VII. emend. 355.
VIII. explic. 403. sq.
XVI. emend. 457.
Poeta incertus ap. Etymol. Magn. 60, 3. explic. 82.
Polyaenus V. 19, 3. emend. 286.
Pompeius Comm. Art. Donat. XV. 4. explic. 57.
Porphyrius de Abstin. III. 16. emend. 425. sq.
Priscianus Laud. Anastas. 115. defens. 171.
Priscus Exc. Hist. p. 153, 9. emend. 436. sq.
Probus in Virg. Ecl. II. 24. emend. 89.
VIII. 56. — 91.
Proclus Theol. V. 35. emend. 451.
Propertius III. 1, 1. emend. (Caemmer.) 381.
13, 39. explic. 85. sq.

Rhianus fragm. II. induct. 269.

Scholiasta Aeschyl. Sept. 148. emend. 269.
442. 445. 471. — 311.
Anthol. Gr. — 351.
Apollon. Rhod. I. 753. defens. 22.
741. emend. 353.
763. — 20. 356.
916. — 272.
III. 1178. — 264.
Aristid. p. 515, 17. emend. 434.
707, 35. — 356.
Aristoph. Acharn. 870. emend. 450.
Pac. 424. — 452.
Callimach. Cerer. 25. explic. 352.
Demosth. pro Coron. (Aug.) emend. 255. 450.
Dion. Chrysost. emend. 255.
Dionys. Thrac. p. 790, 23. defens. 123.
Eurip. Hecub. 892. emend. 349.
Orest. 920. emend. 239.
Phoen. 101. — 243.
102. — 96. 138. sq.
188. — 193.
638. — 13.
1031. — 386.
1119. — 326.
1315. — 110.
1706. — 397. sq.
Gregor. Naz. p. 35. explic. 422. sq.
Hesiod. Scut. 178. emend. 129.
Theog. 326. — 385.
806. (Muell.) 451.
Homer. Il. II. 494. emend. 456.
499. — 410.
XVI. 459. — 95.
Iuvenal. VII. 6. defens. 461.
Pindar. Isthm. I. 11. emend. (Meurs.) 350.
Olymp. VI. 21. emend. 413. et ind. rer. v. Asbotii.
23. emend. 306.
XIII. 148. 155. defens. 363.
Stat. Theb. IX. 449. emend. 181.

Schol. Theocrit. I. 67. defens. 238.
XIII. 6. emend. 401.
Virgil. (Vatic.) Aen. I. 243.
emend. 51.
Scylax Peripl. p. 23. Gron.
emend. 428.
35. — 359.
Seneca Agam. 315. — 362.
Herc. Oet. 140. — 145.
Oedip. 171. emend. 95. 377. sq.
484. — 220.
530. 725. explic. 109. conf. 94. extr.
Phoen. 70 explic. 416.
124. defens. 96.
Servius in Virg. Aen. VIII. 295.
explic. 401.
XII. 412. emend. 306.
Georg. I. 218. defens. 399. (vid. ind. rer. v. numerus.)
Sevèrus διηγημ. emend. 427.
Solinus VII. emend. 106.
Sopater in Hermog. p. 765, 29.
emend. 450.
Sophocles Antig. 105. explic. 143.
fragm. Inach. suppl. 236.
Statius Theb. II. 208. explic. 268. sq.
III. 528. — 39.
IV. 8. — 318.
419. — 109.
(conf. 94. extr.)
712. emend. 194. 206.
VI. 382. explic. 416.
VII. 278. — 88.
348. — 119.
VIII. 353. emend. 294. sq.
354. — 310. sq.
X. 756. explic. 109.
XII. 42. — 416.
Stephanus Byz. v. Ἀχέλη
defens. 360.
Ἔαρες emend. 452.
Ἐλευθερίς — 300.
Εὔτρησις — 43.
Ἰσμηνός — 227.
Κάλυδνα tentat. 20. 419.
Τευμησός emend. 156.
Φίλιπποι (Wichers.) 76.
Ὠγυγία emend. 258. sq.
Ὠρωπός — 460.
Strabo VIII. 337. defens. 127.
343. explic. 394.
347. defens. 127.
IX. 404. explic. 301. sq.
412. emend. 416. sq.
XIV. 633. — 355.
XVII. 836. defens. 397.
Suidas v. Ἀκουσίλαος
emend. 301. sq.
Ἀμνισός defens. 125. sq.
Ἰόλαος emend. 450.
Ἵππος Νισαῖος — 376.
Καδμεία νίκη — 383.
Syncellus p. 298, 18. emend. 255.

Tabula Dd. Gron. Thes. I. explic. 84.
Tertullianus Apol. XLVII.
emend. 451. 60.
Themistius Or. XI. p. 180, 9.
explic. 66. sq. 366.
Theocritus XV. 20. emend. 421. sq.
50. — 420. sq.
XVII. 14. (Bergk.) 297.
XXV. 15. defens. 126.
Theodoretus Gr. Aff. Cur. VIII.
p. 904. emend. 449. sq.
Relig. Hist. VI. p. 1169.
defens. 73.
Theodorus Metoch. XCIII.
emend. 364.
Theodosius Acroas. III. de Exp.
Cret. 227. defens. 435.
Theognostus Canon. p. 14.
emend. 127.
72. — 403.
73. — 405.
74. — 162.
127. — 383.
Theophrastus Hist. Plant. IV. 1, 1.
emend. 462.
11, 8. — 175.
de Lapid. XLVII. defens. 225.
fragm. T. V. p. 292.
emend. 390. sq. 436.
Theopompus fragm. CCXXVI.
emend. 300.
Thucydides III. 24. explic. 285.
Timario VI. emend. 203.
Tzetza schol. Chil. IV. 748.
emend. 450.
Epist. LXI. — 201.
Hesiod. Scut. 178. — 450.
Alleg. Il. p. 376. defens. 306.
Exeg. Il. p. 16, 25. emend. 72.
133, 14. — 290.
145, 15. defens. 256.
145, 17. (Hag.) 72.
145, 19. emend. 69.
Lycophr. 433. emend. 7. sq.
1206. — 267.

Valerius Flacc. I. 364. explic. 407.
III. 70. — 154.

Varro fragm. p. 273. emend. 129.
282. — 392. sq.
296. explic. 436.
ap. Serv. Aen. VIII. 275.
explic. 414. sq.
Vibius Sequest. p. 18.
emend. 147.
p. 22. — 365.
Virgilius Cul. 110. explic. 51.
Ecl. II. 24. — 87. 89. sq.
Vopiscus Aurelian. VI.
defens. 122. sq.

Xenophon Hist. Gr. V. 4, 14.
emend. (Dodwell.) 285.
Ephesius X. emend. 437.

Zenobius I. 30. emend. 388.
II. 59. VI. 15. emend. 389. sq.
VI. 39. emend. 401.

INDEX RERUM.

Ἀ adiectum, interdum demptum principiis nominum v. Adryades. Acidalia. (Sturz. Pherecyd. p. 202. Anecd. Cram. 11. p. 98, 4. Ἄρυψ. Etym. M. p. 668, 5. Πειρήνη - ἀπὸ Ἀπείρηνός τινος.) — a librariis temere additum aut omissum 448. sq. cum Α confus. 383.
Abaris Troiae Palladium fecit, idem in telo equitavit 375.
ἀβρὰ ὕδατα 225.
Achelous non dictus Euenus 246. eius aqua dulcis et pura 183. eo natus patre dicitur fons purissimus quisque et dulcissimus 185. sq. commune aquae nomen 183.
Acidalia sive Cidalia fons 380.
Acidon, Acidas fluvius 394.
ἀκμής 47.
ἀκραιφνής 189.
ἄκρη et ἄκτη confus. 191.
Actaeon cur in cervum mutatus 378. sq. ejus rupes, fons 379. sq. simulacrum, sepulcrum, sacra 380. canes non humani sensus aut vocis expertes 378. sq.
ἄκτη, ἀκτάζειν, ἀκταῖος, actaeus 90. cum ἄκρη confus. 191.
Acusilaus et Agesilaus, Hegesilaus confus. 182. sq.
ἀδελφοί et Δελφοί confus. 448. sq.
Adjectiva vice substantivorum funguntur Βοιωτίς 350. σεληναίη Λαυνίς, Πυθία, Θηβαία, Κνιδία al. 359. sq. δαφνηφόρος et — ριος, εὐωνύμιος 124. sq. contra Olympus, Oceanus, aurus, 396. sq. Gallius, Italius 397. Διώνιος Dionis filius, Λαβδάκειος παῖς 124. Πηληϊάδιος Achilles 124. Ἀβαντίς et — τιάς, Proetis et Proetias, quae terminationes saepe confusae sunt 296.
Adonius et Adonis 360.
Adrastus ab Harmatensibus servatus sive currum ibi fregerat sive ultro sustinuerat equos 410. Ἀδραστεία Νέμεσις 388. sq.
Adrumetum sive Thebae Ciliciae 76. 363.
Ἀδρυάδες 440.
ae pro e in lapidum titulis 63.
Aeaea sive Calypso 197.
Aeclus et Cothus 300.
Aedon Zethi uxor 313. sq.
Αἴγινα filia Metopae et Asopi 64. sq. et Boeotici Asopi 68. experta Iovem aquilam aut ignem 423.
Aegyptus Ogygia dicta 265. sq. ab Nilo amata 367. Aegyptii mulierum munia obeunt 202. fraudulenta gens 421.
Aeneas Antenorem regno Troiano expellit 85.
Aenianes prius dicti Centauri 248. sq.
Aesepus et Asopus confus. v. Asop.
Aetoliam olim tenuerunt Hyantes 7. sq.
ἀετός et ὑετός confus. 423.
Agaue Echionis uxor 13. sq. in Illyricum aut in Phocidem abiit 51. sq.

Agesilaus et Acusilaus confus. 182. sq.
agger id est mons, rupes 97.
ἁγνῶς καὶ καθαρῶς 5.
ἀγραῖος et ἀρχαῖος confus. 8.
ἀγυιαί urbs 42.
αἱματοειδής 94.
Alcaena canis Actaeonis 378.
Alistra, mater Ogygi 257. 259.
ἀλλά omiss. οὐ μόνον-καί 357. sq.
ἄλλος et ἄλογος, ἄλοχος confus. 157. 425.
ἄλογος et ἄλλος confus. 157. 425.
Alphei amor 66. sq. 366. 368. et dona 366.
Amalthea Phoci filia 422.
Amazones Boeotiam aliquando incoluerunt 179.
amoenum id est ἀκτή 89. sq.
Ampharma 409.
Amphiaraus dictus Amphis 409. usus quadrigis 325. nomina equorum 413. obsidentem Proetides portas 168. sq. insequutus Periclymenus 410. inter coeli tempestatem solus absorptus 408. non apud Thebarum portas 168. aut Plataeas 162. 164. 416. 414. aut Oropum 412., sed apud Harma 162. 164. unum eius extitit templum oraculumque 411—416. in Boeotiae oppido Harmate, inde Oropum translatum 163. sq. eius lavacra 412. 460. et h. ind. v. Harma. non idem fuit Ismenium templum atque Amphiaraium 415. num fuerit Thebanorum privatus deus 414. sq.
Amphion vid. v. Zethus. in Cithaerone et Aracyntho cantat 87. sq. antiquae musicae inventor 32. tres lyrae addidit chordas 308. Lini discipulus 31. 32. comparatus cum Orpheo 32. cum Romulo et Cyro 44. lyram an citharam a quo acceperit 32—35. lyra saxa duxit 36. et feras 88. sq. tibia canendi peritus 55. 86. sq. unde fama de eius cantandi peritia 343. orator optimus 436. μάγος dictus 52. muros struxit Thebarum 29. sq. et Epidamni 44. sq., unde Thebarum auctor dicitur, non item frater 37. quid significet eius nomen 42. aedificia celerrime et firmissime constructa comparantur cum Thebis ab Amphione lyrae ope exstructis 36. sq. ab eo Thebae et Eutresis vicorum ordinibus dimensae 39. 43. Amphionium dicitur quidquid Thebanum est 377.
Amphitryon apud Thebas Electras oppidum condidit 150.
Amymone sola poenae Danaidum expers 194. a Neptuno ubi et quando compressa 192. fons et fluvius 99. tres fontes, quibus fluvius concipitur 192. semper liquidi 194. situ et natura disiunctissimi a Lerna 192. sq.
ἄν et ἄρα confus. 444.
ἀναβαίνειν 278.
Anachronismus 325.
Ἄναυρος commune plurium fluviorum cognomentum 393.
Androcrates, heros Plataeensium. eius fanum 275. 287.
Androgeus ubi interfectus 276. sq.
ἄνος nota 419. sq.
Antenor ab Aenea de regno eiectus 85.
Anthedon. eius situs 334.
Anthippe 453.
ἄνθρωπος. nota eius vocis 419. 420. confus. cum οὐρανός, ὡραῖος 419. Ἀθηναῖος 452.
ἀνθρωποῤῥαίστης 420.
Antiopa Asopi, secundum posteriores scriptores Nyctei filia 69. ab Iove vitiata an a Theobonte 69. sq. 371. sq. ubi pepererit Zethum et Amphionem 288. sq. crudelissima poena a Nycteo affecta 82. Ἀντιόπης θρῆνος proverbium 82. sq. 374. a Baccho in furorem coniecta 219.
Aon rex 8. 419.
Aones sive Aonii, Ἀόνιοι 165. vicatim habitarunt 19. in Cadmi fidem venerunt 7. Aonius mons, fons 419. campus 167. 416. ferrum 9. deus 261. confus. cum οὐράνιος 419. Ionius, Onius, Anius 418. Ausonius 165.
ἄωρος 421.
ἀπήνη confus. cum Ἀθήνη, Θήβη, 452.
ἀπηρτημένος 457.
ἀφνειὸς ποταμός 207.

Apollo munivit Troiam 21. 24.
Apostrophus confus. cum — ος 4.
Ἄπροι, Ἄπρως, Ἄπρος Europae urbs, prius Theodosiopolis dicta 428. sq.
ἅπτειν confus. cum πίπτειν 416.
ἄρα in proverbiis usurpatum 443.
ἄρα et ἄν confus. 444. ἄρ' ἦν 443. sq.
Aracynthus mons in confiniis Boeotiae et Atticae atque adeo pars Cithaeronis 89. an ita dictus Cithaeron 90.
Araxes commune plurium fluviorum cognomentum 393.
arbores saltantes, μαινάδες, θυιάδες 444.
Ἀρκάδα μιμούμενος proverb. 389.
Arcades duo Iovis filii 372. Arcadia pro Elide nominatur 462.
arces fere in mediis urbibus sitae 330. fontibus bene riguae 112.
ἀρχαῖος idem quod αὐτόχθων 440. 136. confus. cum Ἀραῖος 8.
ἀρχέγονος 136.
Ἄρης, Ἄρητος, Ἄρου 106.
Areilycus Eteoni filius 456.
Ἄρειοι gens 104. sq. Ἄρειον τεῖχος 28. 112. Ἀρεία κρήνη v. Aretias. confus. cum Ἀργεῖος 104. sq.
Arethusa ab Alpheo amata 66. sq. 366. fons Chalcidensium 106.
Aretias fons, Ἀρητιάς, κρήνη Ἄρεως 105. sq. Ἀρεία κρήνη, πηγή 103. cum Dirce a veteribus scriptoribus confusa 95. 107. sq. fuit sub Cadmeae moenibus 108. sq. 143., ex quibus per fistutas delabitur 111. a serpente custoditus 107. sq. aqua purissima 186. interdum sanguine fluxit 95. et Arethusa confus. 106.
Argaphie fons 380.
Ἀργεῖος et Ἄρειος confus. 104. sq.
Ἄργος campus 303. Argos Boeoticum 105. 303. Thessalicum 352. Argorum arx Nemea 192.
Argus stationem egit in Nemeo monte 192.
Arion a delphinibus servatus 91. cum Orpheo et Amphione comparatus 32. confus. cum Orione 381.
ἀροῦν de patre 418.
Articulus omiss. 336. a librariis omiss. 417. 443. conf. 437. sq.
Asbotii equi 412. sq. (nunc eo inclinat animus, ut a Schol. Pindar. Antimachum pro Euphorione nominatum scribendumque esse arbitrer pro ἀσυστάτους Ἀσβωτίους).
Aschetus nomen equi Amphiarai 413.
Asopus vid. vv. Metopa. Thebe. filius an pater Eurynomes 260. eius filiae 363. sq. num Thisben amarit 66. sq. saepe fulminibus ictus 423. 196. sq. ποταμὸς Θηβῶν 153. non praeter Thebas, sed per Parasopiam labitur 153. dirimit Plataeensium et Thebanorum agrum 274. celerrime imbrium vi crescit 291. sq. salsa aqua 196. eius fontes 69. frater Ismeni 181. componitur cum Inacho 405. Ἀσωπός, non Ἄσωπος 131. sq. confus. cum Αἴσηπος 368. et Carr. in Valer. Flacc. III. 420.
Αἴσωπος, Aesculapius 368. πρόσωπον 367. — Asopus Sicyonius ex Phrygia in Peloponnesum delabitur 367. — urbs Laconiae 364.
Asteas nomen 149.
Asterius dictus Cithaeron 135.
Atalanta Schoeneia fuit, non Scyria 160. Arcadia et Boeotia confus. 160. sq.
Athenarum et Thebarum quanta vicinia 278. inde Graeci Troiam profecti 413. electi philosophi 451. Ἀθῆναι et Ἀθηναῖοι confus. 255. et Θῆβαι, Θηβαῖοι, Athenae et Thebae 447. sq. et θεοί 451. et ἄνθρωποι 452.
Atlantes 56. (cf. Eustath. in Dionys. Perieg. 66. p. 97. sq. et Bernhardy. annot. p. 541.)
ἄτρυτος 4.
Aulis et Daulis confus. 360. non inde sed Athenis profecti Troiam sunt Graeci 413.
αὐλός et αὐτός confus. 55. 391. et Λυδός 383.
aureus (aurus) non veris syllabis pronunciatum 396.
Ausonius et Aonius confus. 165.
αὖθις et εὐθύς confus. 4.
αὐτόχθων Νύμφη 261. 440.
αὐτός reliquus 17. αὐτοῖς τοῖς παισί, αὐτοῖς παισί, παισὶν αὐτοῖς ἀποθανεῖν una cum filiis mori

Agesilaus et Acusilaus confus. 182. sq.
agger id est mons, rupes 97.
ἁγνῶς καὶ καθαρῶς 5.
ἀγραῖος et ἀρχαῖος confus. 8.
ἀγυιαί urbs 42.
αἱματοειδής 94.
Alcaena canis Actaeonis 378.
Alistra, mater Ogygi 257. 259.
ἀλλά omiss. οὐ μόνον - καί 357. sq.
ἄλλος et ἄλογος, ἄλοχος confus. 157. 425.
ἄλογος et ἄλλος confus. 157. 425.
Alphei amor 66. sq. 366. 368. et dona 366.
Amalthea Phoci filia 422.
Amazones Boeotiam aliquando incoluerunt 179.
amoenum id est ἀκτή 89. sq.
Ampharma 409.
Amphiaraus dictus Amphis 409. usus quadrigis 325. nomina equorum 413. obsidentem Proetides portas 168. sq. insequutus Periclymenus 410. inter coeli tempestatem solus absorptus 408. non apud Thebarum portas 168. aut Plataeas 162. 164. 416. 414. aut Oropum 412., sed apud Harma 162. 164. unum eius extitit templum oraculumque 411—416. in Boeotiae oppido Harmate, inde Oropum translatum 163. sq. eius lavacra 412. 460. et h. ind. v. Harma. non idem fuit Ismenium templum atque Amphiaraium 415. num fuerit Thebanorum privatus deus 414. sq.
Amphion vid. v. Zethus. in Citharone et Aracyntho cantat 87. sq. antiquae musicae inventor 32. tres lyrae addidit chordas 308. Lini discipulus 31. 32. comparatus cum Orpheo 32. cum Romulo et Cyro 44. lyram an citharam a quo acceperit 32—35. lyra saxa duxit 36. et feras 88. sq. tibia canendi peritus 55. 86. sq. unde fama de eius cantandi peritia 343. orator optimus 436. μάγος dictus 52. muros struxit Thebarum 29. sq. et Epidamni 44. sq., unde Thebarum auctor dicitur, non item frater 37. quid significet eius nomen 42. aedificia celerrime et firmissime constructa comparantur cum Thebis ab Amphione lyrae ope exstructis 36. sq. ab eo Thebae et Eutresis vicorum ordinibus dimensae 39. 43. Amphionium dicitur quidquid Thebanum est 377.
Amphitryon apud Thebas Electras oppidum condidit 150.
Amymone sola poenae Danaidum expers 194. a Neptuno ubi et quando compressa 192. fons et fluvius 99. tres fontes, quibus fluvius concipitur 192. semper liquidi 194. situ et natura disiunctissimi a Lerna 192. sq.
ἄν et ἄρα confus. 444.
ἀναβαίνειν 278.
Anachronismus 325.
Ἄναυρος commune plurium fluviorum cognomentum 393.
Androcrates, heros Plataeensium. eius fanum 275. 287.
Androgeus ubi interfectus 276. sq.
ᾶνος nota 419. sq.
Antenor ab Aenea de regno eiectus 85.
Anthedon. eius situs 334.
Anthippe 453.
ἄνθρωπος. nota eius vocis 419. 420. confus. cum οὐρανός, ὡραῖος 419. Ἀθηναῖος 452.
ἀνθρωποῤῥαίστης 420.
Antiopa Asopi, secundum posteriores scriptores Nyctei filia 69. ab Iove vitiata an a Theobonte 69. sq. 371. sq. ubi pepererit Zethum et Amphionem 288. sq. crudelissima poena a Nycteo affecta 82. Ἀντιόπης θρῆνος proverbium 82. sq. 374. a Baccho in furorem coniecta 219.
Aon rex 8. 419.
Aones sive Aonii, Ἀόνιοι 165. vicatim habitarunt 19. in Cadmi fidem venerunt 7. Aonius mons, fons 419. campus 167. 416. ferrum 9. deus 261. confus. cum οὐράνιος 419. Ionius, Onius, Anius 418. Ausonius 165.
ἄωρος 421.
ἀπήνη confus. cum Ἀθήνη, Θήβη, 452.
ἀπηρτημένος 457.
ἀφνειὸς ποταμός 207.

Apollo munivit Troiam 21. 24.
Apostrophus confus. cum — ος 4.
Ἄπροι, Ἄπρως, Ἄπρος Europae urbs, prius Theodosiopolis dicta 428. sq.
ἅπτειν confus. cum πίπτειν 416.
ἄρα in proverbiis usurpatum 443.
ἄρα et ἄν confus. 444. ἄρ' ἦν 443. sq.
Aracynthus mons in confiniis Boeotiae et Atticae atque adeo pars Cithaeronis 89. an ita dictus Cithaeron 90.
Araxes commune plurium fluviorum cognomentum 393.
arbores saltantes, μαινάδες, θυιάδες 444.
Ἀρχάδα μιμούμενος proverb. 389.
Arcades duo Iovis filii 372. Arcadia pro Elide nominatur 462.
arces fere in mediis urbibus sitae 330. fontibus bene riguae 112.
ἀρχαῖος idem quod αὐτόχθων 440. 136. confus. cum Ἀραῖος 8.
ἀρχέγονος 136.
Ἄρης, Ἄρητος, Ἄρου 106.
Areilycus Eteoni filius 456.
Ἄρειοι gens 104. sq. Ἄρειον τεῖχος 28. 112. Ἀρεία κρήνη v. Aretias. confus. cum Ἀργεῖος 104. sq.
Arethusa ab Alpheo amata 66. sq. 366. fons Chalcidensium 106.
Aretias fons, Ἀρητιάς, κρήνη Ἄρεως 105. sq. Ἀρεία κρήνη, πηγή 103. cum Dirce a veteribus scriptoribus confusa 95. 107. sq. fuit sub Cadmeae moenibus 108. sq. 143., ex quibus per fistutas delabitur 111. a serpente custoditus 107. sq. aqua purissima 186. interdum sanguine fluxit 95. et Arethusa confus. 106.
Argaphie fons 380.
Ἀργεῖος et Ἄρειος confus. 104. sq.
Ἄργος campus 303. Argos Boeoticum 105. 303. Thessalicum 352. Argorum arx Nemea 192.
Argus stationem egit in Nemeo monte 192.
Arion a delphinibus servatus 91. cum Orpheo et Amphione comparatus 32. confus. cum Orione 381.
ἀροῦν de patre 418.
Articulus omiss. 336. a librariis omiss. 417. 443. conf. 437. sq.
Asbotii equi 412. sq. (nunc eo inclinat animus, ut a Schol. Pindar. Antimachum pro Euphorione nominatum scribendumque esse arbitrer pro ἀσυστάτους Ἀσβωτίους).
Aschetus nomen equi Amphiarai 413.
Asopus vid. vv. Metopa. Thebe. filius an pater Eurynomes 260. eius filiae 363. sq. num Thisben amarit 66. sq. saepe fulminibus ictus 423. 196. sq. ποταμὸς Θηβῶν 153. non praeter Thebas, sed per Parasopiam labitur 153. dirimit Plataeensium et Thebanorum agrum 274. celerrime imbrium vi crescit 291. sq. salsa aqua 196. eius fontes 69. frater Ismeni 181. componitur cum Inacho 405. Ἀσωπός, non Ἄσωπος 131. sq. confus. cum Αἴσηπος 368. et Carr. in Valer. Flacc. III. 420. Αἴσωπος, Aesculapius 368. πρόσωπον 367. — Asopus Sicyonius ex Phrygia in Peloponnesum delabitur 367. — urbs Laconiae 364.
Asteas nomen 149.
Asterius dictus Cithaeron 135.
Atalanta Schoeneia fuit, non Scyria 160. Arcadia et Boeotia confus. 160. sq.
Athenarum et Thebarum quanta vicinia 278. inde Graeci Troiam profecti 413. electi philosophi 451. Ἀθῆναι et Ἀθηναῖοι confus. 255. et Θῆβαι, Θηβαῖοι, Athenae et Thebae 447. sq. et θεοί 451. et ἄνθρωποι 452.
Atlantes 56. (cf. Eustath. in Dionys. Perieg. 66. p. 97. sq. et Bernhardy. annot. p. 541.)
ἄτρυτος 4.
Aulis et Daulis confus. 360. non inde sed Athenis profecti Troiam sunt Graeci 413.
αὐλός et αὐτός confus. 55. 391. et Λυδός 383.
aureus (aurus) non veris syllabis pronunciatum 396.
Ausonius et Aonius confus. 165.
αὖθις et εὐθύς confus. 4.
αὐτόχθων Νύμφη 261. 440.
αὐτός reliquus 17. αὐτοῖς τοῖς παισί, αὐτοῖς παισί, παισὶν αὐτοῖς ἀποθανεῖν una cum filiis mori

151. sq. 306. αὐτός, αὐτοῦ, αὐτόν confus. 434. et αὐλός, αὐλή 55. 391. ἀσκός 384.
avus et pater in genealogiis permutati 133.
ἀζαλέος 370.

β et υ confus. 433. 448.
Bacchae in vicis debacchantur 42. earum est comas diffundere 219. saltare 220. sq. 459. lavari 222. sq.
Bacchus Ogygius, Aonius, Καδμεῖος, Echionius, Thebanus deus 261. sq. ὁ Νύσιος 455. natus quo fonte ablutus 216. sq. formosus 217. adversus Maedos profectus 288. a Tenediis cultus 419. sq. superavit et uxorem duxit Pallenen 455.
βάλλειν τινί idem quod ἐμβάλλειν τινί 388. et λαβεῖν confus. 353.
Bato auriga num una cum Amphiarao absorptus fuerit 408.
Bembina oppidum 240.
Bene oppidum 362.
Bias fluvius 432.
bibere fluvium quid sit 214.
Biblus fluvius 432. sq.
βίβλος, βιβλίον et βίος confus. 433.
βίος et υἱός, δεύτερος, δευτερίας, βίβλος, βιβλίον confus. 433. sq.
Bistonii agri documentum habuerunt Orphei cantus 442.
Boeotia in Thracia sita 453. sq. Βοιωτίς 350. B. et Euboea nomina promiscue posita 303. sq. et Phocis in unum confusae 117. sq. plana 10. saepe terrae motibus tremuit 177. sq. in Mss. fere Boëtia scripta 75.— Boeotorum dialectus 124. 131. 313. 59. sq. 98.
Boeotiae sive Hypsistae portae 323.
Boeotus pater Ogygi 257. sq. Neptuni an Itoni filius 258 455. sq. Melanippae an Arnes 453. ad Metapontum aut ad Dium aut in Thraciam profugit 453.
βος id est δεύτερος 433 sq.
bos in cornua irascens 90.
Brilesus. de scriptura eius vocis 405.

βρόχος et βροτός confus. 88.
βροτός et βρόχος confus. 88.
βουκόλος et βουκόλιον confus. 49. 1.
Βούκρανος mons 284.

c et t confus. 430. sq. κ et τ 5. 384. et ξ 454. et χ 463. sq.
κακά et κατά confus. 384.
Καδμεία et Καδμία, Καδμεῖος et Κάδμιος 17. Καδμηΐς, Καδμεία ager Thebanus 17. 18. arx Thebarum 14. 16 sq. πόλις dicta 16. in scopulo sita 11. 40. 97. 268. munita a Cadmo 11. sq. fontibus scatens 111. sq. sita inter Electras et Proetides portas, nec vero in media urbe 329. sq. Cadmei id est Thebani p. 17. (add. Herodot. IX. 27.) Cadmea victoria proverbium; eius rationes et caussae 383. sq. praeclara quaedam victoria 387. sq. non dicitur Καδμείαν νικᾶν, sed Κ. νίκην νικᾶν 385. quid significet nomen 19. 71. altera Africae urbs 18. sq. 72.
Καδμία et — εία 17. lapis aerosus 9.
Κάδμος clypeus, galea 9. aeris et auri inventor, belli armorumque potentissimus 8. dives 9. cum exercitu in Boeotiam advenit 6. sq., ubi etiam ipsa Europa esset 398. Sidonius an Tyrius 12. Aegyptius 70. Ogygi filius 12. sq. Κάδμου πεδιάς 18. Cadmeam condidit, non Thebas 23. sociis operis spartis 13. num Amphionem viderit 25. sq. per fistulas aquas duxit 111. (conf. Hermann. Quaest. Oedip. III. p. 114. annot. 152.) eius canis 400. sq. venit in Illyricum socia Epiro 51., ubi eius et Harmoniae fuit signum et templum sepulcrumque 50. sq. eius filius Illyrius serpentis spiris innexus 51. ipse cum coniuge serpens factus 50. 385.
caerulea aqua 187.
καί omiss. 203. idem quod ἤ 35. sq. 246. sq. p. 55. (Schol. Lucian.) οὐ μόνον — καί 357. sq. eius vocis nota 353. 454. haustum vicinia litterae σ 72. 203. 353. sq. inde natum 353. sq.

confus. cum κατά 70. 88. 175. ἤ 203. παῖς 151.
καλεῖται ὁ τόπος Δίρκης 96. sq. ἔνθα καλεῖται Τριπυργία ubi est locus, qui T. vocatur 305. sq. 321. καλεῖσθαι καὶ εἶναι 355.
καλιαί 82.
Καλλίας ὁ δεύτερος 434.
καλλίχορος 41. sq. fluvius Callichorus 223.
Callirrhoen amat Nilus 369.
καλλίῤῥοος 188.
Callisto ab Iove in Dianam converso compressa 372. eademne fuerit, quae Themisto, Megisto ibid.
Calydna vicus Thebarum 20.
Calydnus Thebarum conditor 20. 419.
Calypso filia Solis 197. sq.
canes Cretenses, Indici, Actaeonii 378. sq. canis aureus Iovis custos, aereus Europae letifer hospitibus, qui infestus Teumesiae vulpi in lapidem versus est 399. sq.
Καράϊχος nomen 463.
Καραῖος Ζεύς 463.
carmina comparantur cum vino mellitove potu 190.
Cassandra, Casandra 404.
Castalius fons limpidus (castus, pudicus 187.) et dulcis, patre Acheloo natus 186. cum Cephiso miscetur 368. num in Boeotia fuerit 115. sq. 119. Antiochiae fons 119.
castus fons 187. sq. 211. sq.
κατά et καί confus. 70. 88. 175. et κακά 384. et μετά 353. καθ' ὅ ubi 175.
καταβαίνειν 278.
Κατασίγωνα insula 376.
καθαρῶς καί ἁγνῶς 5.
Caystrus et Caystrius fluvius 124.
Cecropius collis fontibus scatens 112.
Celadon commune plurium fluviorum cognomentum 393. sq. et Ladon confus. 394.
Celadus Celticus et Arcadius fluvius 394.
Celadusa appellativum nomen 394.
Κελκαία Ἄρτεμις, Κελκάς oppidum 301. sq.
Centaurei equi 413. Centauri dicti Titanes 249. idem atque Aenianes 248. sq. pugna cum Lapithis 247. sq. C. Cyprii 249. confus. cum Titanibus 249.
Κεφαλὴ Κυνός, similia montis nomina 284.
Cephali canis 400. sq.
Cephisus et Castalia miscentur 368 confunditur Ismeno 174.
κερκίς complectitur curam domesticarum rerum 200.
χ et τ confus. 88. 456. et κ 463. sq.
Chalcis ponte continenti iungitur 299. sq., qua via eo itur Thebis v. via.
Charadraeus leo 401.
χείρ fluvius 135.
χλιδή (λουτροῦ) 224. sq.
χλωρὸν ὕδωρ 186.
χορῖτις 459.
χόρος et χῶρος confus. 459.
χώρα καὶ πόλις 407. χώρα, χωρίον oppidum, vicus ibid. χῶρος et χόρος confus. 459. χῶρος aquaeductus 461.
χρῆσθαι λιμέσιν, ῥιμαῖς 43.
χρόνος annus 388. (add. Valcken. Diatr. p. 135. Boissonad. in Nicet. p. 93. Bernart. in Nonn. T. II. p. 176. Cang. in Ann. Comnen. p. 264.)
χρῷ δῆλον 349.
Chryse mater Phlegyae 350.
χρυσηλάκατος 232.
Chrysorrhoas dicitur Nilus, Pactolus 184.
χρυσοϋφεῖς ὀθόναι, χρυσόσημα νήματα, χρυσόπαστοι στολαί 201. sq.
κίβη arca 73. confusum cum θήβη ibid.
Cidalia fons 380.
κιρκαία herba 85. Circaei campi, oppidum ibid. confus. cum Dircaeus ibid.
Circe et Dirce, Circetis et Dercetis confus. 85.
circumflexus accentus et ων confus. 307.
Cissusa fons 216. sq.
Cithaeron dicitur mons Thebarum 10. Dircaeus mons, vertex 97. Aracynthus, Cremnissus, Elateas 90. antra, Zethi, 99. pars Parnasi 118. sq. 174. frater Heliconis 440. a cithara nominatus 87. 343. Cithaeron, 343., medius inter Atticae et Boeotiae fines

ἡ ἔμπορος 174.
ἐν significat viciniam 102. 168. 415. omiss. a librariis 403. confus. cum ἐπί 48. σύν 458.
ἐνάπτεσθαι φαρέτραν 403.
Enchelia dictae olim Thebae 20. 23. Encheliensos hostes Cadmi 22. non sunt encheliae dracones 23.
ἐνδείκνυσθαι μνήμην, διάνοιαν 436.
Enipeus quo in Tyro animo fuerit 369. sq.
ἐνταῦθα et ἐντεῦθεν confus. 193.
ἔπει num pro ἔπειτα positum fuerit 438. sq. ἐπεὶ, ἔπειτα et ἐπί, ἔτι confus. 437. sq.
ἕπεσθαι θεῷ, ἀνθρώποις 440.
ἡ ἐπὶ Φωκέων, ubi exspectes ἡ ἀπὸ Φ. 317. ἐπί et ἐν confus. 48. et ἔτι, ἔπειτα 437. sq.
Epidamnus caput Illyrici 49. condita et muris circumdata ab Zetho et Amphione 44. sq. 49. sq. in nummis eius urbis vacca expressa 52. confus. cum Epidauro 50.
Epidaurus et Epidamnus confus. 50.
Epirus filia Echionis 51.
ἑπτάπυλαι Θῆβαι 256.
equi Centaurei 413.
Erythrarum situs 286. sq.
ἐς omiss. 203. pro vel usurpatum 246. scribendo altera littera deminutum 245. sq. confus. cum ut 31.
ἑταῖροι καὶ φίλοι, κόλακες 355.
Eteonus filius Boeoti 456. et Itonus confus. ibid.
εὖ et ἐκ confus. 454.
Euadnae tres 368.
Euaras nomen 149.
Euboea Asopi filia 368. Τιτηνίς 260. saepe terrae motibus tremuit 177. sq. Euboea et Boeotia nomina promiscue posita 303. sq. saepe a librariis depravate scriptum veluti pro Πεδαιβία 350. mons in Argivis situs 303.
εὐκράς idem quod εὐκέφαλος 88.
Euenus fluvius 245. sq. Centaureus 246.
εὐήτριοι ὀθόναι 201. 202.
εὐπάρθενος 188.
Euphrates cum Nilo se miscet 367.
Euripus. pons ei iniectus 299. sq.
Euripides praeter ceteros appellatur tragicus 375. confus. cum Sophocle 374.
Europa in Dictaeum montem aut in Teumesum ab Iove delata 398. sq. eius custos canis aereus 399.
Εὐρώπη, Εὐρωπία, Εὔρωπος Thraciae 428.
εὐρυάγυια 41.
εὐρύχορος 41.
Eurymedusa Clitoris aut Acheloi filia 460.
Eurynome Oceani an Asopi filia aut eius mater 260. Τιτηνίς mater Gratiarum ibid.
Eurystheus cum filiis periit bello cum Atheniensibus gesto 151.
εὐστέφανος Θήβη 28.
εὐθύς et αὖθις confus. 4. ἡ εὐθὺ Φωκέων 317.
Eutresis vicorum ordinibus ab Amphione dimensa 43. 356.
ἐξάμιτος 202.
ἐξ ἧς et ἐξῆς confus. 308. ἐξ et ζ 309. sq.
ἤ et καί confus. 203. ἤ — ἤτοι 185. (add. Schneidewin. Coni. Crit. p. 116.) priore ἤ omisso ibid.
Ἥβη et Ἥρα confus. 428.
ἡγεῖσθαι vocare 424. sq.
Ἠλεῖος confus. cum τέλειος, πλείων 462. 463.
ἥλικες δρύες, ὁμῆλιξ ἵππος 439. sq.
Ἠπεδαναί Danaides 195.
Ἥρα et Ῥέα confus. 422. et Ἥβη 428.
Ἡράκλειος fluvius 180.
ἡρῷον et ἱερόν confus. 51.
Ἡρόχια festum 456.

F et e confus. 145.
fenestrae propugnaculorum 29.
ferrum Aonium 9.
festum tempus 437.
filii et nepotes in genealogiis permutati v. nepot.
fistula greges moderantur pastores 86. sq.
fluere et luere confus. 145.
flumina idem quod aquae 199.
fluvii v. fontes. saepe fit ut alio atque fons, unde ortum habent, nomine appellentur, interdum eodem, unde fontium et fluviorum vocabula promiscue usur-

pantur 99. duo diversis nominibus insigniti ex uno fonte orti 139. a membris hominum dicti 134. sq. eodem nomine, quo urbes dicti 161. fluviorum nomine nominantur homines 134. 227. sq. dicuntur paludes 100. qui dicantur per urbem fluere 146. sq. 169. qui fratres esse 181. nati parentibus Oceano et Tethye 181. feminini generis 99. 100. sq. terrae motibus perierunt 177. iidem modo rapidi, modo languidi et parvi dicuntur 204. sq. saxa verrentes, πολυψηφῖδες 206. ad eorum ripas deorum filii concipiuntur ac nascuntur 217. dii habiti 208. eorum filiae Nymphae 211. fontium fluviorumque amores 366—368. saltant 220. sq. habitant in imo alveo 209. ex quo quando efferant caput ibid. qui cornuti fingantur et barbati 209. 210. vestes lineae 233. ex quorum barba manet flumen 209. sq. caerulei 209. patrii 212. eorum nomina usurpantur pro nomine regionum 225. sq. fluviorum alumni homines 215. fluvium bibere, frangere, lavari, allui fluvio, in fluvio natare idem, quod colere regionem fluvii, possidere, eo advenire 214. sq.

Fontes creduntur ex Nympharum papillis manare 209. nati patribus fluviis 181. eorum amores 366. sq. fluvii fontesque sanguine fluentes 95. fons, fontes, flumina idem quod aquae 199.

Fontinales portae 320.

Fortunae inconstantia 375.

frangere fluvium 216.

fugere Bacchum, scelus 51.

γ ex ductu calligraphico natum 104. confus. cum σ 287. sq. ι 454.

galeae Boeoticae 9.

Ganymedes ab aquilis raptus 91.

Gargaphie et Argaphie fons et vallis Gratiarum, ubi Actaeon laceratus 379. sq.

γέγειος 266. 456. sq.

γεγωνόκωμος 219.

Genitivus. ὁ τόπος Δίρκης καλεῖται, „fons Dirces nominatur" 96. sq.

Genus. Οἰδιπόδειος κρήνη 243. ἑπτάπυλαι Θῆβαι 256. Αἰγύπτιοι Θῆβαι? 38.

γῆ et πηγή confus. 239.

Glisas, eius situs 334., ubi in Aonio campo Epigoni debellarunt 167.

γνώμη et ῥώμη confus. 373.

Gortynam perfluit Lethaeus 146. sq. confus. cum Gyrtone 351.

Gyges ubi sepultus 268.

Gyrton Phlegyarum sedes, urbs mari proxima 351. sq., unde Gyrtonii dicti 351. confus. cum Gortyna ibid.

h id est adspirationis nota temere vocabulis addita aut dempta 130.

Haemi umbrosae valles 444. 447.

Hamadryades, Adryades, Dryades 440. v. Nymphae.

Harma apud Boeotos, Atticos, Syros dicitur 409. sq. Aonium 165. Ἀμφιαράου Ἅρμα 409. 416. prope Mycalessum situm, ubi Amphiaraus absorptus fuit 163. sq. post Tanagraeorum fuit 414. dictum ab curru Amphiarai (aut Adrasti) 408. 409. sq. idem oppidum atque Cnopus 166. inde oraculum Oropum translatum 411. Harma lacus 165. sq. (Qui locus videtur maxime inde hominum sermone celebratus esse, quod magna fama esset lavacri Amphiaraei Ἀμφιάρεια λοετρά Euphor. fr. LXIX. p. 138. Paradox. 412. 460., cuius mentionem succurrit suspicari his ab Cicerone habitam esse de Divin. I. 40. „Amphiaraum autem sic honoravit fama Graeciae, deus ut haberetur atque ut ab eius solio oracula peterentur." Nam „solia dicuntur auctore Festo alvei lavandi caussa instituti, quo singuli descendunt" Schneider. in de Re Rust. I. 40. p. 45. Erunt tamen, qui quatenus de restituenda voce solio dico

Agesilaus et Acusilaus confus. 182. sq.
agger id est mons, rupes 97.
ἁγνῶς καὶ καθαρῶς 5.
ἀγραῖος et ἀρχαῖος confus. 8.
ἀγυιαί urbs 42.
αἱματοειδής 94.
Alcaena canis Actaeonis 378.
Alistra, mater Ogygi 257. 259.
ἀλλά omiss. οὐ μόνον - καί 357. sq.
ἄλλος et ἄλογος, ἄλοχος confus. 157. 425.
ἄλογος et ἄλλος confus. 157. 425.
Alphei amor 66. sq. 366. 368. et dona 366.
Amalthea Phoci filia 422.
Amazones Boeotiam aliquando incoluerunt 179.
amoenum id est ἀκτή 89. sq.
Ampharma 409.
Amphiaraus dictus Amphis 409. usus quadrigis 325. nomina equorum 413. obsidentem Proetides portas 168. sq. insequutus Periclymenus 410. inter coeli tempestatem solus absorptus 408. non apud Thebarum portas 168. aut Plataeas 162. 164. 416. 414. aut Oropum 412., sed apud Harma 162. 164. unum eius extitit templum oraculumque 411—416. in Boeotiae oppido Harmate, inde Oropum translatum 163. sq. eius lavacra 412. 460. et h. ind. v. Harma. non idem fuit Ismenium templum atque Amphiaraium 415. num fuerit Thebanorum privatus deus 414. sq.
Amphion vid. v. Zethus. in Cithaerone et Aracyntho cantat 87. sq. antiquae musicae inventor 32. tres lyrae addidit chordas 308. Lini discipulus 31. 32. comparatus cum Orpheo 32. cum Romulo et Cyro 44. lyram an citharam a quo acceperit 32—35. lyra saxa duxit 36. et feras 88. sq. tibia canendi peritus 55. 86. sq. unde fama de eius cantandi peritia 343. orator optimus 436. μάγος dictus 52. muros struxit Thebarum 29. sq. et Epidamni 44. sq., unde Thebarum auctor dicitur, non item frater 37. quid significet eius nomen 42. aedificia celerrime et firmissime constructa comparantur cum Thebis ab Amphione lyrae ope exstructis 36. sq. ab eo Thebae et Eutresis vicorum ordinibus dimensae 39. 43. Amphionium dicitur quidquid Thebanum est 377.
Amphitryon apud Thebas Electras oppidum condidit 150.
Amymone sola poenae Danaidum expers 194. a Neptuno ubi et quando compressa 192. fons et fluvius 99. tres fontes, quibus fluvius concipitur 192. semper liquidi 194. situ et natura disiunctissimi a Lerna 192. sq.
ἄν et ἄρα confus. 444.
ἀναβαίνειν 278.
Anachronismus 325.
Ἄναυρος commune plurium fluviorum cognomentum 393.
Androcrates, heros Plataeensium. eius fanum 275. 287.
Androgeus ubi interfectus 276. sq.
ᾶνος nota 419. sq.
Antenor ab Aenea de regno eiectus 85.
Anthedon. eius situs 334.
Anthippe 453.
ἄνθρωπος. nota eius vocis 419. 420. confus. cum οὐρανός, ὡραῖος 419. Ἀθηναῖος 452.
ἀνθρωποῤῥαίστης 420.
Antiopa Asopi, secundum posteriores scriptores Nyctei filia 69. ab Iove vitiata an a Theobonte 69. sq. 371. sq. ubi pepererit Zethum et Amphionem 288. sq. crudelissima poena a Nycteo affecta 82. Ἀντιόπης θρῆνος proverbium 82. sq. 374. a Baccho in furorem coniecta 219.
Aon rex 8. 419.
Aones sive Aonii, Ἀόνιοι 165. vicatim habitarunt 19. in Cadmi fidem venerunt 7. Aonius mons, fons 419. campus 167. 416. ferrum 9. deus 261. confus. cum οὐράνιος 419. Ionius, Onius, Anius 418. Ausonius 165.
ἄωρος 421.
ἀπήνη confus. cum Ἀθήνη, Θήβη, 452.
ἀπηρτημένος 457.
ἀφνειὸς ποταμός 207.

Apollo munivit Troiam 21. 24.
Apostrophus confus. cum — ος 4.
Ἄπροι, Ἄπρως, Ἄπρος Europae urbs, prius Theodosiopolis dicta 428. sq.
ἅπτειν confus. cum πίπτειν 416.
ἄρα in proverbiis usurpatum 443.
ἄρα et ἄν confus. 444. ἄρ' ἦν 443. sq.
Aracynthus mons in confiniis Boeotiae et Atticae atque adeo pars Cithaeronis 89. an ita dictus Cithaeron 90.
Araxes commune plurium fluviorum cognomentum 393.
arbores saltantes, μαινάδες, θυιάδες 444.
Ἀρκάδα μιμούμενος proverb. 389.
Arcades duo Iovis filii 372. Arcadia pro Elide nominatur 462.
arces fere in mediis urbibus sitae 330. fontibus bene riguae 112.
ἀρχαῖος idem quod αὐτόχθων 440. 136. confus. cum Ἀραῖος 8.
ἀρχέγονος 136.
Ἄρης, Ἄρητος, Ἄρου 106.
Areilycus Eteoni filius 456.
Ἄρειοι gens 104. sq. Ἄρειον τεῖχος 28. 112. Ἀρεία κρήνη v. Aretias. confus. cum Ἀργεῖος 104. sq.
Arethusa ab Alpheo amata 66. sq. 366. fons Chalcidensium 106.
Aretias fons, Ἀρητιάς, κρήνη Ἄρεως 105. sq. Ἀρεία κρήνη, πηγή 103. cum Dirce a veteribus scriptoribus confusa 95. 107. sq. fuit sub Cadmeae moenibus 108. sq. 143., ex quibus per fistutas delabitur 111. a serpente custoditus 107. sq. aqua purissima 186. interdum sanguine fluxit 95. et Arethusa confus. 106.
Argaphie fons 380.
Ἀργεῖος et Ἄρειος confus. 104. sq.
Ἄργος campus 303. Argos Boeoticum 105. 303. Thessalicum 352. Argorum arx Nemea 192.
Argus stationem egit in Nemeo monte 192.
Arion a delphinibus servatus 91. cum Orpheo et Amphione comparatus 32. confus. cum Orione 381.
ἀροῦν de patre 418.
Articulus omiss. 336. a librariis omiss. 417. 443. conf. 437. sq.
Asbotii equi 412. sq. (nunc eo inclinat animus, ut a Schol. Pindar. Antimachum pro Euphorione nominatum scribendumque esse arbitrer pro ἀσυστάτους Ἀσβωτίους).
Aschetus nomen equi Amphiarai 413.
Asopus vid. vv. Metopa. Thebe. filius an pater Eurynomes 260. eius filiae 363. sq. num Thisben amarit 66. sq. saepe fulminibus ictus 423. 196. sq. ποταμὸς Θηβῶν 153. non praeter Thebas, sed per Parasopiam labitur 153. dirimit Plataeensium et Thebanorum agrum 274. celerrime imbrium vi crescit 291. sq. salsa aqua 196. eius fontes 69. frater Ismeni 181. componitur cum Inacho 405. Ἀσωπός, non Ἄσωπος 131. sq. confus. cum Αἴσηπος 368. et Carr. in Valer. Flacc. III. 420.
Αἴσωπος, Aesculapius 368. πρόσωπον 367. — Asopus Sicyonius ex Phrygia in Peloponnesum delabitur 367. — urbs Laconiae 364.
Asteas nomen 149.
Asterius dictus Cithaeron 135.
Atalanta Schoeneia fuit, non Scyria 160. Arcadia et Boeotia confus. 160. sq.
Athenarum et Thebarum quanta vicinia 278. inde Graeci Troiam profecti 413. electi philosophi 451. Ἀθῆναι et Ἀθηναῖοι confus. 255. et Θῆβαι, Θηβαῖοι, Athenae et Thebae 447. sq. et θεοί 451. et ἄνθρωποι 452.
Atlantes 56. (cf. Eustath. in Dionys. Perieg. 66. p. 97. sq. et Bernhardy. annot. p. 541.)
ἄτρυτος 4.
Aulis et Daulis confus. 360. non inde sed Athenis profecti Troiam sunt Graeci 413.
αὐλός et αὐτός confus. 55. 391. et Λυδός 383.
aureus (aurus) non veris syllabis pronunciatum 396.
Ausonius et Aonius confus. 165.
αὖθις et εὐθύς confus. 4.
αὐτόχθων Νύμφη 261. 440.
αὐτός reliquus 17. αὐτοῖς τοῖς παισί, αὐτοῖς παισί, παισὶν αὐτοῖς ἀποθανεῖν una cum filiis mori

151. sq. 306. αὐτός, αὐτοῦ, αὐτόν confus. 434. et αὐλός, αὐλή 55. 391. ἀσκός 384.
avus et pater in genealogiis permutati 133.
ἀζαλέος 370.

β et υ confus. 433. 448.
Bacchae in vicis debacchantur 42. earum est comas diffundere 219. saltare 220. sq. 459. lavari 222. sq.
Bacchus Ogygius, Aonius, Καδμεῖος, Echionius, Thebanus deus 261. sq. ὁ Νύσιος 455. natus quo fonte ablutus 216. sq. formosus 217. adversus Maedos profectus 288. a Tenediis cultus 419. sq. superavit et uxorem duxit Pallenen 455.
βάλλειν τινί idem quod ἐμβάλλειν τινί 388. et λαβεῖν confus. 353.
Bato auriga num una cum Amphiarao absorptus fuerit 408.
Bembina oppidum 240.
Bene oppidum 362.
Bias fluvius 432.
bibere fluvium quid sit 214.
Biblus fluvius 432. sq.
βίβλος, βιβλίον et βίος confus. 433.
βίος et υἱός, δεύτερος, δευτερίας, βίβλος, βιβλίον confus. 433. sq.
Bistonii agri documentum habuerunt Orphei cantus 442.
Boeotia in Thracia sita 453. sq. Βοιωτίς 350. B. et Euboea nomina promiscue posita 303. sq. et Phocis in unum confusae 117. sq. plana 10. saepe terrae motibus tremuit 177. sq. in Mss. fere Boëtia scripta 75.— Boeotorum dialectus 124. 131. 313. 59. sq. 98.
Boeotiae sive Hypsistae portae 323.
Boeotus pater Ogygi 257. sq. Neptuni an Itoni filius 258 455. sq. Melanippae an Arnes 453. ad Metapontum aut ad Dium aut in Thraciam profugit 453.
βος id est δεύτερος 433 sq.
bos in cornua irascens 90.
Brilesus. de scriptura eius vocis 405.
βρόχος et βροτός confus. 88.
βροτός et βρόχος confus. 88.
βουκόλος et βουκόλιον confus. 49. 1.
Βούκρανος mons 284.

c et t confus. 430. sq. κ et τ 5. 384. et ξ 454. et χ 463. sq.
κακά et κατά confus. 384.
Καδμεία et Καδμία, Καδμεῖος et Κάδμιος 17. Καδμηΐς, Καδμεία ager Thebanus 17. 18. arx Thebarum 14. 16 sq. πόλις dicta 16. in scopulo sita 11. 40. 97. 268. munita a Cadmo 11. sq. fontibus scatens 111. sq. sita inter Electras et Proetides portas, nec vero in media urbe 329. sq. Cadmei id est Thebani p. 17. (add. Herodot. IX. 27.) Cadmea victoria proverbium; eius rationes et caussae 383. sq. praeclara quaedam victoria 387. sq. non dicitur Καδμείαν νικᾶν, sed Κ. νίκην νικᾶν 385. quid significet nomen 19. 71. altera Africae urbs 18. sq. 72.
Καδμία et — εία 17. lapis aerosus 9.
Κάδμος clypeus, galea 9. aeris et auri inventor, belli armorumque potentissimus 8. dives 9. cum exercitu in Boeotiam advenit 6. sq., ubi etiam ipsa Europa esset 398. Sidonius an Tyrius 12. Aegyptius 70. Ogygi filius 12. sq. Κάδμου πεδιάς 18. Cadmeam condidit, non Thebas 23. sociis operis spartis 13. num Amphionem viderit 25. sq. per fistulas aquas duxit 111. (conf. Hermann. Quaest. Oedip. III. p. 114. annot. 152.) eius canis 400. sq. venit in Illyricum socia Epiro 51., ubi eius et Harmoniae fuit signum et templum sepulcrumque 50. sq. eius filius Illyrius serpentis spiris innexus 51. ipse cum coniuge serpens factus 50. 385.
caerulea aqua 187.
καί omiss. 203. idem quod ἤ 35. sq. 246. sq. p. 55. (Schol. Lucian.) οὐ μόνον — καί 357. sq. eius vocis nota 353. 454. haustum vicinia litterae σ 72. 203. 353. sq. inde natum 353. sq.

confus. cum κατά 70. 88. 175. ἤ 203. παῖς 151.
καλεῖται ὁ τόπος Δίρκης 96. sq. ἔνθα καλεῖται Τριπυργία ubi est locus, qui T. vocatur 305. sq. 321. καλεῖσθαι καὶ εἶναι 355.
καλιαί 82.
Καλλίας ὁ δεύτερος 434.
καλλίχορος 41. sq. fluvius Callichorus 223.
Callirrhoen amat Nilus 369.
καλλίῤῥοος 188.
Callisto ab Iove in Dianam converso compressa 372. eademne fuerit, quae Themisto, Megisto ibid.
Calydna vicus Thebarum 20.
Calydnus Thebarum conditor 20. 419.
Calypso filia Solis 197. sq.
canes Cretenses, Indici, Actaeonii 378. sq. canis aureus Iovis custos, aereus Europae letifer hospitibus, qui infestus Teumesiae vulpi in lapidem versus est 399. sq.
Καράϊχος nomen 463.
Καραῖος Ζεύς 463.
carmina comparantur cum vino mellitove potu 190.
Cassandra, Casandra 404.
Castalius fons limpidus (castus, pudicus 187.) et dulcis, patre Acheloo natus 186. cum Cephiso miscetur 368. num in Boeotia fuerit 115. sq. 119. Antiochiae fons 119.
castus fons 187. sq. 211. sq.
κατά et καί confus. 70. 88. 175. et κακά 384. et μετά 353. καθ' ὅ ubi 175.
καταβαίνειν 278.
Καταστίγωνα insula 376.
καθαρῶς καί ἁγνῶς 5.
Caystrus et Caystrius fluvius 124.
Cecropius collis fontibus scatens 112.
Celadon commune plurium fluviorum cognomentum 393. sq. et Ladon confus. 394.
Celadus Celticus et Arcadius fluvius 394.
Celadusa appellativum nomen 394.
Κελκαία Ἄρτεμις, Κελκάς oppidum 301. sq.
Centauri equi 413. Centauri dicti Titanes 249. idem atque Aeniaones 248. sq. pugna cum Lapithis 247. sq. C. Cyprii 249. confus. cum Titanibus 249.
Κεφαλὴ Κυνός, similia montis nomina 284.
Cephali canis 400. sq.
Cephisus et Castalia miscentur 368 confunditur Ismeno 174.
κερκίς complectitur curam domesticarum rerum 200.
χ et τ confus. 88. 456. et κ 463. sq.
Chalcis ponte continenti iungitur 299. sq., qua via eo itur Thebis v. via.
Charadraeus leo 401.
χείρ fluvius 135.
χλιδή (λουτροῦ) 224. sq.
χλωρὸν ὕδωρ 186.
χορῖτις 459.
χόρος et χῶρος confus. 459.
χώρα καὶ πόλις 407. χώρα, χωρίον oppidum, vicus ibid. χῶρος et χόρος confus. 459. χῶρος aquaeductus 461.
χρῆσθαι λιμέσιν, ῥυμαῖς 43.
χρόνος annus 388. (add. Valcken. Diatr. p. 135. Boissonad. in Nicet. p. 93. Bernart. in Nonn. T. II. p. 176. Cang. in Anna Comnen. p. 264.)
χρῦ δῆλον 349.
Chryse mater Phlegyae 350.
χρυσηλάκατος 232.
Chrysorrhoas dicitur Nilus, Pactolus 184.
χρυσοῦφεῖς ὀθόναι, χρυσόσημα νήματα, χρυσόπαστοι στολαί 201. sq.
κίβη arca 73. confusum cum θήβη ibid.
Cidalia fons 380.
κιρκαία herba 85. Circaei campi, oppidum ibid. confus. cum Dircaeus ibid.
Circe et Dirce, Circetis et Dercetis confus. 85.
circumflexus accentus et ων confus. 307.
Cissusa fons 216. sq.
Cithaeron dicitur mons Thebarum 10. Dircaeus mons, vertex 97. Aracynthus, Cremnissus, Elateas 90. antra Zethi 99. pars Parnasi 118. sq. 174. frater Heliconis 440. a cithara nominatus 87. 343. Cithaeron 343. medius inter Atticae et Boeotiae fines

89. αἱ ἐκβολαὶ αἱ κιθαιρωνίδες, ἡ κατὰ τὸν Κ. ἐςβολή 283. sq. non duae apud Plataeas fauces fuerunt 290. eum infestum habuerunt latrones 281. abundat pascuis 86. 208. solitudine et umbris horridus 96. ibi Amphion cantabat 87. sq. Cithaeronius leo 401.
cithara et lyra quum differant tamen promiscuo usu ponuntur 34. sq.
cl et d confus. 430.
Κλειψύδραι fontes 112. 367.
Clitor, Azanis filius 460.
Clitorius fons 459.
Cnopus (Cnopia) urbs et fluvius Thebanus 161. eadem urbs atque Harma 166., unde translatum ad Oropios oraculum 411. Thebanae ditionis 161. 168. post Tanagraeorum facta 414. non dicta eadem Ismene 170. — fluvius male scriptus Κλέοπος, Δεωπός 161. non fluxit apud Potnias 162. sq. in Hylicen decidit 162. sq. 166. non idem fluvius atque Ismenus 169.
Κοῖλα sinus Thraciae, alter Euboeae 179.
comam iactare est fanaticorum sacerdotum 219.
copula καί atque et omiss. 208.
Coressus. de scriptura 405.
Corinthus aemula Argorum, siquidem habuit cognomines fluvios et montes 195. arx fontibus scatens 112.
Corsiae Thebae 15.
Corycium antrum et in Parnaso fuit et in Cithaerone 118. 119.
Corydali situs 276. sq.
Cothus et Aeolus 300.
Κράνη (Κράνα) urbs 462.
κρέκειν de tibia et lyra 55.
Cremnissus dictus Cithaeron 90.
Κρηναῖαι portae sive Διρκαῖαι 318—322. earum situs 332. sq.
κρηναῖον γάνος, ὕδωρ 461.
Κρήνη praeter alios fontes dicitur Hippocrene 461. Κρῆναι, Κράνη, Κρηνίδες urbes 462. κρήνη et πηγή differunt 114. sq. κρῆναι Διρκης aquae 198.
Cretenses canes 378. canis aureus et aereus custodes Iovis et Europae 699.
Crimisus et Crimisius fluvius 129.
Croesi lateres, πλίνθοι 395.
Cronius Himaliae et Iovis filius 365. sq.
κρούειν, κροῦσις de tibia pariter atque de lyra 55.
Κρουνοί urbs 462.
κτίζειν munire 24.
culter Delphicus 417.
κύλικες locus Illyrici 50.
κῦμα foetus 418.
Cytus Iovis et Himaliae filius 365. sq.

d et cl confus. 430.
Δαμοτοΐδας, Δαμοθοΐδας 392.
Danaidum poena 194. sq.
Danaus puteis effossis nobilis 195.
Daras urbs 429.
Dardanius fluvius 126.
Daulis et Daulia 359. sq. et Aulis confus. 360.
δέ sextum enunciati locum tenet 354.
δή et Δία, Διΐ confus. 427.
Delphi complura habent cum Thebis communia 115. sq. quibus viis adibantur v. viae. Delphicus culter 417. confus. cum ἀδελφοί 448. sq.
Delphinius serpens sive Delphyne 116.
Delphusa fons Phocidis et Boeotiae 117.
Delus. ibi τροχοειδής λίμνη 234.
deorum liberi in ripis fluviorum concepti atque nati 217.
Δέρκη 85. 98.
δευτερίας lora 433.
δεύτερος. eius vocis nota 433. confus. cum βίος, υἱός 433. sq.
Δίδυμοι fluvii 139.
διά praeter. ῥεῖ ποταμὸς διὰ πόλεως quid sit 146. sq. 169.
Diana χρυσηλάκατος 234. Celcaea 801. sq. Hecate 379. dea fanatica 459. dea fontium montiumque 234. 459. eius comites, Nymphae Naides 211. sq. et Hamadryades 440. tentator Actaeon 379.
Dias nomen equi Amphiarai 413.
Dice dicitur Παρθένος 436. δίκη et δίρκη confus. 382.
Dictaeum antrum. ibi Iupiter et natus est et cum Europa nuptias habuit 398. sq.

δι' ὅλου 433.
Diomedeae aves 39. sq.
Διόνυσος et Διονύσιος confus. 141.
Diospolis sive Thebae Aegyptiae 76.
Dirce regina Baccha 218. sq. filia Solis 197. infesta Antiopae 83. a tauro raptata 83. sq. 90., quem Zethus ceperat vi musicae Amphionis detentum 88. 90. vel a tauris 91. sq. aut equis 92. crinibus ad feram religata 84. Dirces vincula 88. eius sanguis beneficio Liberi 219. in fontem fluxit aut ipsa in fontem abiecta 92. sq. eius sepulcrum id est fons Dircaeus 93. (add. Hermann. Quaest. Oedip III. p. 103. sq.) summa cum religione cultum 93. sq. 95. sq. namque fons quasi quidam interpres futurarum rerum interdum cruore manavit 94. sq. is fons Dircaeus 97. sq. in Cithaerone fuit ibid. et 138. ex quo ortus Ismenus et Dirce fluvius 98., qui vocantur gemini fluvii 139. vicinus Thebis fuit 102., non fuit apud Potnias 138. D. fons dicitur palus 100. num fuerit ἐχιδνόκομος, a serpente custoditus 107. sq. confusus a veteribus scriptoribus cum Aretiade v. h. fluvius, qui uno Dircaeo fonte concipiebatur, latus et altus 180. sq. qua decurrat 140. sq. 332. sq. et immergatur 180. Dirce et Ismenus fluvii iuncti, promiscue usurpati 142. Dircaea loca horrida solitudine et umbris 96. 108. sq. 218. Dircaeus ager ibid. et 107. sq. pascua 91. greges 208. Dircaea flumina 198. Dirce aqua purissima 187. et dulcissima 190. εὐπάρθενος 187. sq. καλλιῤῥοος, καλλιχορουνος 188. ἁβρά 225. unde habita Acheloi filia 182. 185. sq. et dea 210. sq., eadem filia Ismeni 181. Baccho sacratissima 218. sq., cuius altrix fuerat 215. Dircaeis aquis perluta et tacta et mortalia corpora pulcriora reddebantur 217. sq. 199. sq. Dircaeum id est Thebanum, Dirce Thebae 225. sq. — Dirce fons Argivus 98. 105. unde ductum nomen 187. 197. confus. cum δίκη 382. Λέρνη 196. Κίρκη, Διρκαία cum Κιρκαία, Dircetis cum Derce, Dercetis 85.
Dircaea herba 85. δίρκαιον daucum 382. sq.
Dircaeae portae sive Crenaeae 318. sq. 322. sq.
δίσκου ψόφος 434.
dives fluvius 207.
Dotia Elati filia 350.
Dracon rex 7.
Dryades v. Nymphae. earum natura et sedes 440. sq.
Δρυὸς Κεφαλαί 283. sq. δρῦς καὶ πέτρα 446. 447. proverb. δρῦς μαινὰς ἐγένετο 443. sq. ἀπὸ δρυὸς ἢ πέτρας εἶναι 446. Δρῦς urbs 442.
Δύμη et Δύσμη 460.
Dyrrhachium v. Epidamnus.
Δύσμαιναι 459. sq.
Δύσμη et Δύμη 460.

E pro H ut Θέβη non reperitur in libris mss. 120. 131. ε et σ confus. 310. e et f confus. 145.
Ἕβδομος locorum nomen 336. ἕβδομος et ὁ ἕβδομος ibid.
ἐκ et ἐκ confus. 308. ἐξ et ζ 309. sq. et εὖ 454.
Echion gener Cadmi 13. sq. eius filia Epirus 51.
εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι 355.
Εἰρ fluvius 135.
Elatas auriga Amphiarai 408. sq.
Electra Cadmi soror. socrus. 271. uxor 273. Electryone dicta 271.
Electrae Ἤλεκτραι, Ἠλέκτρη, Ἠλεκτραῖαι, — τρίδες, — τριάδες portae unde dictae 270. sq. fuerunt maximae, ex quibus via in Atticam ferebat 274. sq. 332. ante eas campus loto abundans 207. Electrae suburbium 150. 152. 270.
Electrum Pactoli 396. pallet 186. sq.
Electryon ab Amphitryone occisus 150. 271.
Electryone Atlantis, altera Solis filia 271. 273.
Eleutheras infestas latrones habuerunt 281. ibi bivium 288. sq. earum situs 276. 283.
Elides duae 462. Elis adscripta Arcadiae ibid.

ἡ ἔμπορος 174.
ἐν significat viciniam 102. 168. 415. omiss. a librariis 403. confus. cum ἐπί 48. σύν 458.
ἐνάπτεσθαι φαρέτραν 403.
Enchelia dictae olim Thebae 20. 23. Encheliense hostes Cadmi 22. non sunt encheliae dracones 23.
ἐνδείκνυσθαι μνήμην, διάνοιαν 436.
Enipeus quo in Tyro animo fuerit 369. sq.
ἐνταῦθα et ἐντεῦθεν confus. 193.
ἔπει num pro ἔπειτα positum fuerit 438. sq. ἐπεὶ, ἔπειτα et ἐπί, ἔτι confus. 437. sq.
ἕπεσθαι θεῷ, ἀνθρώποις 440.
ἡ ἐπὶ Φωκέων, ubi exspectes ἡ ἀπὸ Φ. 317. ἐπί et ἐν confus. 48. et ἔτι, ἔπειτα 437. sq.
Epidamnus caput Illyrici 49. condita et muris circumdata ab Zetho et Amphione 44. sq. 49. sq. in nummis eius urbis vacca expressa 52. confus. cum Epidauro 50.
Epidaurus et Epidamnus confus. 50.
Epirus filia Echionis 51.
ἑπτάπυλαι Θῆβαι 256.
equi Centaurei 413.
Erythrarum situs 286. sq.
ἢ omiss. 203. pro vel usurpatum 246. scribendo altera littera deminutum 245. sq. confus. cum ut 31.
ἑταῖροι καὶ φίλοι, κόλακες 355.
Eteonus filius Boeoti 456. et Itonus confus. ibid.
εὖ et ἐκ confus. 454.
Euadnae tres 368.
Euaras nomen 149.
Euboea Asopi filia 363. Τιτηνίς 260. saepe terrae motibus tremuit 177. sq. Euboea et Boeotia nomina promiscue posita 303. sq. saepe a librariis depravate scriptum veluti pro Πεῤῥαιβία 350. mons in Argivis situs 303.
εὐκράς idem quod εὐκέφαλος 88.
Euenus fluvius 245. sq. Centaureus 246.
εὐήτριοι ὀθόναι 201. 202.
εὐπάρθενος 188.
Euphrates cum Nilo se miscet 367.
Euripus. pons ei iniectus 299. sq.
Euripides praeter ceteros appellatur tragicus 375. confus. cum Sophocle 374.
Europa in Dictaeum montem aut in Teumesum ab Iove delata 398. sq. eius custos canis aereus 399.
Εὐρώπη, Εὐρωπία, Εὔρωπος Thraciae 428.
εὐρυάγυια 41.
εὐρύχορος 41.
Eurymedusa Clitoris aut Acheloi filia 460.
Eurynome Oceani au Asopi filia aut eius mater 260. Τιτηνίς mater Gratiarum ibid.
Eurystheus cum filiis perlit bello cum Atheniensibus gesto 151.
εὐστέφανος Θήβη 28.
εὐθύς et αὖθις confus. 4. ἡ εὐθὺ Φωκέων 317.
Eutresis vicorum ordinibus ab Amphione dimensa 43. 356.
ἐξάμιτος 202.
ἐξ ἧς et ἐξῆς confus. 308. ἐξ et ζ 309. sq.
ἤ et καί confus. 203. ἤ — ἤτοι 185. (add. Schneidewin. Coni. Crit. p. 116.) priore ἤ omisso ibid.
Ἥβη et Ἥρα confus. 428.
ἡγεῖσθαι vocare 424. sq.
Ἠλεῖος confus. cum τέλειος, πλείων 462. 463.
ἥλικες δρύες, ὁμῆλιξ ἵππος 439. sq.
Ἡπεδαναί Danaides 195.
Ἥρα et Ῥέα confus. 422. et Ἥβη 428.
Ἡράκλειος fluvius 180.
ἡρῷον et ἱερόν confus. 51.
Ἡρόχια festum 456.

F et e confus. 145.
fenestrae propugnaculorum 29.
ferrum Aonium 9.
festum tempus 437.
filii et nepotes in genealogiis permutati v. nepot.
fistula greges moderantur pastores 86. sq.
fluere et luere confus. 145.
flumina idem quod aquae 199.
fluvii v. fontes. saepe fit ut alio atque fons, unde ortum habent, nomine appellentur, interdum eodem, unde fontium et fluviorum vocabula promiscue usur-

pantur 99. duo diversis nominibus insigniti ex uno fonte orti 139. a membris hominum dicti 134. sq. eodem nomine, quo urbes dicti 161. fluviorum nomine nominantur homines 134. 227. sq. dicuntur paludes 100. qui dicantur per urbem fluere 146. sq. 169. qui fratres esse 181. nati parentibus Oceano et Tethye 181. feminini generis 99. 100. sq. terrae motibus perierunt 177. iidem modo rapidi, modo languidi et parvi dicuntur 204. sq. saxa verrentes, πολυψηφῖδες 206. ad eorum ripas deorum filii concipiuntur ac nascuntur 217. dii habiti 208. eorum filiae Nymphae 211. fontium fluviorumque amores 366—368. saltant 220. sq. habitant in imo alveo 209. ex quo quando efferant caput ibid. qui cornuti fingantur et barbati 209. 210. vestes lineae 233. ex quorum barba manet flumen 209. sq. caerulei 209. patrii 212. eorum nomina usurpantur pro nomine regionum 225. sq. fluviorum alumni homines 215. fluvium bibere, frangere, lavari, allui fluvio, in fluvio natare idem, quod colere regionem fluvii, possidere, eo advenire 214. sq.

Fontes creduntur ex Nympharum papillis manare 209. nati patribus fluviis 181. eorum amores 366. sq. fluvii fontesque sanguine fluentes 95. fons, fontes, flumina idem quod aquae 199.

Fontinales portae 320.

Fortunae inconstantia 375.

frangere fluvium 216.

fugere Bacchum, scelus 51.

γ ex ductu calligraphico natum 104. confus. cum σ 287. sq. ι 454.

galeae Boeoticae 9.

Ganymedes ab aquilis raptus 91.

Gargaphie et Argaphie fons et vallis Gratiarum, ubi Actaeon laceratus 379. sq.

γέγειος 266. 456. sq.

γεγωνόκωμος 219.

Genitivus. ὁ τόπος Δίρκης καλεῖται, „fons Dirces nominatur" 96. sq.

Genus. Οἰδιπόδειος κρήνη 243. ἑπτάπυλαι Θῆβαι 256. Αἰγύπτιοι Θῆβαι? 38.

γῆ et πηγή confus. 239.

Glisas, eius situs 334., ubi in Aonio campo Epigoni debellarunt 167.

γνώμη et ῥώμη confus. 373.

Gortynam perfluit Lethaeus 146. sq. confus. cum Gyrtone 351.

Gyges ubi sepultus 268.

Gyrton Phlegyarum sedes, urbs mari proxima 351. sq., unde Gyrtonii dicti 351. confus. cum Gortyna ibid.

h id est adspirationis nota temere vocabulis addita aut dempta 130.

Haemi umbrosae valles 444. 447.

Hamadryades, Adryades, Dryades 440. v. Nymphae.

Harma apud Boeotos, Atticos, Syros dicitur 409. sq. Aonium 165. Ἀμφιαράου Ἅρμα 409. 416. prope Mycalessum situm, ubi Amphiaraus absorptus fuit 163. sq. post Tanagraeorum fuit 414. dictum ab curru Amphiarai (aut Adrasti) 408. 409. sq. idem oppidum atque Cnopus 166. inde oraculum Oropum translatum 411. Harma lacus 165. sq. (Qui locus videtur maxime inde hominum sermone celebratus esse, quod magna fama esset lavacri Amphiaraei Ἀμφιάρεια λοετρά Euphor. fr. LXIX. p. 138. Paradox. 412. 460., cuius mentionem succurrit suspicari his ab Cicerone habitam esse de Divin. I. 40. „Amphiaraum autem sic honoravit fama Graeciae, deus ut haberetur atque ut ab eius solio oracula peterentur." Nam „solia dicuntur auctore Festo alvei lavandi caussa instituti, quo singuli descendunt" Schneider. in de Re Rust. I. 40. p. 45. Erunt tamen, qui quatenus de restituenda voce solio dico

assentiantur, sed de interpretatione in eam abeant partem, ut intelligi censeant solium, quo defuncti condi solerent Salmas. Plin. Exercitt. p. 847. a. A.). proverb. δι' Ἁρματος ἀστράπτει. ἢ δι' Ἁρματος (ἐπιστολή) 411.
Harmonia cuius filia 272. eius signum et sepulcrum quod in Illyrico extitit, 50. sq.
Hecataeus rariores vocabulorum formas usurpat 457.
Hecate epitheton Dianae 379.
Hectenes 263. sq.
Hegesilaus et Acusilaus confus. 183.
Helicon frater Cithaeronis 440. Heliconius leo 401. sq.
Heracleus fluvius 180.
Herbesus fluvius 403. 405. 407.
Hercules quot leones occiderit 401.
Hermaeum apud Mycalessum situm 298.
Hermus Baccho sacer 223. unde aurum vehat 224.
Himalia ab Iove pluvio amata 365. 370. 422.
Homole mons, Homolion urbs 325. 326.
Homoloides portae Ὁμολωΐδες nec vero Ὁμολοΐδες 323. sq. 464. unde dictae 324. earum situs 333. sq. Homolois, Homoloeus liberi Niobae 324. Ὁμολώϊχος nomen 464.
Hyaei 21.
Hyantes in Aetoliam concesserunt 7. sq. Hyanteus fons 244.
Hyas rex. 8.
Hylice quos accipiat fluvios 170. 162. 166.
Hypanis et Hypaneius amnis, Ὑπάνιος 129.
Hypsistae sive Boeotiae portae 323. Boreales 333. unde dictae 323. 343. sq. earum situs 333. sq. 343. sq. inde via fert Anthedonem 334.
Hyria Boeotia 350.
Hysiae nomen a librariis saepe depravatum veluti in Ἀγιαί, Ὑγιαί 287. sq. earum situs 286. sq.

ι in ipso vocabulorum principio intercipiebant premendo (σμῆναι id est ἰσμῆναι) 127. confus. cum γ 454. subscriptum confus. cum ν 420. 436. sq.
Iaon fluvius 136.
Iardanus fluvius 394.
Icarius Erigonae pater et Daedali filius 122.
ἵδρυμα 355.
ἱερόν et ἠρίον confus. 51.
ignes belli tempore per noctem accensi 275. sq.
Iguessa fons 365.
Ilissus. de scriptura 405.
Illyricum. qui eo devenerint Thebani 50. sq.
Illyrius Cadmi filius 45. 51. alter Polyphemi 45. Ἰλλυριός 48.
in et m confus. 368.
Inachus dicitur e Lacmo ortus ad Lyrceum montem Peloponnesi pervadere 236. sq. 242. eius uxor Melia 239. sq. componitur cum Asopo id est Argi cum Boeotia 205. ingens modo, modo tenuis dicitur 204. periit motu terrae 177. — Boeotiae fluvius 236.
includere viam 430.
Indici canes 378. Ἰνδική et Μηδική confus. 288.
Inessa, Inesson 365.
Inopus fons et fluvius 99. 368. augetur et decrescit eodem quo Nilus modo, a quo amari fingitur 367. sq. etiam Oenopus scribitur 368.
Io Inachi fluvii vel regis Argivi aut Epirotici filia 238. 239. Isis dicta 238. sq. Iovem experta bovem 372. sq.
Iodama 63. sq.
Ionius et Aonius confus. 418.
ιου et ου confus. 141.
Iphigenia in Attica mactata 413.
Ἱπποκρήνη praeter ceteros fontes dicta Κρήνη 461.
-ις et εις confus. 152.
ischiadici Thebis tibia sanantur 390. 392.
Isis dicta Io 238. sq.
ἰσμῆναι 127.
Ismene Asopi filia 363. a Tydeo occisa 243. fons ibid. suburbium Thebarum 148. non idem oppidum atque Cnopus 170.
Ismenias Thebanus an Thisbaeus, eius ars tibiaeque 391. sq. ce-

cinit quum diruerentur Thebae 54. sq. scriptum Hismenias, Smenias 128. 130. sq.

Ismenides Nymphae 211.

Ismenius collis 140. Ismenium templum 141. sq.

Ismenus Asopi et Metopae filius 132. Amphionis ibid. Apollinis et Meliae ibid. alius 134.

Ismenus fluvius Thebarum vel Boeotiae 120. non Hismenus 130. sq. neque Ἴσμῆνος 131. sq. Ἰσμενός 120. sq. Ἰσμήνιος 121. sq. 124. sq. 127. sq. 132. Σμήνιος? 127. saepe scriptus Smenus 128. sq. olim Ladon dictus 68. 135. 197. pes Cadmi 134. Ogygius 135. sq. Teumesius amnis 154. 157. sq. non idem atque Cnopus nec Schoeneus 169. unde dictus 132. sq. in Cithaerone ex eodem fonte, quo Dirce fluvius, nascitur 138. sq, unde ipse et Dirce dicuntur Gemini 139. est tamen, ubi pater Dirces appellatur et frater Asopi 181. utriusque fluvii mentio coniuncta aut promiscue usurpata 142. qua decurrat Thebanum campum ad Proetides usque portas 143. sq. apud Thebas id est per suburbia Thebarum fluens 144. sq. 152. sq. inde praeter Teumesum ad Mycalessum decurrit 169. atque in fretum Euboicum 170. sq. Aulidem inter et Salganeum 173. 176. evadit; quamquam sunt, qui eum in Cephisum 174. aut in Hylicen 170. sq. influere dicant. Videtur is terrae motu perisse 177. sq. fluvius sat magnus 181. languidus an rapidus 204. sq. torrens, μελαμψηφίς 206. aqua dulci et pura 197., qua perlutae vestes plurimo nitore splendescebant 199. sq. fertilis, 207. habitus deus 208. sq. pater dictus 208. patrius fluvius 212. sq., unde Ismenium dicitur quidvis Thebanum et Ismenus idem est quod Thebae 225. sq. ducta ab eo nomina Ismenodorus, Ismenias, Ismenichus, Ἰσμηνιήτης al. 226. sq. qui eo lavari solerent 212. sq. Baccho sacratus 222., cuius altor fuerat 215.

ἵστημι. στῆναι et στῆσαι confus. 392.

Istri et Rheni communis fons 139. 181.

Italia et Sicilia confus. 203. sq.

Itonus et Itonius 123. et Eteonus confus. 456.

Iuno inventrix vestitus 234. experta Iovem cuculum 422. sq. a Thracibus culta 428.

Iupiter in Dictaeo antro natus 398. Καραῖος 463. Olympus 396. sq. in lapidem versus 423. in Antiopam satyrus 371. sq. in Callisto Diana vel Apollo vel leo 372. arctos in Amaltheam 422. cuculus in Iunonem 422. sq. leo in Semelen et Callisto 426. 372. in Aeginam aquila aut ut in Semelen ignis 422. sq. stella in Ledam 423. vir in Alcmenam 422. 424. et Semelen 423. et Cassiopeam 424. taurus in Europam et Pasiphaen 425. sq. et Io 372. sq. 426. cornutus dicitur fuisse in Europam 425. et ut caper in Penelopen 426. non in Antiopam 157. serpens in Proserpinam, Olympiadem, Nemesin 422. 424 et Semelen 426. Semele Iovem experta virum, modo taurum, modo serpentem, nunc leonem vel aquilam 426.

λ et α confus. 383. et ρ vices mutant uti Termesus et Telmesus 406. sq.

Labdacus et Labdacius 123.

λαβεῖν et βαλεῖν confus. 353.

lacrimae virorum 370.

Ladon olim Ismenus dictus 68. 135. 197. Ogygius 136. sq. 265. 266. dulcis aquae 197. — custos malorum Hesperidum 397. et Celadon confus. 394, sq.

Laelaps canis 399.

in lapides versa monstra 400.

Lapithis in opprobrium versum certamen cum Centauris commissum 247.

Larissa arx Argorum 11. 318. (Stat.) urbs Thessaliae prius

Argos dicta, cuius campus olim mari obrutus 352.
lateres regii, Croesi 395.
Lathon 397.
Latona aquarum praeses, χρυσηλάκατος 234.
lavantur recens nati liberi 216. Bacchae 222. sq. sponsi patrio amne 212. sq. lavari Rheno idem est atque accolere Rhenum 216.
Leda Iovem stellam experta 423.
leones quot ab Hercule occisi 401. Charadraeus sive Teumesius sive Cithaeronius vel Thespicus, Cleonaeus, Heliconius ibid.
Lerna fons et fluvius 99. palus 100. Lerna atque Amymonii fontes non idem fons 192. sq. Baccho sacra 196. ubi latibulum Lernaei monstri fuerit 193. L. fons Argivus corrupta aqua et omnium purgamentorum receptaculum 191. at Lerna Corinthius fons pellucidus 195. sq. confus. cum Dirce 196.
Lethaeus fluvius Gortynam perfluit 146. sq.
λευκὴ ἠώς, σελήνη, χρυσός 186. sq. ὕδωρ 187.
λίμνη de fluvio 100.
lineae vestes fluviorum 233.
liquidus fons 188. sq.
λίθοι καὶ ξύλα 444. 446.
Locrus Maerae filius adiuvit Zethum et Amphionem in muris condendis 21. 298. Megaclytae filius 21.
locus de fonte usurpatum 461.
λόγος et λόχος confus. 157.
λόφος mons 402. (conf. κολώνη Bernhardy. in Dionys. Perieg. 150. p. 560.)
lotus, trifolium 207. sq. (add. Boettiger. Amalth. I. p. 107.) plurimus nascitur apud Thebas ibid.
λούεσθαι ἀπό, ἐκ ποταμοῦ 213.
luit fluvius urbem 145. et fluere confus. ibid.
luna argentea, aurea, nivea, γλαυκή 187. Electra 273.
lustrationes ad mare, a regibus peractae 171. 244.
lux, lumen translate 431.
Lyceus et Lyrceus confus. 240.
Lycormas Thebanus fluvius nullus fuit 245. sq. fuit vero Aetolicus, qui etiam Euenus dictus ibid.
Lycus fluvius 147.
Lydi duce Midá in Thracia consederunt 237. Λυδός confus. cum αὐλός, αὐλή 383.
λύρα quasi quaedam λύτρα 34. cum differat ab cithara nonnumquam tamen cum ea confusa 34. sq. fuit septem chordarum (quarum tres Amphion invenerat 308.) 339. propter septem planetas 341. data ab Mercurio Apollini 33. sq. ab hoc Orpheo 36. λύρα Θηβαία, Βοιωτία 435. nec solum poetae λύραι dicuntur, verum etiam eloquentissimus quisque scriptor solutae orationis 435. sq.
Lyrceus mons 241. fluvius 241. sq. et Lyceus, Litius confus. 240.
Lyrnesus sive Thebae Ciliciae 76.

μ male in principiis verborum omissum a librariis aut additum 288. (uti Maeonia et Aeaea confus. Both. ad Mythogr. I. 15. not. crit. p. 9.) confus. cum π 235. m cum in 368.
Maenalius et Maeonius confus. 85.
Maeonius et Maenalius confus. 85.
Maera mater Locri 21. 298.
Mars Dircaeus 107.
Marsyas in fluvium solutus 92.
Martiae quae feminae dicantur 67.
μηκᾶσθαι de Satyro 371. sq.
Medi et Indi Μηδική et Ἰνδική confus. 288. Μηδεία et Μηδία 18.
μέγα τι 71.
Megaclyte Macarei filia 21.
Megisto eadem atque Callisto 372.
Melampus Proetides sanavit 458. sq.
μελαμψηφίς 206.
Melanippe quo profugerit 453.
Meliae plures 228. Bithynis 235. 240. Argia, soror Inachi 239. sq. Lyrceis 240. sq. nymphae Meliae 229. sq. et v. Nymphae. fons Melia unde dictus 227. sq. 230. Oceani filia, soror Ismeni 133. situs apud collem Ismenium 137. 231. nomen saepe corruptum 228. sq.
μελίη Θετταλική Achillis hasta 229.
μέν (ὁ)μέν omiss. 321.
Menius fluvius 125. sq. (Muellero assensus est Schneidewinius Coni. Crit. p. 168.). Menides et Ismenides confus. 128.
Menoeceus ubi se mactaverit 109 sq.

Mercurius μάγος 52.
Merrha fons et fluvius 99.
Mesapia dicta Boeotia, Boeoti Mesapii 263. Mesapius mons 417.
Mesene et Messene 404.
μετά et κατά confus. 353.
μήτηρ et θυγάτηρ confus. 271.
Metopa mater Thebae, Ladonis filia 64. Asopi Boeotici filia 64. palus, fluvius 100.
μεθέπειν 47.
Midas in Thraciam olim concessit 237.
Minervae primi Rhodii sacra instituerunt; ideo aureo imbre beati 364. sq.
Minius fluvius 126.
moenia num dicantur quaevis aedificia 24.
montes Δρυὸς Κεφαλαί, Κυνὸς Κεφαλή 284.
Μορμὼ δάκνει ἵππως proverb. 421.
μόσυνες 27.
Μοῦσαι, musae id est carmina 48.
Mycalessus mons 402. de eius nominis scriptura 405. sq.
Mygdonius fluvius Nesibin alluit 147. eius natura 367.
Myrmidon Iovis et Eurymedusae filius 460.

ν principiis vocabulorum a librariis male additum 288. et ι subscriptum confusum 420. 436. sq. et υ 448.
ναρός 188. sq.
natare in fluvio idem quod accolere fluvium 216.
Neis num nomen proprium Nymphae 228.
Neistae portae scribendae, non Neitae 304. sq. nec Neitides 311. sq. unde dictae 313. sq. 343. earum situs 314. sq. 343. suburbium, quod ante eas fuit 148. 150.
Nemea fluvius agri Corinthii 195. rupes, Argi statio 192. arx urbis Argorum ibid. Nemeaeus leo excubuit in Treto antro 193. 195.
Nemesis Iovem experta cycnum, vel anserem aut serpentem 424.
nepotes et filii in genealogiis permutantur 133. 227.
Neptunus et Apollo Troiam munierunt socio Aeaco 21. 24.
νηΐστης et νηΐτης confus. 312.
νήϊστος extremus 312. 343.
νηΐτης et νηΐστης confus. 312
νήτη infima, ab aliis prima chorda dicta 304. 309. ad omnium chordarum significationem traducta 309. νήτη καὶ ὑπάτη 308.
Nice et Nicaea, Thraciae urbs 359.
Nilus sive Aegyptus filius an pater Thebes 65. 71. amat Aegyptum 367. Inopidem nympham Deli 367. sq. Callirrhoen 369. fluvius ἀργυροδίνης et χρυσορόας 184. sq. lutosus 185. aqua eius dulcissima ibid. eius exemplo declarant orationis ubertatem 183. sq. miscetur cum Euphrate 367.
Nisaei equi 376.
νομίζειν vocare 424.
nomina in ος et ιος uti Λύκος, Λύκιος 121. sq. 123. 124. sq. in ος, ιος, ιων 123. sq. in ης et ιος uti Λαέρτης, Λαέρτιος 122. in us et eus uti Belus et Beleus 294. in is et ias ut Electris et Electrias 296. in ιων deminuta 124. in ιχος 463. in quibus aut mediis aut extremis fere duplex σ scriptum reperitur, uti Κασσάνδρα, Μυκαλησσός 404. sq. in ια et εια 17. sq. in αια ut σεληναία 358. sq. aliaque adiectivorum forma induta uti Θηβαία, Κνιδία ibid. et 59. (Νίσαια 376.) talia, qualia sunt Ὑποθῆβαι, Ἀμφ' Ἀξιόν 15. 409. qualia sunt Phocida, Antenorida 283. 295. 327. (add. Persida Palat. Trebell. Gallien. I. p. 188. Salmas. in c. VIII. p. 203. Burmann. in Propert. III. 9, 15. p. 587.) in pronunciandis nominibus propriis ita variatur ut eadem dicta reperiatur Laodamia, Deidamia, Hippodamia 453. nomina singularia sunt antiquiora plurativis, velut Thebe 58. nomina urbium non urbes, sed agrum etiam circumiacentem significant 102. 168. 415. urbium et fluviorum communia 161. fluviorum in ειος 125. sq. in ος et ιος 129. communia hominum atque urbium et fluviorum 133. sq. locorum traducta ab hominum membris 134. Ἅρμα, Πάλοι 409.

primae nominum syllabae a librariis omissae scriptumque *Μώλου* pro *Κιμώλου* 128. 393.
numerus. *πηγαί*, *ῥέεθρα*, fontes, flumina de uno fonte 198. barbae 199. Sphinges, aquilae de una Sphinge aut aquila 91. (add. vulpes Teumesiae 399.) *Θήβη* et *Θῆβαι* 58. *πόλις* confus. cum *πόλεις* 152. numerus integer pro imminuto positus 331. numerorum notae a librariis omissae 264. *β̄ου* id est *δευτέρου* ap. Westermann. Stephan. Byz. p. VII. et 433. sq. *ζ* et *ξ* confus. 309. sq.
nuptiali die sponsi patrio amne lavantur 212.
Nymphae fluviorum filiae 211. ex earum papillis fontes oriuntur 209. vestes texentes 232. sq. comites Dianae Naides 211. sq. 440. 441. et Hamadryades 440. Nymphae Meliae 229. sq. 439. sq., quae sunt e Dryadum numero 440. sq. cum iis simul natae quercus 439. sq. choros deorum concelebrant 441.
νῦν ita positum, ut non respondeat *πρόσθε* 48. conf. 426.
ὁ *Νύσιος* Bacchus 455.

ο et θ confus. 105. ὁ *Γύγιος* et *Ὠγύγιος* 136. adiectum aut demptum nominibus propriis ut *Οἰλεύς* et *Ἰλεύς* 443.
ὦ et ὠ confus. 184.
Ocaleae nomen et situs 315.
oculi sicci stant, humidi natant 370.
Odrysii durissima gens, ab Orpheo mitigata 443.
Oedipodia fons 243.
Oedipus ubi paternae caedis cruorem abluerit 243. sustulisse vulpem Teumesiam dicitur 401.
Oenaeum oppidum 383.
Oenoae Atticae situs 276. sq.
Ogyges, Ogygus et Ogygius 122. 260. indigena vel terrigena 261. Hectenum rex 263. Aegyptiorum 266. cuius filius 257. sq. coniux Thebes 258. pater Praxidicae 260. primus Thebarum conditor 12. et rex 264. eius sepulcrum sive Ogygius tumulus 268. Ogygiae sive Oncaeae 267. portae unde dictae 257. sq. omnium antiquissimae 266. sq. in arce a Cadmo exstructae 268. meridiem versus spectabant, ut tamen nulla ex iis via esset 331. sq. 290. Ogygium dicitur, quidquid venerabile vetustate sua est 264. aut ingens 266. *νόμος*, *πόλις* al. 265. sq. *μῦθος*, *ἀνήρ* 265. 266. *κακά* 259. quidquid Thebanum est 261. 269. Ogygii, Ogygidae idem quod Thebani 262. sq.
Ogygia filia Niobae 257. 262. Ogygia dicitur Boeotia 261.
οἷον ὡς 100.
οἰκοδομία 356.
δι' ὅλου 433.
Olympiam Arcadiae tribuunt 462.
Olympus et Olympius 122. *Ζεὺς Ὄλυμπος* 396. sq. (add. Cuningham. Animadv. in Horat. Bentl. XV. p. 260.)
Omphale, Omphalie, Omphalis 360.
ων et circumflexus confus. 307.
Oncae vicus Thebarum 20. Oncaeae portae eaedem, quae Ogygiae 267. sq. 269.
ὀνομάζεσθαι καὶ εἶναι 355.
Ὀφέως Δειρή, *Κεφαλή* locus Boeotiae 416. sq.
oraculorum quaedam sollemnia verba 5. dictio Cadmo data duplex 5. sq.
ὡραῖος et *οὐραῖος* et *οὐράνιος* confus. 419
orationis magnificentia Pactoli exemplo declaratur; ubertas Nilo 183. sq.
Ordion pastor, qui Amphionem educavit 84., ubi habitaverit 289.
ordo rerum enumeratarum non servatus 424
Orion amore captus Meropes, Sides 381., Pliadum 382. et Arion confus. 381.
Ornia nympha, urbs 364.
Oeontes fluathe apud Antiochiam an per eam 147.
Oropus. ibi Amphiarai templum 163. et lavacrum v. Harma.
Orpheus quae dicatur cantu suo duxisse aut detinuisse 442. 444. sq. quercus ad Zonen duxit 442. in Serrio monte cecinit ibid. effecit, ut fanatico cursu instincta robora saltarent 442. sq. cum

eo Amphion comparatur v. Amphion.
ὄρθιος 28
os et apostrophus confus. 4. et ιος 141. 455.
os fluvii, fontis 113.
ου et ιου confus. 141.
οὐ μόνον — καί 357. sq.
οὐραῖος, ὡραῖος, οὐράνιος, ἄνθρωπος confus. 419.
οὐράνιος. nota eius vocis 419. confus. cum ὡραῖος, οὐραῖος, ἀνθρώπινος ibid.

π et μ confus. 235. et τ 437. sq.
Pactolus qua de caussa fuerit ferax auri 224., quod imbres ex monte Tmolo in amnem deferunt 395. nec tamen mansit haec opulentia ibid. aureum flumen, aurea unda 396. auratus limus 393. χρυσορρόας, χρυσοδίνης 184. electrum fert 396. eius exemplo declarant orationis magnificentiam 183. sq. per Sardes fluens 146. Baccho sacer 223. sq. torrens 394. sq.
παῖς et καί confus. 151.
πάλιν et πόλιν confus. 150. sq.
Pallene virgo a Baccho superata et amata 455.
pallida quae dicantur 186. sq. pallidum in aliqua esse 382.
palus de fluvio 100.
Pamphile et Pasiphae confus. 391.
Πάμφυλος et Παμφύλιος 125.
paragoge ionica σεληναία al. 358. sq.
Parasopia 153.
Parnasus. scriptura eius nominis 404.
Parnes mons 293.
παρθενική id est παρθένος 358.
Parthenium promontorium Lydiae 268.
Parthenius fluvius 188. lenis an rapax 205. dicitur Gargaphie 379.
παρθένος πηγή, ὕδωρ 187. sq. Ψυχή 188. Παρθένος dicitur Λίκη 436
Pasiphae Atlantis filia Iovem bovem experta 425. 426. et Pasiphile, Pamphile confus. 391.
pastores greges alii baculo, alii fistula moderantur 86. sq.
patres fluvii dicuntur 208. (et Delr. in Senec. Oedip. 266.) et avus permutantur in genealogiis 133.
patronymica Πηληϊάδιος, Λιώνιος; Ἠλεκτρίς et Ἠλεκτριάς v. adiect. et nom.
πατρῷος et πρῶτος confus. 212.
πεδίον et πέδον confus. 141. et πηγίδιον 112.
πηγή et κρήνη vocum discrimen, notatio 114. sq. Δίρκης πηγαί aquae 198. et γῆ confus. 239.
πηγίδιον et πεδίον confus. 112.
πείρατα τέχνης, νίκης 47.
Pelias (hasta) 229. (add. carm. ad Pison. 165., quem locum explicavi in Iahn. Ann. Vol. XVII. p. 276. sq.)
Penelope Iovem caprum experta 426.
Peneus Elidis fluvius fuit nullus; fuit Thessaliae et Massiliae 127. lenis an rapax 205.
Pentheus in Cithaerone an in Parnaso discerptus 118. ubi sepultus 51. sq.
περιαυλακίζειν 408.
Perrhaebia (Peraebia) 351. et Persia confus. ibid. et Euboea 350.
Περσική et Πιερική, Περραιβική confus. 351.
Peteon. eius situs 334.
πέτρα καὶ δρῦς 447. ἀπὸ δρυὸς καὶ πέτρας εἶναι 446.
φ et ϑ confus. 13.
Phaethon idem atque Sol 273. eius sorores electrum fundunt in Pactoli ripa 396.
Pharus insula Hadriae 351.
Φεῖδος Thebanorum praetor 149.
φίλα cupiditates 373.
Philippi urbs, antea Thebae dicta 76.
Phlegyae insulani 352. ubi incoluerint 281. 351. sq. hostes Cadmi et Amphionis 22. dicti olim Gyrtonii 351.
Phlegyas. eius mater quae fuerit 350.
Φώκαια et Φώκη 359.
Phocis et Boeotia in unum confusae 117. sq. Phocida 283.
φορεῖν et φρονεῖν confus. 373. sq.
Phoroneus Inachi et Meliae filius 239.
φρονεῖν superbire 373. et φορεῖν confus. 373. sq.

φρυκτοί 275. sq.
Phygadea fons Oropi 412.
Phylace, postea Thebae dictae 76.
Phyle castellum 293.
Physadea Argivus fons 412.
Pindarus et Pindarius et Pindarion 123. Pindarus aestivo tempore degebat Thespiis 190. ubi mortuus sit 302. sq.
Pindus num Peloponnesi mons 238.
πίνειν Δίρκης ὕδωρ accolere Dircen 214. sq.
πίπτειν et ἅπτειν confus. 416.
Pirene unde nata 186. aqua eius dulcis et perspicua 186. 187. ab Neptuno amata aut conciliatrix et quasi lena amorum Neptuni et Corinthi 186. sq. 366.
Plataea cuius filia 363. urbs quanto ab Thebis disiuncta intervallo 275. per eam ibant Thebis profecturi Athenas 279. Plataeae in Peloponeso sitae 363.
Pleiadum amore captus Orion 382. Pliades ibid.
πλὴν καί 170.
ποιεῖν κατά, περί τινος, εἴς τινα carmen facere de aliquo 88.
πόλις arx 16. vicus, suburbium 19. 52. 152. πόλις καὶ χώρα 407. πόλις et πόλεις confus. 152. et πύλαι 397. sq. et πάλιν 150. sq. et πόλος, πῶλος 398. et ποταμός 403.
πόλος et πόλις confus. 398.
πῶλος puella 398. et πόλις confus. ibid.
πολυάνδριον translate 340. sq. κοινὸν π. ibid.
πολύκμητος 47.
πολυψηφίς 206.
pontes propugnaculorum 29. 154.
πόρος fluvius 180.
πορφύρεος πόντος placidum mare 369. sq.
portae de una porta 199. 328. turres iis fere impositae 26. sq. Thebarum fuerunt septem 254. sq. ad postrema usque tempora 345. septem autem propter chordarum numerum 339. sq.; praeterea fuerunt portulae aliquot 344. sq. portarum nomina et situs 339. sq. et vv. Ogygiae, Electrae, Proetides, Neistae, Crenaeae, Hypsistae, Homoloides.
ποταμός et τάφος confus. 129. 402. sq. et πόλις 403. et πότος, πόντος ibid.
ποτὲ δέ omisso ποτὲ μέν 426.
πότιμος lora 433. sq.
Potniarum fons memorabilis 138. proxime abfuit ab Thebis 274. non extitit ibi Amphiarai delubrum 162. sq.
potus mellitus id est carmen 190.
praelabi, praecurrere, num idem quod perlabi 146. sq.
Praxidice Ogygi filia 260.
Probatia fluvius 101.
Procris uxor Cephali 400.
procul idem quod prope 109.
Proetides a Baccho in furorem actae 458. sq. qui sanatae ibid. formosae 458. 559.
Proetides portae unde dictae 297. earum situs 298. sq. 332. ex iis via ad Chalcidem 298. sq. ad Tanagram 301. sq. eas alluebat Ismenus 144. ante eas Ismene suburbium 148.
Proetus. complures fuerunt Proeti 297. sq.
prolepsis 109. 325.
Pronastae gens Boeotica 263.
Prosopis et Prosopitis insula 367.
πρόσωπον et ἀσωπός confus. 367.
πρόσθε positum ita, ut non respondeat νῦν aut posito νῦν ipsum omissum 48.
πρῶτος omissum a librariis 264. et πατρῷος confus. 212.
ψ et τ confus. 457.
proverbia. v. Adrastus. Antiopa. Cadmea. δρῦς. Harma. Μορμώ. Ὠγύγια κακά. Scolus. Termerus. Teumesia vulpes.
Psamathe fons Boeotiae 159. alter Argivus 407 loci cognomines Psamathus, Psamathia ibid.
pudica aqua 187.
purpureum mare dicitur non solum turbidum, verum etiam placidum 369. sq.
Ποῦς Κάδμου fluvius v. Ismenus.
πύλη id est Thermopylae 398. πύλαι et πόλεις confus. 397. sq.
Pyramus fluvius, Πύραμος 68. Mopsuhestiam praeterfluatne an

perfluat 147. Thisben fontem amat. 66 sq.
Pytho et Pythia, *Πυθία* 360. sq.

quadrigarum usus quando invaluerit 325.
que et quod confus. 31.
quercus Orphei 442. *δρῦς μαινὰς ἐγένετο* proverbium 443. sq. rupe et quercu natum esse 446. habita quercus maximum duritiae documentum ibid.
quod et que confus. 31.

ῥ male additum a librariis 110. et *λ* vices mutant (Herbesus, Helbesus) 406. sq. et *υ* confus. 454.
ῥαίω. ἀνθρωποῤῥαίστης, κυνοραίστης al. 420.
raucum etiam dicitur, quod leniter sonat 210.
reptare terram, fluvium 215.
Ῥέα amat pastorem 422. sq. *Ῥέα* et *Ἥρα* confus. 422.
Rhene unde dicta 394.
Rheni et Istri communis fons 139. 181.
Rhode Asopi filia, ab Iove amata 364. sq.
robur saxi 82. saxis et robore natum esse 446.
Rhodius fluvius 173.
Rhodii aureo imbre ab Iove beati 364. sq.
ῥώμη et *γνώμη* confus. 373.

σ a librariis omissum post *ευ* 408. 452. ante *θ* 452. insertum vocabulis 312. eius vicinia haustum *καί* v. h. confus. cum *γ* 287. sq. et *ε* 310.
Σάγγαρος, Σαγγάριος 129. sq.
Salganeus Boeotiae fluvius fuit nullus 176.
Sammet 202.
sanguine fluentes fontes, paludes, fluvii 95.
Satilaei 464.
Satyrus saltat, *μηκᾶται* 372. cornutus 157. 371. eo nomine deformem quandam speciem significant Boeoti 371. confus. cum *ταῦρος* 372.
Scamandrus fluvius Boeotiae 236.
Σκέλος Thermopylae 134.
Schiste 281. sq. apud Potnias 291.
Schoenicus auriga Amphiarai 409. 464.
Schoenus urbs 160. eius situs ibid. et 334. fluvius *Σχοινοῦς, Σχοινεύς* 160. non idem atque Ismenus 169. in Harma paludem influit 166. et Scyros confus 160.
Sciones excidium 364. confus. cum Sicyone ibid.
Scolum infestam habuerunt latrones 281. proverbium de ea ibid. eius situs 294. *ἡ κατὰ Σκῶλον πάροδος* 293. sq. ibi Pentheus discerptus 118.
Scyrus et Schoenus confus. 160.
Semele ab Actaeone in coniugium expetita 379. Iovem experta modo taurum, modo serpentem, modo pardum 426.
senectus laudatur a sapientia 377.
septenarius numerus quid valuerit 342.
sepulcra Argivorum, qui bello Thebano occubuerant, a Theseo facta 277. Graecorum, qui apud Plataeas occiderant 276.
serpens Marte et Erinnye natus 118 custos fontis Martii 103. eius lustrum fuit sub ipsis Cadmeae moenibus 105. 109. sq. 111. fuit is Delphinius 115. sq. eius caedis Cadmus poenas dedit 385. in astra relatus 116. serpentium natura ad vaticinandum instructissima 117.
Serrium promontorium, ubi cecinit Orpheus 442.
siccus 370.
Sicilia et Italia confus. 203.
Sicyon oppidum Boeotiae 363. Sicyonius campus 363. sq. et Scione confus. ibid.
Sidonius et Sithonius confus. 454. sq.
significatio duplex unius verbi bis deinceps positi 46.
Silas fons et fluvius Indiae 99.
Sinope Asopi filia 68.
σιροί 236.

Sithonia puella est Pallene 455. et Sidonius confus. 454. sq.
σμῆναι 127.
Smenus fluvius 127.
Sol dicitur Elector et Phaethon 273. sol pulcher, victoriae auctor 143. (ubi add. Merrick. in Tryphiod. 425. p. 361. et Niclas. in Antig. Caryst. I. p. 3. sq. (εὐημερεῖν).
somniorum expiatio in amnibus peracta 214.
Sophocles et Euripides confus. 374.
Spartaeus 365. sq.
Sparti cives Thebarum a Cadmo facti 13. sq.
spectacula orbis terrarum quot fuerint 38.
Sphinx qua de caussa a Bacchone (401.) an Iunone an Marte missa 385. sq. qui rapuerit Thebanos 97. Sphinges 91.
spiritus asper abiit in τ 456.
Statii vita e Ms. 432.
Στεφών 376.
στέρνον. βαθύστερνος, εὐρύστερνος γῆ 166. sq.
στῆσαι et στῆναι confus. 392.
στοιχηδόν 344.
στόμα πόντου, ποταμοῦ 112. sq. κρήνης 113. antrum ibid.]
στόμιον 113.
στρατός populus 8.
Strophie fons 242.
σύν haustum vicinia litterae σ 4. confus. cum εν 458.
Synizesis (Ἰσμηνίου) 141.

t et c confus. 430. sq. τ natum ex spiritu aspero 456. τ et κ confus. 5. 384. et χ 88. 456. et π 437. sq. et ψ 457.
Taenariae Thebae 75. Ταινάριον κακόν 389.
Talisman 380.
τάφρος et τάφρος confus. 110.
τάφρος et τάφος confus. 110.
Ταυρές urbs 429.
ταῦρος et σάτυρος confus. 372.
τε et τι confus. 71.
Τήβη, Teba collis 71.
τεῖχη ποταμοῦ, τειχίον agger 144.
Telphusa sive Delphusa 117.
templorum translatio 411. sq.
Tenedii colunt Bacchum 419. sq.
τέρας βοός 5. et κέρας confus. ibid.
Termerus et Termerius 122. 259. Τερμέρια κακά 259. sq.
Termesus 406.
terrae motus qui fuerunt sub Valente et Iustiniano 178. per Euripum vehementiores 177.
τέταμαι et τέταγμαι confus. 399.
Teumesus Τευμησός 404. sq. 406. proxime Thebas situs 154. sq., ubi occultata fuit Europa 155. sq. collis vel mons, vicus, urbs 402. nec fluvius 402. sq. 154. 157. sq. Teumesia vulpes, quae proverbii loco dicta est 400. in lapidem conversa 399. sq. ab Oedipo aut Cephalo sublata 401. a quo immissa ibid. Teumesius leo 401. Teumesius amnis 154. 157. sq. arbores 402. Teumesium dicitur quidvis Thebanum 158. confus. cum Mycalesso 402.
ϑ et φ confus. 13. et ο 105.
θάλασσα et Θεσσαλία confus. 352.
θαλασσία χώρα, πόλις? 352.
θήβα bos Syris dicitur 72.
Thebae Boeotiae, Βοιώτιαι, Βοιωτικαί, τῆς Βοιωτίας 75. sq. τῆς Ἑλλάδος 76. Aoniae 77. Asopides, Dircaeae ibid. Cadmeae, Καδμηΐς 76. Echioniae 76. ἐπτάπυλοι 254. ἑπτάπυλαι 256. Herculeae 77. Martiae 67. Oedipodioniae 76. Ogygiae 261. sq. Θε in nummis 62. Θέβη 120. Τέβη non Thaebe 63. 71. Θήβη 59. et Θῆβαι 56. sq. Θηβαία idem quod Thebae 58. sq. aut Thebanus ager 59. Θηβαῖος 59. 61. Θειβεῖος, Θειβῆος Θηβάος 61. Θηβαϊκός 62. 37. Thebaei et Thebani 60. Θηβαιεύς, Θηβαΐτης (Thebaites fluvius) 61. sq. Θηβαΐς 62. 362. Θήβηθεν, Θείβαθεν, Θείβαθι, Θήβησι et ἐν Θήβησι 60. sq. Θήβαζε, Θήβασδε, Θήβαδε 61. sitae in umbilico Boeotiae atque adeo Graeciae (Aphthon. Progymn. IX. p. 95. 2.), ubi etiam ipsa Europa occultata esset 398. ab Ogygo conditae 12. restitutae a Cadmo dictaeque Cadmea 11. sq. Thebae autem, quae Cadmea

tamquam arci suberant, a Zetho et Amphione conditae 14. sq. 25. pro Cadmea nominatae 23. sq. unde dictae ferantur 63. sq. ab Antiopae sorore 69. aut ab Theoboonte nominatae aut a Thebis Aegyptiis 69. sq. significat nomen collem 71. naviculam 73. 362. alia 71. 74. ex pluribus vicis conflatae 19. sq. muris circumdatae 21. sq. vid. v. Amphion. pomoeria 26. portae (vid. h. v.) turresque 26. altissimae 27. sq. et urbis pictae maximum argumentum 27. 41. ἐϋστέφανος, εὔπυργος 28. Ἄρειον τεῖχος 28. 112. cetera munimenta 29. numerantur in septem orbis terrarum spectaculis 37. sq. Epidamno similes 50. et Delphis 115. sq. rotundae 39. 40. 221. exstructae in loco tumuloso 40. 11. 71. aquis abundantes 207. 242. πόλις διπόταμος 153. campus ante urbem patens 139. sq. suburbia 148. sq. εὐρυάγυια, εὐρύχορος, καλλίχορος 41. sq. vici 39. 42. ad tibiae cantum dirutae 54. dictae Calydni urbs 20. Enchelia 20. 23. Thebani opulenti 50. greges laudati 208. quo fugerint ab Epigoni spulsi 325. (add. Apollodor. III. 7, 4.) Thebanae mulieres unde venustiores 217. cum viris artis texendi peritissimae 201. sq. 451. vid. v. vestes. ibi tibiae cantu sanantur ischiadici 390. 392. Thebani dicuntur Ogygii, Ogygidae 262. Cadmei, Aonii vid. vv. eorum dialectus v. Boeoti. Θήβη et Οἰσβη confus. 55. 60. 65. sq. 391. et Θήρα 362. et ϑίβη 59. 73. et κίβη 73. et ϑήκη 73. et ἀπήνη 452. Θηβαῖοι et Θῆβαι 255. 385. et Ἀθῆναι, Ἀθηναῖοι 447. sq. et ϑεοί 451. — Thebae Aegyptiae sive Libycae 74. 76. a Cadmo conditae 70. sq. Diospolis dictae 76. — Thebestis sive Thebae Liberi 75. Ciliciae, Hypoplaciae, Phrygiae 59. sq. 74. sq. 76. 363. eaedem atque Lyrnesus 76. post dictae Adrumetum 76. 363. ὑποπλάκιοι, — κοί 76. ὑποπλακιά 75. Θήβης πεδίον 58. cuius incolae Cilices dicuntur 59. sq. — Corsicae 15. — Italiae urbs 75. — Taenariae 75. — Thessalicae 75. 76.

Thebe filia Iovis et Megaclytae 21. 63. aut Iodamae 63. sq. uxor Ogygi 258. Promethei 63. Asopi Boeotici an Sicyonii 63. sq. 68. 71. filia natu minima 64. uxor Zethi 68. 69. Asopi 65. sq. ab Iove amata 65. sq. eius filius Aegyptus sive Nilus 65. aut Nili filia 71. 363. Iovis nutrix 363. filia Adramystyis 363.

ϑήβης 73.

ϑῆβις 73.

ϑῆβος 73.

Themisto eademne quae Callisto 372.

Theoboon et Theoboeus pater Amphionis et Zethi 69. sq.

Theodosiopolis, post dicta Apros 428. sq.

ϑεοί et Λία confus. 427. et Ἀθηναῖοι, Θηβαῖοι 451.

Thera, There et Thebe confus. 362.

Therapnaei (Theramnaei) fratres 431.

Thermodon fluvius Boeotiae 179. sq. num dictus ποταμὸς Ἡράκλειος 180.

Thermopylae Σκέλος dictae 134.

Thespia filia Asopi 363. Thespiensis leo 401. via, quae inde Plataeas est et quae eo subit Thebis 315. sq.

ϑίβη et ϑήβη confus. 59. 73.

ϑίβης 73. 75.

ϑιμών 73.

Thisbe Asopi filia 66. sq. Martia 67. — Babylonia in fontem mutata et a Pyramo fluvio amata 66. sq. Θίσβη et Θῆβαι confus. 55. 60. 65. sq. 391.

Thoas nomen equi Amphiarai 413.

Thraciae a Phrygibus colonis frequentata 237.

Thressa coniux Boeoti 453. sq.

ϑυγάτηρ et μήτηρ confus. 271.

thyrsis vulnera infligunt 223.

τι et τε confus. 71.

Tiasa fons et fluvius 99.

tibiae cantu sanantur ischiadici 390. 392. in tibias mutuati veteres sunt ea, quae in lyra fiebant 55.

Tiresias ubi baculo vel cultro serpentes percusserit coeuntes 417.

quoties mutatus et qua apud inferos poena affectus ibid.
Titanum et Centaurorum mentio coniuncta 249. (Xenophan. ap. Athen. XI. p. 462. F.) *Τιτηνίς* dicta Euboea et Eurynome 260.
Titaresus et Titaresius fluvius T129. sq.
emolus fluvius 225.
τόπος de fonte 461. et *ποταμός* confus. 129. 402. sq. et *πότος πόντος* 403.
torrere idem quod torrentem esse 171.
Traphia et Trophia urbs 159.
Τρεῖς Κεφαλαί montes 283.
Tremilus 260.
Tretum antrum 193. 195.
Τρίαινα locus Argorum 192. sq.
τριφυλλον 207. sq.
Troiam muniverunt Neptunus et Apollo socio Aeaco 21. 24.
Trophia et Traphia urbs 159.
τροχοειδὴς λίμνη 234.
turres portis imponi solitae 26. sq.
Tydeus bello Thebano Ismenen occidit 243.
Tyndares, Tyndarus, Tyndarius 122.
Tyro ab Enipeo contempta 369. sq.
τύρσις 27.

ut et o t confus. 31.
urbes antiquissima aetate fere tumulis impositae 11. *κῶμαι* et *πόλεις* dictae 19. eodem nomine, quo fluvii, nominatae 161. dirutae dictae *πολυάνδριον* 340. sq.

vallis vitrea fluviorum 197.
vestes invenit Iuno 234. lineae fluviorum 233. sericae Thebis confectae in maxima laude fuerunt 201. sq. 451. (ubi add. testimonium Beniamini Tudelitani, quod reperitur in libro, quem de Thessalonice vir accuratissimae doctrinae scripsit Tafelius, p 487. Qui „Thebis Boeotiis maximopere sericorum texturam floruisse" fere iisdem, quibus ego, locis comprobavit p. 228. sq. not.)
via, quae est a Thebis in Atticam 274—290. reliqui Boeotiae additus 292. sq. via, quae fert Plataeas per Potnias 275. 291. duae inde ab Eleutheris patent viae, quarum altera ad Megara altera ad Eleusinem ferebat 276. sq. via sacra, qua Athenis Delphos ibatur 279. sq. 316., quo proficiscebantur tum per Thebas tum per Thespias 282. via quae erat Plataeis ad Thespias 282. eodem ex Megara per Creusin 292. a Plataeis per Quercus Capita ad Eleutheras 284., ubi bivium fuit 288. sq. eodem a Thebis per Erythras et Hysias 286. sq. 291. via, qua Thebis profecti Chalcidem petebant 298. sq. Onchestum et Chaeroneam 315. sq. *ἡ ἐπὶ Φωκέων* positum, ubi fere requiras *τὴν ἀπὸ Φωκέων* vel *ἐπὶ Θηβῶν* 317. via ad Anthedonem, Ptoum, Acraephniam 334. sq. *ὁδὸς διὰ Βοιωτίας* 284.
vici. in iis bacchationes saltationesque peractae 42. vicorum ordinandorum insignis peritia Amphionis 39. sq. 42. sq.
vitreus 197.

υ et *β* confus. 433. 448. et *ν* 448. et *ρ* 454.
Ὑαργίδες 459.
ὑετός et *ἀετός* confus. 423.
ὑγρὸς ποταμός, *ἀνήρ*, *ὀφθαλμός* 370.
υἱός et *βίος*, *δεύτερος* confus. 433. sq.
ὕπαντρα 356.
Ὑπάνιος fluvius 129.
ὑπάτη καὶ νήτη 306.
Ὑποθῆβαι 15.
Ὑρίη Βοιωτίη 350.

ξ et *κ* a librariis permutatae 454.
Xanthus fluvius unde ortus 234. *Ξάνθος* et *Ξάνθιος* 121.
ξηρός 370.
ξύλα καὶ λίθοι idem quod *ἄφρονες* 444. 446.

ζ et *ξ* confus. 309. sq.
Zaea oppidum Boeotiae 381.
Zethus et Amphion filii Antiopae et Iovis 69. aut Theoboontis 69.

sq. ubi nati et expositi 288. sq. ab Ordione pastore educati 84. ante capessitum regnum in oppido Eutresi vixerunt 43. Thebas condiderunt 14. sq. et socio Locro (nec vero Cadmo 25.) muniverunt 21. 23., ut Amphion tamen Thebanae arcis conditor dicatur 28. vid. v. Amphion, non item Zethus 37., qui humeris saxa contulit 30. sq. minime musicis eruditus 30. 87. 374. fratrique ut vita coniunctissimus ita moribus dissimillimus 87. (ubi add. Paradoxograph. Westerm. p. 219. 3. *τίνες ἐγένοντο φιλάδελφοι; Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης, Ζῆθος καὶ Ἀμφίων*) pastor, venator, agricola 86. prata Zethi 86. sq. 90. uxor eius Thebe 63. 69.

Ζεύς. Διός et *θεός* confus. 427. *Δία* et *δή* ibid.

Zone urbs et mons, ubi quercus Orphei visebantur 442.

HALIS
EXPRESSUM FORMIS GEBAUERIIS.

CORRIGENDA.

P. 5. v. 26. scrib. τέρας (alius malet κτέρας).
43. v. extr. — 69. p. 104.
49. v. 36. — Ἀπουλίᾳ.
68. v. 16. — Thebe, cuius.
144. v. 19. — Schaefer. in Schol. Apoll. Rhod.
227. v. 16. ceteris omissis scrib. „de Melia fonte".
416. v. 33. scrib. δειρή.